SCHOLIA BERNENSIA

AD

VERGILI
BVCOLICA ATQVE GEORGICA

EDIDIT EMENDAVIT PRAEFATVS EST

HERMANNVS HAGEN

COMMENTATIO EX SVPPLEMENTIS ANNALIVM PHILOLOGICORVM
SEORSVM TYPIS EXSCRIPTA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

HERMANNO VSENERO

BONNENSI

PRAECEPTORI CARISSIMO

HVNC LIBRVM

HERMANNVS HAGEN

BERNENSIS

D. D.

SCHOLIA BERNENSIA

'AD VERGILI

BVCOLICA ATQVE GEORGICA

EDIDIT EMENDAVIT PRAEFATVS EST

HERMANNVS HAGEN

PRAEFATIO.

Scholia Bernensia Carolus Guilelmus Mueller, professor olim usque ad annum 1846 Bernensis, inde gymnasii Rudolphopolitani director, primus edidit integra quattuor annorum 1847. 1852. 1853. 1854 programmatis, proposita ante in Analectorum Bernensium particula III (prooem. aestiu. a. 1841) p. 12—23 maiore eorum scholiorum parte, quae Iunilii Gaudentii Galli nominibus sunt insignita. Videtur autem codice Bernensi 172 saec. VIIII—X usus esse, quod quamquam editione eius cum isto codice conlata aegre tibi persuadeas, tamen quia ipse ait Anal. Bern. part. III p. 11 et progr. Rud. I praef. utrobique accurata codicis 172 descriptione proposita, credendum sane. Tanta autem uidebatur olim cum fide eum librum excussisse, ut uel typographorum menda pro uariis scripturis Reifferscheid ex eo mutuaretur. Ne multa: mille omnino pluribusque locis falsa tradidit: neque criticae eius curae, quae rarissimae sunt, paucis locis quibus res in propatulo erat exceptis, satis cuiquam probabuntur neque multum me in edendorum scholiorum munere non ita facili adiuuerunt. Quid quod alterum codicem Bernensem 167 saec. VIIII — X, quo eadem scholia ut infra uidebimus dimidiata continentur, non nisi in Georgicorum argumento Vergiliique uita altera adhibuit? unde nouisse sane eum librum existimandus est. Quod scholia ad E. I v. 1—48 pertinentia, quae in cod. 172 abscisso olim primo folio deperierant, in codice 167 extare non uidit? Quod denique locos in 172 putredine deletos (conf. E. II 56. III 32) ex 167 suppleri posse non intellexit? Quae Muelleri uitia quia per uniuersam scholiorum farraginem aequabiliter diffusa sunt, quicumque uiri docti post scholiis Bernensibus usi sunt, non potuerunt non ad unum fere omnes aut transcribendo propagare aut coniciendo, quippe in re nimis incerta, noua uetustis adiungere.

Quare cum primo non nisi grauiores Muelleri errores commentatiunculis nonnullis detegere statuissem, postquam in conuentu philologorum Heidelbergae nuper habito Alfredus Fleckeisen, uir mea laude maior, quae est eius erga nouicios humanitas adfabilitasque, ut nouam scholiorum Bernensium editionem instituerem me cohortatus est, nulla mehercle animo meo optabilior potuit occasio contingere, qua et defenderem a tanto crimine nostrum codicem, neque fallerem, si qua fieri posset, fidem a tanto uiro mihi habitam.

I
DE DONATIANAE VERGILII VITAE CODICIBVS.

In *Donatianae* Vergilii uitae uerbis ad librorum fidem exhibendis, quam etsi nouissime Reifferscheid in Suetoni rell. p. 52—66 ex parte edidit amplo apparatu qui dicitur critico adiecto, tamen denuo typis describendam me curasse sane non indignabuntur ii, qui et consilium meum omnia, quae de scholiis Bernensibus a Muellero publici iuris erant facta, iterum edendi bene animo uolutauerint respexerintque etiam, codicis 172 uarietatem a Reifferscheidio plus centum locis Muelleri beneficio false esse descriptam, denique alteram Donatiani argumenti partem, qua de Bucolicis agitur, a Reifferscheidio praetermissam esse meminerint; praeter codicem Bern. 172, quem per totum librum pro fundamento esse uolui, uti poteram Reginensi quoque codice 1495, quem Reifferscheid p. 54 not. G. Thilonem contulisse refert meo quoque iudicio accuratissime. Exposuit de eius libri indole et H. Keil olim summatim (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1848 p. 549) et nuper fusius G. Thilo mus. Rhen. XIIII p. 542. Eam partem qua Donati uita habetur saec. X Thilo adsignat; saec. XI in uniuersum amplectuntur Keil et Reifferscheid. Neque tamen eius libri uarietatem transcripsi, *postquam ex Bernensi eum esse deriuatum intellexi*. Quod ut probabiliter euincatur, non profecto ea est codicis B uarietas inspicienda quam Mueller exhibuit. Quid mirum, si *concors* inuenitur codicum B et R scriptura hisce in locis:

Pag. 54, 9 (Reiff.) initio mercennarium 10 substantiae 55, 3 ilico 4 sequenti 15 isdem 17 transiit 57, 2 egloga 11 uero 15 quanquam patrem 58, 1 inpuberem 8 disticon 11 priapia 14 cum 17 disticon 60, 2 inperfecta 61, 1 atque atellae 5 ut seneca 12 grai 17 hypografa mitteretur 62, 2 adfectione 4 focilata 7 quondam 9 aeoliden 13 ascriberet 16 philosophiae 63, 1 cognoscit 3 obiit sestio quinto lucretio conss̄ 11 plocium 12 emendauerunt 14 abolcri 19 poene 64, 1 uaro 3 ualitudine 11 sunt 13 se 65, 4 carmina 8 numquam 10 eglogas 12 tytire 17 frigore 18 uipranius 21 ideo 22 sed —

quibus omnibus locis summas apud Reifferscheidium inter codices B et R inimicitias uidere licet. — Discrepant autem non nisi bis locis:

55, 14 cremonae B chremonae R 17 cremona B chremona R 56, 4 cibi uinique B cibū uinūque R 57, 2 appellat B dicit R 10 sectantis demonstrantisque B sectantes demonstrantesque R 13 sestertium B sextercium R 58, 7 puer adhuc B adhuc puer R 11 epigrammata diras B epygramata dyras R 59, 3 philippensem B philipensem R 5 in honore B in honorem R 8 ac multiplex B et multiplex R 60, 7 in scenam B in scena R 61, 1 attiacam B actiacam R 4 quotiens B quociens R 17 quodlibet B quolibet R 62, 9 misenum B missenum R 10 aere ciere B ere cyere R 15 triennioque B triennio quoque R amplius B om. R 63, 3 GN̄ B NG (?) R 11 lucam B luccam R 14 luserat

B iusserat R 15 phrygium B phrigium R 64, 2 se pernegarat B supernegarat R 11 [cum] B eum R cmisthichia B hemistichia (?) R sensu B sensum R 65, 9 quidam B om. R 10 repsitanti bucolica B rescriptitauti bucolica R 22 homoeotheleuton B homoeutheleuton R 66, 4 ea que B ea quae R 8 subripere B surripere R secedere B recedere (?) R 9 satietatem B sacietatem R.

Quae omnia leuidensia habebis (nam eiusmodi discrepantiae quales sunt 54, 9 magi B magistri (ead. m.) R 56, 1 aquili B aquilino R 4 pronior. his B pronior R 57, 4 consuisse B consuesse R 58, 2 daphnidis B daphnis R 61, 5 lenociniis B lenoeiis R 66, 9 maliuolorum B maliuorum R decederet B decederent R aperte errorum correcturarumue indole fontem indicant), si considerabis haec, quibus mire ad eod. B se adplicare Reginensem quis negabit? Exhibent autem p. 55, 2 contracta (corrigebat ubique m. sec. sed saec. X) B contraeta R 57, 2 geria (l supr.) B egeria R 6 uario B uaro R 8 proba corr. probum B probum R 14 domum romę B domum romae R 20 aethnam dequa ambigitur (sic) B de qua ambigitur aetnam R 59, 9 carmini corr. carminis B carminis R 60, 1 accipiens corr. arripiens B accipiens R 4 tibianibus corr. tibialibus B tibialibus R 62, 11 iactatum (longiore i) B laetatum R 63, 9 ex dimidiam partem B ex dimidia parte R 14 uariusque B uarusque R 64, 5 uario B uaro R 8 uaros (v supr.) B uarus R 13 uarium B uarum R 65, 9 numinatoris B numinatorus R 22 et quae octauiani corr. et qui octaui auiti B et qui . . . . . auiti R Vides eod. R librarium Bernensis correcturas prout liberet modo esse secutum modo aspernatum.

Iam illud quod unum etiam superest discrepantiae indicium 55, 1 pregnans cum B praegnanseius (supr. m. sec.) eo (v supr.) (corr. m. sec.) R non multum officere meae sententiae statues, si insuper in his locis maxime ad eam quaestionem profligandam idoneis mirum codicum concentum deprehenderis:

55, 3 in om. 4 leniata 14 XVII 56, 4 minime 57, 11 suffugere 58, 12 cirimus 59, 5 georgicam (georgica. R) 61, 5 suauitate cum 62, 14 summa manu 63, 3 sestio quinto lucretio conss 11 ualerium aeneidam 64, 1 uaro 65, 3 qui siluas 17 et habebis 18 aeneomastix uipranius 20 repertorem 66, 6 nonnulli (quibus addas p. 58 not.: magis uarium quod et paulo liberius est quam cetera);

quorum locorum grauitas inprimis codicis Sangallensis et uulgatae uaria scriptura conlata inlustratur. Inde pro certo iam mihi uideor posse statuere, Reginensem aut statim ex Bernensi fluxisse aut certe ita uitiose ex communi utriusque codicis fonte esse descriptum, ut nullum omnino dum Bernensem habeamus criticis praebeat auxilium.

Iam de codice Sangallensi 862 G, quem C. L. de Steigeri nostrae urbis bibliothecae publicae praepositi summa qua semper erga me utitur liberalitate petitum atque Bucheggeri bibliothecae Sangallensis capituli custodis gratissima officiositate transmissum primus contuli, fusius est

exponendum. Est saeculo decimo nitidissime exaratus forma quam uocant quadrata, continens Seruii in Aen. VIIII. X. XI. XII commentarium, ad cuius calcem Vergilii uita est subiecta. De Seruio breui tempore quae digna scitu uidebuntur, publici iuris faciemus. Qui codex iam ob id magni est faciendus, quod permultis locis lectiones multo meliores quam Bernensis exhibet, cf. editionis huius §§ 3 contactu terrae in speciem 8 graudi aquilo minimi 9 pronioris (promoris cod.) Ilicria 13 Maecenatianos 18 culici 21 litis agrariae carminum 24 ac ne quid leuissimis uersibus — quos tibicinibus 32 focilata [est] 35 summam manum GN sencio q; lucretio conss 38 troia cremata sepulta rogo (cf. ad h. l.) 42 qui quondam [et] habebis 44 aeneidosmastix (leg. Aeneidomastix) repertore 45 sed et quinti octaui auiti; aliaque multa quae omnia enumerare taedet, cf. §§ 46. 47. 48. 49. 51. 53. 60. 63. 64. 68. 71. 72.

Sed praecipua codicis laus in eo est posita, quod aut ipse aut certe simillimus eiusdem familiae codex fons est existimandus, unde uulgati et interpolati uitae speciminis pars non interpolata manauit. Bonis codicibus usum esse interpolatorem iam Reifferscheid bene uidit, cum Suet. rell. p. 403: 'uulgati exempli scripturam ut quae interdum melioris libri quam nostri essent memoriam sequi uideretur, non prorsus esse neglegendam' iudicaret, quod conparatione inter Sangallensem et uulgatam instituta luce clarius euincetur.

Ac primum quidem, si Bernensis (et Reginensis) indolem respicias, discrepant ab illo et unanimiter inter se concinunt locis plurimis, quorum ex numero non nisi specimina dare in animo est haec:

§ 2 [et] m. licinio 3 in speciem ex itinere (exinere G) diuertit leuata 5 [et] suscipientium 6 iterum [duobus] 8 grandi 9 pronioris (promoris G) Ilicria 11 uita 18 obdormisset ad illum contriuit 21 litis agrariae carminum 22 ursae more 24 leuissimis uersibus — quos tibicinibus interponi a se dicebat 27 reficiendarum uirium. 37 ex alio patre l. uarium 42 qui quondam carmen 43 [et] habebis 44 Aeneidomastix (aeneidosmastix G) 45 faustinus 46 non illi decideret 47 spectantur 48 testatus sit 49 honoratiores qui *ποιμένες* maximi qui *βουκόλοι* 56 dei [et] item 60 quod et paulo liberius et magis uarium (ualidum uulg.) quam cetera est 64 fuit [et] est 65 conscripserit mirandum *aetatem scenarum* cum [id] ipsum (ipsam uulg.) 66 aliquid figurate 69 *pastoralem conseriptumque* sed sunt 71 modificatione pes primus trocheus fuerit in caesura (et caesura uulg.; om. B) quod tamen (tamen om. uulg.) uirgilius a theocrito saepe seruatum uictus.

Quid? Nonne aperte ad Sangallensis exemplum sese formauit lectio uulgata in hisce:

§ 1 regulam auxisse G reculam auxit ς auxisse regulam B | 4 iam duraret G iam tum indicaret ς iam tum daret B | 11 subterfugere G subterfugere solitum ς suffugere B | 28 cum suauitatem lenociniis G cum suauitate et lenociniis ς cum suauitate cum lenociniis B | 32 aegre focilata [est] G aegre refocillata [est] ς aegre focilata est B | 41 reli-

queri.os G reliquit hos ς reliquerit quos B | apud eum emistichia praeter illud quem tibi iam troia sensum uideantur habere perfectum G apud eum hemistichia praeter illud: 'quem tibi iam Troia peperit' sensum uidentur habere perfectum ς apud [eum] emisthichia absoluto perfectoque sunt sensu praeter illud quem tibi troia B | 43 frigorẽ G frigora ς frigore B | 62 suorum adfinium G suorum finium ς finium suorum B | perdiderĩ G perdiderint ς perdidissent B.

Haec opinor sufficere poterant: sed restant etiam loci tam luculenti, ut si taceam crimen mihi uidear committere. Leguntur enim § 6 in G: initia aetatis Cremonae egit usque ad uirilem togam *quam VII anno aetatis suae coepit* (quam XVII anno natali suo accepit B), quocum si conferas uulgatam: 'initia aetatis idest *usque ad septimum annum* Cremonae egit et XVII anno uirilem togam cepit', iam uides absurditatem interpolatoris, qua Vergilius et usque ad VII annum Cremonae degisse et Cremonae annos XVII natus togam uirilem sumpsisse ac tum demum relicta Cremona Romam esse profectus dicitur, inde esse ortam, quod Sangallensis et alterius familiae codicis cuiusdam lectiones a uitae uulgatae interpolatore non tam docto homine quam arguto mira licentia contaminatae sunt.

Item § 10 codicis G scriptura 'maiorum natu' fortasse ansam dedit interpolatori ut ex his: 'ipsam postea maiorem natu narrare solitam' fingeret: 'ipsu*m* postea maior*ibus* (*minoribus* typographi mendum esse uidetur, cf. infra) natu narrare solitum.'

Ex qua uulgatae cum cod. Sangallensi cognatione euenit, ut § 39 cum G exhiberet 'priusquam ita facturum', omissis 'Italia decederet ut siquid sibi accidisset Aeneida combureret at is' *in uulgata quoque eius Vergilii ad Varium mandati nulla fieret mentio* neque § 58 ubi de ea re dicendum erat neque § 52. — Simillima loci § 43 causa est: Sangallensi non nisi haec trunca praebente: 'obtrectatores uirgilio numquam respcripsit' omissis 'defuerunt nec mirum nam nec Homero quidem prolatis bucolicis . . . . quidam', neglexit Homerum interpolator et talia suo ingenio digna excogitauit: 'nec Virgilius qui columen linguae Latinae fuit, caruit obtrectatoribus; in Bucolicis enim duas eclogas sed insulsissime *Paro* quidam deridet et sic deridendo incipit: 'Tityre' etc. Nimirum, quia illa Sangallensis lacuna obtrectatoris nomen perierat, nouum erat nomen fingendum fictumque 'Paro' est praeclare ex uoce 'parodesas' (duas modo eclogas sed insulsissime παρῳδήσας libri), cuius uim homo doctus non uidetur intellexisse: haud dubie illi Graeca non legebantur!

Eandem ob causam § 61 quoniam in G omissa erant uerba: 'amiserat ob hanc causam occiso in curia', suppleuit certe ex alio codice interpolator 'amiserat ob hanc causam', cetera uero omissis 'in curia' sic composuit: 'die III iduum Martiarum Caesare interfecto' § 94.

Sed quid ais, si haec tuo animo uolutes § 26 uerba (Bucolica eo successu edidit ut in scaena quoque per cantores) 'crebro pronuntiarentur' postquam leniter corrupta in G hunc in modum inueniebantur: 'crebr*a* pronuntiarentur', instigasse interpolatorem, ut sic amplificaret sententiam: 'crebr*a* pronuntiatione recitarentur' § 41.

Ceterum quod strictim iam attigimus, sunt nonnulla quae ex Sangallensi non potuerit interpolator haurire, cf. e. g. § 5 eualuit G conualuit ς [tempore] ut multo [ante] satas G tempore ut multo ante satas cum ceteris libris ς aliaque id genus. Sciendum tamen, plurimis eius modi locis quibus a codicis G scriptura uideatur uulgata recedere, inter quos et ille est numerandus de quo modo dixi § 26 (41), *non tam ab interpolatore quam ab illo qui interpolatam uitam primus typis excussit, scripturae uarietatem esse repetendam.*

Nam quod Reifferscheid Suetoni rell. p. 401 contendit, interpolatam uitae exemplum in nullo codice manuscripto legi, sed inde ab inuenta arte typographica genuinae uitae locum occupauisse, quamquam ipse reuocauit in addendis p. XIIII, ubi Rothium in Pfeifferi Germania IIII a. 1859 interpolatam uitam in libris manuscriptis legi quarti decimi saeculi referre doceret, tamen adeo uulgaris sententia perualuit, ut nuperrime etiam Haupt eam repeteret, cf. Hermes, Zeitschrift für class. Philol. ed. Hübner I p. 41. At profecto extat in bibliotheca Bernensi codex saeculo quarto decimo exeunte uel summum ineunte quinto decimo scriptus 527 chartaceus forma minore, quem num l. c. intellexerit Roth, quia nescio quo fato quartus iste Germaniae tomus in bibliotheca nostra deperiit, doleo certius me non posse significare. Ex quo libro ut chartae parcam, non nisi ea quae ad firmandam sententiam supra propositam ualent nonnullaque alia quae scitu digna uidentur, nunc promam. Numeri ad editionem Heyne-Wagnerianam spectant.

Praemissus est hic titulus: Vita p. uirgilii Maronis poete maximi quam a donato editam nonnulli putant. § 1 marone om. cuiusdam mercatoris socer om. 2 qui abest 3 praegnans mater maia cum somniasset enixa se quom conpactu terre coaluisse atque ex subiecta 4 ut sit editus neque enagisse 5 adequasset atque etiam grauidarum ac (sic) ac foetarum 6 togam uirilem accepit 7 et mathematicis 10 cesari missus dono fuit quodque uerum duplicari sibi et animum et celeritatem iterum augmentari panes uirgilio 13 Amotis ergo penitiorem domus partem 14 te Caesarem Augustum 15 loqui iubeas 16 pater tuus apperire possim diceret [at ille] quantum rem ego 17 quo id facto conicio (sic) officium erat [Placuit Caesari facetia] Ad deinceps — dona feres. Placuit caesari facetia illumque 19 sepius eiecit 20 fama fuit libidinis pronioris alcibiadem et plato ΤΑΠΑΙΔΙΚΑ ineruditum [dimisit] nam alexandrum 21 uolgatum (sic) cum phocea hieria ipsum postea *maioribus* a uaro ad communionem mulieris sed pertinacissime 22 uolgo apparetur subterfugere [solitum] 23 sustiuuit suscipere (In marg. ead. m. accipere) 24 ortos mecenatianos 25 captum oculis [et] duos 26 ut superius dixi mathematicis 27 milesius tradit 28 ludi [gladiatorii] magistrum (cf. Haupt Hermes I p. 41. 42) nocte dieque tutum 29 et [uisum] serpentem 30 offensus materia [et nominum asperitate] philipensem 31 georgica honori mecenatis [edidit] qui uixdum noto 32 nouissime [autem] 33 solitum 34 conponere 35 Alii eius sententiae sunt ut menti habuerit quatuor et uiginti alia quidem (quod et Reiff. bene coniecit p. 60, quae-

dam uulg.) leuissimis uersibus scripsit quos per iocum pro tigillis [uel tibicinibus] interponi 36 cuius fauore agros suos cum ueteranis distribuerentur Virgilius non amisit 37 et [dilectus] ab eo inuitatus ad prandium 38 C. asinium [cornelium] gallum in latinum in libris iiii 41 crebra pronuntiarentur magna spes et Maro [futurus esset] secunda ipse postea eneide 42 atque attelle reficiendarum uirium causa commoranti interpelleretur cum suauite [et] lenociniis 44 montuanum si et uocem *inanescere* quasi mutos (arescere quasi mutos uulg.) 45 credite, bis grai 46 abesset [et] supplicibus de eneide [ut ipsius uerba sunt] mitteret negauit [se facturum Virgilius] cui tamen secundum [uidelicet] quartum et sextum 47 egre focillata dena (ut uulgatae *re*focillata typographi mendum esse uideatur) 48 frequenter [et ferme] illa 51 cum cesare redire festinauit at cum magarā opidum [uicinum Athenis] Ꞔn sencio qq; lucretio consulibus quo ut grauari morbo se sentiret 52 tucca uarusque 53 eidem uaro quod a se editum (in marg. derelictum) 57 simul cum 58 legum est seruanda

59 non proinde iam troya [peperit] sensum uidentur 60 Nisius

et qui tunc his uersibus demptis 61 in buccolicis [enim] duas tantum eglogas Paro quidem et sic ridendo 62 nipranius eum a mecenate suppositum ΚΑΚΟΤΕΛΗ appellat repertoremque dicebat neque tumidum uicia eius [tantum contraxit] perillius transtulerint 64 obiecta proponit ab homero sumpserit sed hoc ipsum crimen assuetum [ait] 65 benignum atque omnium bonorum et eruditorum cultorem fuisse eruditum dictum 66 antiquum dictum sepe usurpabat communia (omissis Graecis) 67 partis secutus (sic) illud non tulit 68 cum quidem uersus suos [quosdam] sibi ascriberent 69 qui landem qui felicitatem augusti is erit *commune* imperium [hi] uersus eorum factorem Bacillus donatus atque honoratus 70 hisdem ualuis augustus [ut hi uersus complerentur] alter honorem Rome bacillus 71 cum [is aliquando] Ennium rogitaretur[que] quidnam 72 gubernatur 74 Item rogauit [cui Maro] praestantior sis nitaris 75 commodiorem [homini] quidquid erit uincenda omnis 76 [esse] huius

cum mea gloria et laude uehementius ipse inuidia 77 ingenium fuit (in marg. erat) etiam si suam [linguam] haberet defendere si tempus inquit Caesar cum aut taciturnitas 78 uenit sibi in mentem Agrippa [enim] facere [tum ille] necessum erat hominum facta *comparatione* 79 a Silone 80 Nunc de autore ipso summatim diximus de ipso carmine [et] ante opus cuius sit quid sit poeta assumpserit (in marg. prae) 81 ψευδοΓΡΑΦΑ idest falsa subscriptione uarrus eddidit [pro sua] hoc intuens principio eneidos et in alio carmine suum ipse testatus est sic dicens 82 suffecerat monstranda quorum minimi sunt qui ΑΙΠΟΛΗ dicuntur idest ouiliones magis decuit imponi nisi ab eo 84 de more [sacra] non posset 87 nimpharum [scilicet]

et cuiusdam generis numinum 90 in huiusmodi ad ultimum milites belli 91 conscribendi aut [enim] aut tris modos ΤΕΚΟϹ qui tenuis ΑΔΡΟϹ ΜΕϹΟϹ 92 praeualuit repetendique agri 93 ueterani [milites] ciuili bello agros uicinos deduci perdiderunt uicini cre-

monensium 96 finis persequendi se in flumen et mecenate et ipso caesare augusto 97 in laude caesaris et principum aliorum praecepta [cuncta] confecit 98 uidetur (in marg. /·bi) circumspiciens theocritum quae pollioni inscribitur cum [ipsam sic] prestruat [ipse] dicens et item similiter 99 prediximus 100 quod [autem] 101 non debent dici [con]gratulationem uarus uel silenus septima parmacentria octaua amores diuersorum seuum (sic) et dicitur damon. Nona continet 102 et in ultima 104 fuerint *in* caesura dificultate sepe neglexit 105 patule recu tercium *trochcum* quamuis ferme omnibus 106 [uero] supradicta quisue finis nec minus in eneide ΤΕΛΟΣ FINIS VITE P·M· VIRGILII.

Quae qui accuratius erit perscrutatus, is facile sibi persuadebit, omnibus fere locis ipsum interpolatae uitae auctorem uetustos libros atque inprimis Sangallensem sequi, editiones uero et a uetustis libris et ab interpolatore longissime recedere. *Vnde non tam suspicari quam certo concludere licet, cum qui editionem quam uocant principem curauit, omnia ista suo Marte uariasse librorum nullo habito respcctu.*[1])

1) Quoniam do Donatiana Vergilii uita quaesinimus, non alienum esse uidetur, de nouissimo Reifferscheidii super Vergilii uita *Seruiana* placito (Suetoni rell. p. 398. 399) quaedam adicere. Is enim uir doctissimus inde, quod in Probianae Vergilii uitae fine p. 2, 2 K. leguntur: 'quod et Seruius Varus hoc testatur epigrammate: Iusserat haec rapidis etc. — consulis historiae', quae in Seruiana Vergilii uita Aeneidi praemissa frustra quaeras, conclusit, eam Seruii uitam, quae ad nostri aeui tempora peruenit, suppositiciam esse, genuinam, in qua isti olim uersus fuissent, deperiisse. Quod ut statueret motus est simul G. Thilonis auctoritate qui uitam Seruianam in antiquis Seruii libris non extare epistula ad se data esset testatus, et quod quae in ista uita leguntur: 'Periit autem Tarenti in Apuliae ciuitate. nam dum Metapontum cupit uidere, ualetudinem ex solis ardore contraxit', Donati uerbis (§ 35 editionis meae, § 51 Wagn., p. 62, 19 Reiff.) conlatis aperte nouiciam originem proderent. Sed primum G. Thilo errauit: nam uita Seruiana in uetusto codice Bernensi 363 saec. VIII—VIIII (uetustissimo illo Horatii libro) f. 58 diserte legitur. Deinde locus ille, cuius ineptiae, quas nemo, opinor, defendet, personatum Reifferscheidio Seruium uidebantur ostendere, cum in aliis tum in ipsis Bernensibus 363 et 167 plane deest. Iam uersus isti in Probiana uita Seruii Vari testimonio prolati, quia apud Donatum § 38 Sulpicii Carthaginiensis esse dicuntur, et Reifferscheid recte uidit non de Seruio quodam poeta sed de commentatore notissimo cogitandum esse et O. Iahn uerissime 'Seruius *Maurus*' legendum esse censuit (p. 399 not. Reiff.). Verba autem 'quod et Seruius Maurus' etc. e margine in Probi uitam inrepsisse idem Reifferscheid optime uidit. Quid igitur? Num interpolatori uitae Probianae uiro non satis docto, de quo tam sagaciter quam manifesto egit Alexander Riese familiaris meus, de comment. Verg. qui Valeri Probi dicitur p. 24. 25 (nam eundem omnia ista interpolasse certum est) maiorem quam libris fidem habebimus? At res ita potius se habet: Donati uitam in uetustis libris excepto Parisino, in quo una cum epistula ad Munatium data praemissum est: FL· DONATVS L̃ MVNATIO SVO SALVTEM non Donati nomen prae se ferre sed nullo titulo praemisso subiunctouo in *Seruii* codicibus uersari et Reginensis 1495 et Bernensis codex 172 ostendunt; in Sangallensi uero statim *Seruii* in Aen. XII ex-

His accedit tertium subsidium codicis *Parisini* Suppl. lat. 1011 saec. VIIII Pithoeani forma quarta, cuius uarietatem scripturae una cum Donati ad Munatium epistula Eduardus Woelfflin nuperrime publici iuris fecit in Philologo XXIV p. 153 sq. summaque cum liberalitate, antequam ista typis describerentur, mecum communicauit. Quem librum ad eandem familiam pertinere, quam Bernensis atque Reginensis repraesentant, quaeuis linea clamat, ita quidem, ut idem utriusque codicis archetypum fuisse uideatur. Neque enim aut Bernensis ex Parisino aut Parisinus ex Bernensi fluxisse dici potest. Ceterum quia interdum Parisinus artius archetypi uestigia pressisse uidetur, scripturae uarietatem integram exhibui.

II
DE DONATIANA VERGILII VITA EMENDANDA.

Iam ad singulos uitae locos, quibus ab editoribus librisue recedendum esse arbitrabar, exponendos transeo.

Quod § 19 uerba 'de qua ambigitur' seclusi, satis perspicue uidetur glossema ostendi et eo quia alio in aliis codicibus loco collocata inueniuntur et quod in G plane desunt. § 32 'Aeneida prosa prius oratione *firmatam*' legendum proposui pro *formatam*, quia post illa: 'non absurde carmen se *informe* more ursae parere dicens et lambendo demum *effingere*', uox 'formare' non poterat significare nisi: 'ad certam perfectamque formam effigiemque perducere.' Dignus omnino qui cum hoc conferatur Gellii locus est XVII 10, 3. At omnino contrariam notionem huic sententiae subesse debere docent quae secuntur.

De loco § 42 amplius est disputandum. 'Nisus grammaticus audisse se a senioribus aiebat, Varium duorum librorum ordinem commutasse et qui tunc secundus esset (qui nunc secundus sit BG et Pithoeanus, qui tum [*tunc* uulgata cod. Bern. 527] secundus erat uulgata) in tertium locum transtulisse.' Conlato enim Seruio praef. Aen.: 'Ordo quoque manifestus est, licet quidam superflue dicant *secundum primum esse*, *tertium secundum et primum tertium*, ideo quia primum Ilium concidit, post errauit Aeneas, inde ad Didonis regna peruenit', Reifferscheid legendum coniecit: 'Varium [duorum] librorum ordinem commutasse et qui nunc secundus sit (*in primum*, *tertium in secundum et primum*) in tertium locum transtulisse.' Sed egregie fallitur.[2])

positionem uita sequitur neque adiecto expositioni Seruii neque praemisso uitae Donati nomine. Quae cum ita sint, mehercle non est mirandum, interpolatorem uitae Probianae pro ingenioli sui natura aut commutasse Seruii et Donati nomina aut Donati uitam reuera a Seruio profectam esse credidisse. De Seruianae igitur uitae genuinitate non est quod dubitemus.

2) Haec dum typis mandanda transcribo, adferuntur mihi *O. Ribbeckii* Prolegomenon Vergilianorum fasciculi octo priores umidi etiam ab inpressu, quos uir humanissimus summa cum liberalitate per Teubnerum bibliopolam mihi transmittendos curauerat. Cui uiro, quem adulescentulus olim optimum nanctus praeceptorem uerique inuestigandi acerrimum expertus instigatorem pia abhinc prosecutus sum prosequor-

Nam primum quidem Vario, qui et ipse *poeta* fuerit, eiusmodi ineptiae inputari nequeunt (quod gaudeo etiam Ribbeckio placuisse proll. p. 91, cui tamen Reifferscheidii coniectanea probari uidentur, sed ita ut totam de hac Varii mutatione narrationem pro fabella habeat, neque tamen uideo cur his: 'Nisus audisse se a *senioribus aiebat*' fidem ei narrationi paruam tribui Ribbeckio sit concedendum p. 90, cum potius ipsa hac *seniorum* euocatione qui Varium ipsum adire potuerint, fides quam maxime stabiliatur), praesertim cum Seruius, ut eorum qui trium librorum priorum ordinem inuertendum censerent sententiam refutaret, ad *poeticam* Horatii artem prouocauerit: 'nescientes hanc esse artem *poeticam* ut a mediis incipientes per narrationem ad prima redeamus et nonnumquam futura praeoccupemus, ut per uaticinationem; quod etiam Horatius sic praecipit in arte poetica (v. 43): 'Vt iam nunc dicat' etc. Deinde si de Varii quadam mutatione quid traditur, multo magis eiusmodi mutationem narrari expectamus, quae posterioribus etiam temporibus probata atque consentienter sit accepta, quale fuit id Varii consilium, ut Aeneidos uersus quattuor priores decideret. Neque enim parui faciendum, quod id statim post illam librorum mutationem memoratur, nulla omnino facta discretione, qua hoc probatum, illud reiectum esse a sequentium aetatum hominibus significaretur.[3]) Accedit quod absurdum est dicendi genus, si quis dicat, Varium eum librum 'qui *nunc* secundus sit' in primum locum etc. transtulisse, quia, si Varius quid mutauit, mutatio ista *ad ea quae Vergilius ipse reliquisset* erat referenda, non ad eam Aeneidos formam quae *nunc* hominibus praesto esset. Vel, si incongruam talem dicendi rationem aequo feras animo, insuper addi utique oportebat, eum quem *nunc* sequerentur homines ordinem, eundem esse quem Vergilius ipse instituisset, Variumque conatum quidem esse alium instituere ordinem, neque tamen id hominibus potuisse probatum acceptumque facere. Quibus ego causis ductus eum solum posse isti sententiae sensum subesse mihi persuasi, quem uulgata, liberius illa quidem, quamuis non nisi ex parte ita expressit ut: 'qui *tunc* secundus erat' exhiberet. Quare pressius traditionis quam uocant uestigia secutus dedi: 'qui tunc secundus esset'.

Sed inde, si cetera omnia sana essent, ea efficeretur sententia, Varium Niso tradente eum librum qui ante secundus esset in tertium (et,

---

que atque sum prosecuturus ueneratione, non possum non maximas pro tanta obseruantia gratias habere palamque profiteri.

3) Idem de tertio Varii et Tuccae consilio, quo uersus II 567—588 sustulisse dicuntur a Seruio, ualet, qui, quamquam de eorum origine prorsus adsentiendum est Gruppio atque Ribbeckio p. 92. 93, siue detractos siue post interpolatos dicas, certe non lecti sunt inde a Vergilii tempore in Aeneidos exemplaribus, unde patet in grauioribus certe rebus *non alias mutationes ad Varium ac Tuccam relatas esse, nisi quae posterioribus quoque temporibus ut indubitatae in libros receptae obseruarentur atque obtinerent.* Quod mehercle de ultimis quoque duobus libri quinti uersiculis a Tucca Varioque ad libri sexti initium transpositis dicendum, quem quidem ordinem a Vergilii amicis institutum posteri secuti sunt praeter Probum omnes, qui nostros codices conscripserunt, cf. Ribbeck p. 95.

quod per se suppleretur, qui ante tertius esset, in secundum) locum transtulisse. Vides in nouam nos difficultatem incurrisse. Quid? in Vergilii schedis tertium librum, quo Aeneae sociorumque *post* Ilii euersionem errores continentur, priorem obtinuisse locum secundo, quo Ilii euersio quae Aeneae errores antecessit describitur? Quam probabilem eiusmodi ordinis causam dicemus? Nullam omnino: neque enim rerum in tertio et secundo libro exponendarum neque poematis artificiose conponendi ordine cogi umquam ad id potuit, ut talem librorum III et II ordinem institueret. Vt *consilio* quidem secundum librum tertii locum obtinuisse et uice uersa confidenter negem. Vnum supersit, ad quod etiam paululum refugiamus. Nam postquam uiri docti Conrads quaest. Virgil. Treueris 1863 p. VII atque Ribbeck proll. p. 69 probabiliter docuerunt librum secundum post tertium scriptum esse inde quod II 782 Creusae uaticinii nullo sequentis libri loco, ubi tamen consentaneum maxime erat, facta est mentio vv. 7. 88. 146. 163. 183, possit quis conicere, ea ipsa libri II posteriore origine factum esse, ut casu nescio quo in Vergilii schedis tertii locum occuparet itaque turbae efficerentur quas Varius postmodum remouisse diceretur. Sed et uereor magnopere ut de tali dispositione a Vario suscepta, si *casu* erat uera in schedis Vergilianis turbata, notitia ulla siue ad illius siue ad posterioris aeui homines potuerit umquam permanare uel ut memoratu digna a grammaticis propagari, neque, etsi ex II v. 782 librum secundum *post* tertium scriptum esse credamus — quod ut de vv. 781—784 ualet, ita ad *totum* quoque librum secundum pertinere nulla ut credam uideo me necessitate cogi —, satis ea idonea turbarum causa uidetur haberi posse, quoniam sine ullo ordinis uitio idem prorsus in ceteris libris saepius accidit, ut non continuarentur omnes sed alii alio tempore conscriberentur, cf. Ribbeck p. 79 de librorum VIIII vv. 176—503 et V 286—361, et de ceterorum librorum aetate conspectum ab eodem p. 87 propositum.

Ceterum iam per se consentaneum erat, quod priorum librorum ordinis inuersi uel inuertendi et a Suetonio et a Seruio mentio fit, *eandem* ab utroque rem respici. Nam si Seruii uerba nil ad eam quaestionem pertinere dicas, mirum saue et prorsus incredibile, Seruium Varianae quidem mutationis nullam habuisse rationem, summis uero uiribus inpugnasse futilem eorum sententiam, qui ob rerum in tribus libris prioribus expositarum ordinem librorum quoque seriem inuertendam esse censerent. Id igitur bene fecit Reifferscheid quod utrumque contaminauit, sed errauit quod futile hominum uanissimorum excogitamentum ab ipso Vario repetendum censuit. Quid quod tale quid excogitari potuisse prorsus negamus, ut postquam Vergilius ipse uerum qui ad nostra tempora peruenit ordinem in schedis suis reliquisset, inuertere eum quispiam institueret? Suetonium porro ipsumque Nisum dicasne tales absurditates ferre potuisse, immo et recipere ac probare, nulla refutatione adposita? Neque tamen ea de Varii quadam mutatione narratio ut fabella reici poterit praesertim in tanta uersuum quattuor priorum a Vario detractorum propinquitate (quamquam de his aliter sentit Ribbeck p. 90), quos siue a Vario siue ab alio, at detractos certe esse a Seruio quoque docemur

praef. Aen. Quid igitur? Narrauit nimirum Nisus scripsitque Suetonius: '*Varium* [duorum] *librorum ordinem commutasse et qui tunc secundus esset in tertium, tertium in primum, primum in secundum locum transtulisse.*'

Sed uideor iam mihi reprobantium uoces audire. Quid? Vergilium tu easdem illas ineptias quas Vario inputari posse modo negares, commisisse ipsum ais? Aio equidem, sed nullas ineptias. Quodsi Vergilius, ut apud uitae auctorem Donatum siue Suetonium § 23 legimus relatum, 'Aeneida prosa prius oratione firmatam digestamque in XII libros particulatim componere instituit prout liberet quidque et nihil in ordinem arripiens', quae quidem uerba recte ad *Varii* auctoritatem referuntur a Ribbeckio proll. p. 89, iam quo illud *nihil in ordinem arripiens* spectare dicamus? praesertim cum *digestam in XII libros* materiam ante eum habuisse legamus? Quid? si *prosa prius oratione materiam firmauit Vergilius, putasne prosam eam narrationem ab Aeneae in Africam aduentu incepisse neque potius, quae rerum in Aeneide exponendarum prima erat, ab Ilii euersione?* Huc igitur mehercle illud 'nihil in ordinem arripiens' praecipue spectare dico, quod Vergilius, quamquam Ilii euersionem atque Aeneae errores per episodii quam uocant figuram ab ipso Aenea Didoni narrari et uoluit certe olim ut poeta; et finxit postea, tamen in schedis suis pristinum prosae narrationis ordinem libros istos tres, donec totum opus absolueretur, seruare passus est, quem si Varius post poetae mortem ad artificiosae conpositionis ab ipso Vergilio institutae rationem reuocauit, uides nihil eum aliud fecisse nisi quod Vergilius ipse, si diutius uixisset, fuisset facturus.

Itaque si Seruium in praef. Aen. reprehendere uidemus eos 'qui superflue dicant secundum primum esse, tertium secundum et primum tertium, ideo quia primo Ilium concidit, post errauit Aeneas, inde ad Didonis regna peruenit', iam iam intellegimus, Seruio rem de qua peculiariter agebatur satis obscuram fuisse. Videtur enim ita potius res se habere, quod fuerunt, qui Varianae mutationis memores ipsum Vergilium alium olim ordinem instituisse dicerent, non quo restitui eum uellent, sed ut de Varianae mutationis causis fusius probabiliusque exponerent. Seruius uero, qui non adsequeretur animo, quid illi uiri sibi uellent, stultam omnino atque adeo uesanam sententiam iis obtrusit inuitis. Turbas autem in Vergilii uita conspicuas idem uidetur commisisse qui § 34 *uno eodemque tempore* duo hemistichia Vergilium supplesse satis inepte tradidit, cf. Ribbeck proll. p. 63. 64, quod quia artissime inter se cohaerere patet: 'quo non praestantior alter aere ciere uiros', ineptius mihi uidetur, quam ut uel senili Erotis garrulitati inputari possit. Certe Eros atque Suetonius *diuersis* ea hemistichia temporibus suppleta esse rettulerant. In talibus Donati mihi uideor manum Suetoniana uerba retractantis agnoscere, cf. Reifferscheid Suet. rell. p. 401.[4])

---

4) Iuuat hoc loco iis argumentis, quibus uitam Donati nomine insignitam reuera a Donato profectam esse probauit Reifferscheid quaest. Suet. p. 400. 401, nouum adicere. Leguntur enim in glossario Latino Bernensi, cod. 16 saec. VIIII uel X praemissa 'de glosis' nota haec: 'Ca-

Ceterum quod Donatus § 31 tradit tres omnino Vergilium Aeneidos libros Augusto recitasse, *secundum quartum sextum*, Seruius uero ad Aen. IIII 324: 'nam recitauit uoce optima *primum tertium et quartum*' rettulisse dicitur apud Danielem, '*primum et quartum*' apud Reifferscheidium p. 61, 17 not., 'primum libros *tertium et quartum*' apud Leonem (codices non uariare testante G. Thilone apud Ribbeck. p. 58), cum per se sit consentaneum eosdem utrumque libros significasse, tum reuera id conprobatur codicum Bernensium 172 et 167 scripturis, quorum ille Seruiana uerba sic exhibet: 'nam recitauit uoce optima ·III·I·VI', hic uero paruo uitio commisso: 'nam recitauit uoce optima m·I·VI.' Quibus ex numeris primum VI non temptabimus et Donati et ipsius Seruii ad Aen. VI 862 memores. Deinde *quartum* numerum recte se habere et Donatus et ipsa Seruii testantur uerba ad IIII 324: 'dicitur autem ingenti affectu *hos uersus* pronuntiasse, cum priuatim paucis praesentibus recitaret Augusto.' Denique *primum* numerum, quem et uulgati Seruii et Bernensium 172 et 167 scripturae tuentur, multo esse probabiliorem quam, qui apud Donatum legitur, *secundum*, ex temporum rationibus docuit Ribbeck p. 87 (conf. p. 69 sq.). Quare, cum de quarto et sexto concinant Seruius atque Donatus, non dubito quin et Seruius scripserit: 'nam recitauit uoce optima *primum quartum sextum*', et Donati uerba ita sint corrigenda ut illi 'secundum' *primum* substituas.

§ 43: Obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum: nam nec Homero quidem. Prolatis bucolicis *innominatus* quidam rescripsit antibucolica etc. Codicum uestigia *numinatoris* (pung. m. sec.) B, *numinatoriis* Pithoeani, *numinatoris* Regin. secutus non dubitaui 'Numitorius' restituere. 'Innominatus' enim, quae est Petri Danielis coniectura, et ualde uereor ut latine dicatur, neque credibile est aut Suetonium, qui ubique auctorum nomina adfert, uno hoc loco a sua consuetudine recessisse aut auctoris eiusmodi parodiae nomen ipso Vergilii tempore potuisse latere, etiamsi ἀνωνύμως primo circumlatam esse concedas. Quare laetor Ribbeckium quoque de Numitorio quodam cogitasse proll. p. 99, quamquam inter utrumque ambigit. Quid? quod in eo quoque libro, unde G fluxit, ex ipsis codicis Sangallensis reliquiis certissime potest probari, siue *Numitorius* siue nomen qui a litteris *Num* incipiebat, *nomen* certe lectum fuisse. Omissis enim 'defuerunt nec mirum nam nec Homero quidem, prolatis bucolicis . . . . . quidam' cum exhibeat: 'uirgilio *numquam* respcripsit', patet lacunam esse ortam ex eo, quod ex uocabulo *numquam* librarius aberrauit ad '*numitorius quidam*', unde *Numitorius* etiam in

---

racteresimodi elocutionum dicit esse donatus quos greci curtateras uocant scinos qui tenuis melos qui moderatus adeos qui ualidus intellegitur', hunc in modum emendanda: 'Characteres. III modos elocutionum (uel: Characteres id est modi elocutionum. III modos elocutionum) dicit esse *Donatus*, quos Graeci characteras uocant: ἰσχνός qui tenuis, μέσος qui moderatus, ἁδρός qui ualidus intellegitur.' Quae exposita uides in Donati uita Vergilii § 58 (91). Quibus argumentis nouum accessit nuperrime facta ab Eduardo Woelfflino notitia codicis Parisini 1011, Philol. XXIV p. 153 sq., in quo Vergilii uitae praemissa est epistula ad L. Munatium, *Fl. Donati* nomine insignita.

archetypo fuisse intellegitur. Ceterum Eduardus quoque Woelfflin amicus meus epistula nuper ad me data in idem Numitorii nomen opportunissime incidit, cf. Philol. XXIV p. 154.

Porro § 44 codicis G scriptura *repertore* unice uera est habenda; *repertorem*, quod in ceteris libris atque in uulgata editionibusque omnibus legitur, ob id falsum, quia qui *suppositus* esse dicebatur, non idem *repertor* dici poterat noui dicendi generis, quo ipso nimirum ut *suppositum* eum diceret Vipsanius motus est. Idem ni fallor, quamquam de *repertorem* scriptura non dubitauit, sensit Ribbeck, cum proll. p. 100 dicebat: 'ceterum in Maecenatem magis quam in Vergilium innectus est, cum summum cacozeliae artificem et auctorem ceteris omnibus . . . . . . satisfecisse, uni tamen ex communibus uerbis composito atque adeo latenti, *quod et ipse repperisset*, inparem se sensisse eique uicarium supposuisse Vergilium dictitaret.'

Superest locus § 45, quo librorum lectionem Ὁμοιοτελεύτων iam Reifferscheid uidit non posse ferri, quia quae sequitur eius operis interpretatio: 'quos et unde uersus transtulerit continent' minime isti titulo conuenit. Quod autem coniecit *homoeon elenchon*, quamquam speciosum sane est atque etiam Ribbeckio probatum p. 99, tamen manet de plurali *elenchon* cum *homoeon* coniuncto difficultas, ut omittam haec nimis procul a uulgata lectione recedere. Ὁμοιότητες fuisse titulum haud inusitatum ex Athenaeo discimus l. XV p. 690 E, ubi *Sosibius* quidam Ὁμοιοτήτων scriptor laudatur. Sed multo magis hic Athenaei locus eo pertinet, l. IV p. 170 E: *ζητητέον δὲ εἰ καὶ ὁ τραπεζοκόμος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τραπεζοποιῷ. Ἰόβας γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς Ὁμοιότησι τὸν αὐτὸν εἶναί φησι τραπεζοκόμον καὶ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων στρούκτορα.* Vides simillimum regis Iubae opus titulo Ὁμοιότητες citari, quo ille uerborum *latinorum graecorumque* similitudines explicuisse statuendus est. Neque incongrue quis inde coniecerit, Octauii Aulti operam in eo potissimum constitisse, ut *graecos* praesertim uersus, quos Vergilius esset imitatus, congereret Vergilianisque conponeret, eodemque *graecus* operis titulus spectare uidetur. Contra Ribbeckium p. 99 (cf. p. 112) de latinis tantum poetis cogitare uideo; neque tamen illud obstare dicas, quod de *Homeri* exemplis *Asconium* inprimis disputasse intellegimus e uitae loco § 46 (64).

Priusquam Vergilii uitam relinquimus, conferenda est etiam § 10 cum scholio Bern. ad E. VI v. 17: '*Cantharus*, allegorice quidam uolunt *Hieriam* (ieram) intellegi (om. cod., suppleuit M) Maecenatis ancillam quae dicitur uinosa (ingeniosa cod.) fuisse, quidam *Vari* (uarri) amicam.' Quam Hieriam eandem esse cum illa *Plotia Hieria*, cuius Suetonius meminit, negari nequit. Quare cum in ecl. VI de *Varo*, non de *Vario* sit sermo, genetiuum 'Vari' ad nominatiuum 'Varus' possit quis reuocare et exinde in uita quoque 'inuitatum quidem a *Varo*' reponere, praesertim cum ibi in B littera i puncto sit inducta et inde in Reginensi *uaro* inueniatur scriptum. De *Alpheno Varo* sane cogitauit Pomponius Laetus ad E. II 14: 'Amaryllida fuisse Plitiam Hieriam aiunt, cum qua uulgatum fuit poetam coisse. Sed Pedianus Asconius scribit, illam affirmasse iura-

mento, inuitatum Virgilium ab *Alpheno Varo* ad talem libidinem pertinacissime recusasse.' Tamen siue librarium siue scholiastam errasse potius statuerim, quoniam de *Varo* in ea ecloga agitur, ad id uitium adductum, cf. ecl. VI argum. et v. 13. Atque notum sane, *Varii* et *Vari* nomina omnino sexcenties inter se permutari a librariis, cf. Ribbeck proll. p. 101.

III
DE SCHOLIORVM BERNENSIVM CODICIBVS.

In scholiis Bernensibus ad librorum fidem recensendis et ad pristinam, si dis placet, faciem reuocandis *praecipuo codicis nitidissimi* 172 *saec. VIIII—X auxilio* usus sum, de cuius specie postquam Mueller Anal. Bern. part. III p. 11 et progr. Rudol. I, 1847 praef. fuse exposuit, item Ribbeck proll. p. 229, nolim repetendo acta agere. Signaui littera B.

Codicem Bernensem 167 *(C)* saec. VIIII—X, quem Mueller non nisi de Vergilii uita altera et de Georgicorum praefatione consuluit, eadem sed non omnia codicis B scholia continere iam erat notum. Sed parum accurate teste nescio quo *paullum* modo abbreuiata dixit Thilo mus. Rhen. XV p. 126 not. Neque tamen ea est eius codicis indoles, ut inde quod alia adsunt alia desunt, simile quid possit quispiam suspicari de istius scholiorum farraginis origine, ac de Seruii commentario statuendum est, sed ita est conparatus liber, *ut non nisi ea scholia quae in sinistro cuiusque paginae codicis B margine scripta sunt*, *sed ea ad unum omnia contineat*, *ceteris quae dextro margini sunt adpicta constanter omissis*, ut, quia artissimis utriusque marginis scholia uinculis inter se cohaerent, ratio quam codicis C librarius secutus est nihil omnino ad crisin ualet. Est autem ea scribendi ratio tantummodo in E. VII initio non tota obseruata, ubi in C a uerbis demum: 'Vir gregis hircus' (v. 7) eius eclogae commentarium incipit omissis quae in cod. B margine sinistro inde ab eclogae initio usque ad hunc locum scripta sunt, sed ob hanc uidelicet causam, quia antecedens pagina tota erat scholiis ad eclogam sextam pertinentibus conpleta, ut spatium non sufficeret. Quae igitur e codice C ad E. I v. 1—49 hausi scholia noua, quia in codice B primo olim folio rescisso, postea saec. XIII manu sine scholiis repleto a uersu demum XLVIIII commentarium incipit, iis noli putare totam codicis B lacunam refici, sed dimidiam fere, marginum tantummodo sinistrorum scholia continentem. Ita accidit ut, si qua erat in B foliorum pars extrema putredine deleta uel casu quodam rescissa, ea quae in *altera* laesi folii parte olim erant scripta, ex C possent suppleri, quod E. II v. 56; III 32. 33 facere licuit. Necesse est igitur statuas eum de quo C fluxit codicem eiusdem fuisse habitus, qualem cod. B prae se fert, ut per utrumque marginem commentario aequaliter perfuso eadem in sinistra quaque et in dextra parte essent scripta, quae in B alterutri margini tributa sunt. Nam quominus ex B manasse C statuas, multa sunt quae obstant. Sunt enim in magno utriusque codicis consensu satis tamen multi

loci, quorum ex scripturae discrepantiis non B, sed alium fuisse codicis B fontem certissime euincatur, ita tamen, ut idem utrique fuisse archetypum probabiliter conici possit. Quare quamquam plurimis locis B meliorem, C deprauatam lectionem seruasse negari nequit, tamen pro critici uiri officio integram lectionis uarietatem describendam putaui. *Meliorem* autem lectionem C seruauit locis non paucis, quorum ex numero hos tantum libet proponere:

E. I 65. II 13. III 20. IV 7. 10. 23. 45. 63. V 4. 20. 24. 35. 45. 60. 85. VI 1. 16. 32. 41. 42. 46. 63. 74. 85. VII 18. 27. 61. 62. VIII 13. 33. 38. VIIII praef. 39. X praef. — Georg. praef. 1. 13. 46. 55. 56. 109. 138. 143. 162. 178. 211. 240. 247. 267. 386. 397. 426. 462. G. II 8. 20. 47. 54. 73. 85. 207. 277. 300. 312. 359. 360. 389. 395. 400. 431. 522. G. III 5. 7. 8. 25. 111. 258. 348. 392. 440. 448. 472. 481. 489. 509. G. IIII 55. 222. 269. 294; aliaque id genus quae codicis C librarii oscitantia atque inperitia, quae multa multis locis conspicitur, neque e cod. B haurire neque scribendo corrigere potuerit.

Continentur autem eo codice, quem Anal. Bern. part. III p. 10. 11 Mueller non satis accurate descripsit, haec: fol. I^r^—I^u^ cum figura astronomica quaedam ex Isidori de rerum natura libro excerpta; f. I^u^—III^u^ titulo INCIPIT ARGUMENTUM IN VIR̃ de Vergilii uita scriptisque nonnulla medii aeui excogitamenta, quorum primum huius libri calci adieci; f. III^u^ INCIPIT CARMEN OCTAVIANI CAESARIS DE VIRGILIO 'Ergo ne supremis — relegatur ametur'. Manu recentiore subscriptum nomen 'Richardus', lectoris scilicet, atque nonnulla precaria: 'facinora uostra relaxaris mundi gloria petimus mente deuot' etc. quae et f. VI^r^ recurrunt. f. IIII^r^—V^u^ INCP̃T EXPS̃T SERVII. GRAM̃. IN BUCOLIC̃ IN LIBRIS GEORG̃ ATQVE AENEIDVM Seruii praef. in Bucol. Georg. Aen. Extremis praef. Aeneidis uerbis: 'Statius fraternas acies alternaque regna' adduntur insuper haec: *Arma.* Multi uaria edisserunt cur ab armis Virgilius coeperit, omnes tamen in hac sentire (leg. in hoc consentire) manifestum est, cum eum constet aliunde sumpsisse principium sicut in praemissa (p̃missę^a^ cod.) eius uita monstratum est. Et est tropus metonymia (metonomina). Nam arma quibus in bello utimur pro bello posuit, sicut toga qua in pace utimur pro pace ponitur ut Cicero: 'Cedent arma togae', idest bellum paci, conf. Seru. Aen. I 1. — Secuntur f. V^u^ uersus uitae interpolatae (§ 69. 70): 'Nocte pluit tota redeunt spectacula mane | Diuisum imperium cum Ioue Caesar habes (sic; uulg. *habet*). Hos ego uersiculos feci, tulit alter honores; Sic uos non uobis mellificatis apes uel uellera fertis oues.' Sequitur VITA VERGILII POETAE, quam post Donati uitam collocaui. f. VI^r^ decem uersus: 'Vergilius magno quantum concessit Homero — Liuoris titulum praeposuisse tibi' Anth. lat. 862 M., deinde quattuor uersus: 'Qualis bocolicis quantus tellure domanda | Vitibus arboribusque satis pecorique apibusque | Aeneadum fuerit uatis tetrastica dicent | Contineat quae quisque liber, lege munera nostra.' Sequitur argumentum in ecl. I, eadem manu scriptum: 'Hic loquuntur duo pastores — pertinent uel trium amicorum', quod in editione cum primae eclogae scholiis con-

lunxi; deinde: 'Virgilius teocritum siracusanum (gloss. interlin.: siracusa ciuitas in sicilia) in bocolicis sequutus est. Isiodum ascrcum (ascra ciuitas cst gl. int.) in georgicis. Homerum uero in aeneadibus. Tribus annis bocolica composuit, VII uero georgica, XI autem annis aeneidos.' Claudit agmen DE TRIBVS DVCIBVS carmen (Anth. lat. 210 M): 'Vt beiii sonuere tubę uiolenta peremit — Argolicus Teuthras Moesus Clonon Oebalus Arcas', manu recentiore scriptum; praeterea uerba precaria nonnulla eadem quae f. III[u] adsunt. Inde a fol. VI[u]—f. XX[r] Vergilii Bucolica, INCIPIT DRAMATICON: MICTON. MELIB̃ TITVR̃, cum scholiis Bernensibus; f. XX[r]—f. XXXIII[u] Georgica cum schol. Bern. Sequitur inde usque ad finem Vergilii Aeneis, cuius libris duobus prioribus nonnulla scholia aspersa sunt recentioris originis dubii admodum pretii, e. g. ad Aen. I 751 Memnon Tithoni (thithonis) et Aurorae filius rex Aethiopum armis Vulcani pro Troia dimicans interfectus est ab Achille et sepultus est a matre et ad eius templum aues Aethiopicae certis diebus aduolare dicuntur quae de eius nomine Memnones uocantur; ad Aen. II 761 Asylo templo unde nullus possit abstrahi uel locus sacer deo et dictum asylum quasi asyrum. hoc autem non est in omnibus templis, sed in his quibus consecrationis leges insequebantur. quod autem posuit 'Iunonis asyli' sic accipere possumus ut inimica Iuno laetaretur ante oculos esse proposita, quae Graecorum uictoriam testarentur (testaretur cod.). Libros III —XII v. 771 Seruius comitatur manu eadem qua uersus scriptus. Codicem in Britannia uel Scotia scriptum esse testantur glossae haud paucae *Iro-Celticae*, quas ad uirorum doctorum, quibus talia sunt curae, usum sub uno omnes conspectu iuuat proponere:

E. II 8 frigora id est *guascatou*. 18 ligustra ·i· *melgabr*. 30 hibiscum ·i· *elestr*. 47 uiolas ·i· *uileou*. III 55 quandoquidem ·i· *annaor*. IV 23 cunabula ·i· *mabcauuclou*. 47 fusis ·i· *aguirtitou*. VII 42 rusco ·i· *ethin* (cf. G. II 413). VIII 34 supercilium ·i· *guorail*. X 19 opilio ·i· *ousor*. 38 fuscus ·i· *daliu*. 41 serta ·i· *couarcou*.

G. I 44 putris ·i· *buc* (cf. G. I 392). 153 lappae (labet cod.) ·i· *gloiatou*. 166 uanuus ·i· *cauell*. 173 tilia ·i· *limncollin* (cf. G. II 449). 178 cylindro ·i· *acronnmain*. 201 lembum ·i· *caubal*. 262 obtusi ·i· *truch*. 266 fiscina ·i· *ser* uel *cest*. 308 auritos ·i· *scobarnocion*. 309 stuppea ·i· *iscartholion*. 323 foedam ·i· *daureth*. 363 fulicae ·i· *guilannou*. 364 ardea ·i· *corcid*. 388 cornix ·i· *corniol*. 392 putres ·i· *bocion* (cf. G. I 44).

G. II 381 proscaenia ·i· *racloriou*. 389 oscilla ·i· *luscou*. 394 lances ·i· *discou*. 413 rusci ·i· *ethin* (cf. E. VII 42). 449 tiliae ·i· *limncollou* (cf. G. I 173).

G. III 100 notabis ·i· agnosces uel signabis ·i· *crcentbidite*. 148 musca uolitans ·i· *actanoc* ·i· *clehurin*. 406 serum ·i· *meid* uel *cosmid*. 564 papulae ·i· *huital*.

G. III 120 intiba ·i· *cocitou*. 131 uerbenas ·i· *ueruencou*. 168 fucos ·i· *satron* uel *guohi*. 388 caeruleus ·i· *duglas*.

Aen. I 726 lychni ·i· lucernae idest *aninou* uel *acepriou*.

Aen. II 29 saeuus ·i· *bodin.* 85 cassum ·i· *hepcorim.* 180 patrias ·i· *broolion.* 236 stuppea uincula ·i· *coarcholion* (cf. E. X 41; Georg. I 309); ad v. 235 siue 236 in margine: idest *libiriou* (cf. Aen. III 289) uel *sloitprenou.* 646 iactura ·i· *priliri.*

Aen. III 20 auspicibus ·i· *doromantorion.* 22 tumulus ·i· *cnoch.* 31 lentum ·i· *limn.* 92 cortina ·i· *esceilenn.* 158 (idem) uenturos ·i· *nionurel.* 289 transtris ·i· *libiriou.* 549 antemnarum ·i· *deleiou.*

Aen. IIII 131 plagae ·i· *guinodroitou.* uenabula ·i· *guinuclou.* 332 obnixus ·i· contra nisus ·i· *ulgurehconeti.*

Quibus addam nonnulla ex Philargyrii codicibus proposita a G. Thilone mus. Rh. XV p. 133: E. I 76 dumosa *drisidi*; II 13 cicadis *cauig*; IIII 19 bacchare *boobethin* (l. l. p. 125, 12, cf. supra ad E. VII 42); 28 flauescet *blicfilhir*; ib. arista *broth*; 45 sandyx *glãũs* (p. 125,46); VI 16 ansa *dorn*; VIII 64 uitta *snathae.*[5])

His accedit *tertium subsidium codicis Bernensis* 165 saec. IX (cf. Mueller Anal. Bern. part. III p. 7; Ribbeck proll. Verg. p. 229. 230, nisi quod ecl. IIII 36 achill*is* corr. achilles habetur), quo inter excerpta Seruiana aliaque modo uetustioris modo recentioris originis scholia continentur passim quaedam cum scholiis Bernensibus congruentia, quae quia haud raro meliores exhibebant lectiones (cf. ad Georg. IIII 7. 493), ubicumque deprehendebam, suis locis in apparatu critico proposui. Ex eo codice deprompsi, quae appendicis loco *noua* Bernensibus scholia subiunxi ad Eclogas et Georgica pertinentia; multa, quae Aeneidos libris adpicta sunt bonae frugis plena atque hactenus incognita, breui publici iuris faciemus. Quem librum in hac editione ubi non addito nomine memoraui, littera D signari uolui.

Restat ut *de codice Leidensi Vossiano F* 79, Bernensium simillimo, cuius scholiorum specimen ad Georg. I pertinentium typis mandauit Suringar hist. crit. scholl. latt. II p. 272—349, paucis disseram. De

5) Atque quoniam semel talium glossarum mentio facta est, non alienum uidetur haec quoque cum uiris doctis communicare, quae in codicibus Bernensibus 536 et 334 repperi, eodem opinor pertinentia. Quorum in illo scriptum est manu saec. XI uel XII: *arfula astarum flibar. interinas. ostigatir. mica. pinaeles. eeleleon. cerboneus. eripen ueniet ille qui solet adducere alios dueluos* (sic) *ab oriente uel ab occidente a meridie uel ab septentrione* etc., quae quidem ultima uerba haud uidentur ad priora pertinere; in hoc uero manu saec. X sub libri finem post subscriptionem: EXP. EPISTOL. AD HEBREOS. VERS. DCCCC. SCRIPTA A ROMA: *Croh. nheri. nihater. nuflin. nihater. subnil. nihater rãuuenait. nihater arta. daf (claf?). hagal. artat netri. artat netri. artat netri* (sic ter, ut iuris iurandi fascinandiue formulam esse suspiceris) *pomabo suptunamor. ifiamor. lofiens. fonut. pater uulnus commendo. arcus. fargus. seclens (sedens?) corna. nedens. lux detofinet* (*d* suprascriptum) *si na bit. Sanguinis cohibendi* formulam subesse uerisimile fit illis 'pater *uulnus* commendo' additis.

libri facie egere et Suringar olim l. l. p. 269 seq. et nuper G. Thilo mus. Rhen. XIIII p. 540. Huius codicis, sicut ex Suringari specimine uidere licet, ea est indoles, ut paucis exceptis reliqua omnia scholiorum Bernensium conplexu contineantur, Bernensia uero alterum tantum numerum spatiumque occupent. Sed in Vossiano non solum tertia scholiorum Bernensium pars omnino desideratur, uerum ipsa quoque illa, quae utrobique extant, scholia hic misere decurtata atque ad tenuem obscuramque imaginem redacta sunt. Nam quominus quispiam suspicetur, quae in scholiis Bernensibus ampliora feruntur, *postmodum* amplificata atque exaucta esse, tenuia uero Vossiani specimina propius ad pristinam formam accedere, omnes, ad quos ea quaestio pertinet, loci obstant, nisi quod G. I 59 uerba *ut in physiologi libro dicitur*, quae ab ipso Iunilio profecta esse nullo modo credi potest, bene in Vossiano omissa sunt, sed non quo neglexerit librarius, uerum quia in suo codice non inuenit medii aeui additamentum. De quo loco infra fusius agemus. Atque statim in speciminis a Suringaro exhibiti initio, quae Georgicorum praefationi in breuius contractae subiuncta sunt: 'Praefatio autem huius *artis* haec est: principium Georgicorum paene tale est quale in Aeneide' etc., facile epitomatoris medii aeui hominis manum agnoscas. Vt re satis aperta breuibus defungar, similem in modum scholia Bernensia decurtata sunt in Vossiano praesertim vv. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 10. 13. 17. 18. 19. 21. 24. 25. 27. 30. 33. 45. 55. 57. 62. 73. 77. 78. 86. 96. 98. 100. 102. 103. 108. 114. 115. 116. 147. 149. 160. 163. 166. 174. 178. 193. 205. 207. 208. 218. 228. 230. 232. 247. 266. 270. 271. 275. 277. 284. 285. 293. 301. 313. 315. 332. 336. 346. 364. 373. 375. 397. 400. 415. 416. 424. 428. 431. 450. 466. 468. 479. 482. 488. 496. 502. 512. 514 —, quorum numerum etiam augeri posse quiuis uidebit, qui Suringari librum accuratius inspexerit. Atque his locis tantum non omnibus summam librarii aut oscitantiam aut nequitiam aut inscitiam mirari licet. Nullum igitur inde praesidium peti poterit, quo quis firmatus de pristina scholiorum Bernensium forma facieque atque nascendi ratione certius quid statuere possit.

Ceterum Vossianum codicem ex fonte fluxisse Bernensium simillimo, ut iam isti loci quos supra posui ostendere poterant, ita eo conprobatur, quod hic quoque eaedem subscriptiones duae (ad E. X et Georg. I fin.) leguntur atque idem Georgicorum praefationi titulus praemissus est et in ipso commentario passim eadem *Iunilii* et *Gaudentii* et *Galli* nomina laudantur. Quamquam saepe *Iunilii* et *Galli* fere semper nomen omissum est, quod haud dubie librarii oscitantiae pigritiaeue relinquendum. Contrarium uero, ut *Iunilii* nomen adderetur in Vossiano, in Bernensibus desideraretur, bis accidit, ad v. 33 et v. 448, idque in scholia Bernensia recipere nullus dubitaui.

Sed lacera codicis condicione, qua plura quam adsunt desiderantur, factum est ut ad uerba emendanda eius auctoritas non possit magni haberi. Igitur, quamquam interdum genuinam lectionem Vossianus solus seruauit, de quibus locis in adnotatione critica accurate rettuli, tamen, postquam locos multo plures uitiorum monstris horride cumulatis sca-

tere intellexi, non ita multum, si codicem integrum excuterem, me profecturum ratus in specimine a Suringaro proposito, quod ad G. I pertinet, adquiescendum esse statui. Cuius fidem satis omnino suspectam esse iam subscriptionum in Bucolicorum atque Georgicorum l. I finibus positarum habitus temere uariatus atque corruptus docere poterat. Quid quod v. 1 pro illis: *fimus uulgo laetamen* in Vossiano legitur: *similiter uulgo lactum*, v. 5 pro *hunc Liberum*: *home liberum*; *horum duorum* pro *horum deorum*, v. 33 pro *Erigonen autem Iustitiam dicit* speciosum sane sed temere fictum: *Erigonen autem lutatius dicit*, qua corruptela apertissima Suringar infeciliter abusus est hist. crit. scholl. latt. II p. 283, ut ex Statii scholiasta *Lactantio* siue *Lutatio*, qui ad Theb. IIII 692 sane mentionem fecit Erigones atque Icari, 'transiisse quaedam in Seruii commentarios' probatum iret; — v. 43 pro *canis niue candidis; quo cum: canis candidis in quo cum*, Suringaro male 'cum, *in quo*' scribendum esse suspicante; v. 70 *iuuat* pro *iubet*; v. 71 pro *Tonsas*, *agros messos qui alternis uacant. Nouales quia sementa nouantur*, haec: *Tonsas, agros messes quae alternis uocant nouales quia ibi semina nouantur* (*quae alternis uacant uocant nouales* coni. Sur.); v. 120 pro *intiba uena*: *intyba autem*; v. 134 pro *ductibus aratri: dictis aratri*; v. 138 pro *quod ortu suo pluuiae nascuntur quae a nautis 'suculae' dicuntur et in modum y litterae in fronte Tauri sunt*, haec: *quae ortu suo pluuiae oriuntur et quae sunt in medium y literae*; ibid. pro *Lycaonis arcton: Lycaonis autem*; v. 155 pro: *Insectabere*, *insectaberis idest nisi sarriueris. Rastris, raritate dentium dicti*, haec: *et sonitu idest nisi araueris. rastris sarritum dentium dicti*, Suringaro in *araueris* latere *aues fugaueris* ariolante; v. 179 pro *alba: herba* — aliaque id genus multa, quae omnia enumerare taedet.

Sed ne huic scholiorum Bernensium editioni nouae deessent, quae codicis Leidensis peculiariter uiderentur propria esse, in unum congerere placuit, quaecumque in illo libro *aut paullulum uariata aut nouis quibusdam additamentis exaucta deprehenderentur*. Spectant igitur ad *uarietatum* genus haec: Georg. I v. 1 seges pro terra sed alii pro terra tamen cum fructibus accipiunt. 5 quidam — uolunt intellegi. 8 in Iouis tutela est quippe ex qua. 11 *Ferte*, adhibete adiutorium carmini meo. 13 prolesque Neptuni (quae quidem scriptura ex eodem fonte Vossianum fluxisse arguit, unde Bernenses deriuati sunt, quippe in quibus *neptuni proles* habeatur; Vossiani uero librarium corrupto metro temerariam medellam adhibuisse certum est). v. 14 (v. 8 scholl. Bern.) responsum dedit Apollo — candida armenta — illi uero electos. v. 19 quia non unus sed diuersi aratrum in orbe monstrauerunt. Alii Triptolemum qui Cererem Proserpinam quaerentem hospitio suscepit et pro humanitate ei fruges dedit totumque orbem seminauit. v. 20 mansuetam. v. 30 *Thule*. Insula est in septentrione (in VII triō) in Oceano. Pro magnitudine potestatis dixit. v. 34 Astrologi enim Chaldaeorum Scorpionem — tenere dicunt. 50 antequam scinditur. 55 sine studio culturaque. 57 iuxta Assyriam. 67 iunguntur — significant. 74 legumen dicit quodcunque falce non colligitur succiditur sed manu colligitur.

81 *Cinerem*, stercorationem intermissionem arandi incensionem stipularum — utuntur puellae. 104 *cominus*, statim prope. 140 funda a fundendo idest iactando dicta quia (qua) lapis stupcis uinculis iacitur. Sed alii genus retis dicunt quod funditur aquae. 143 serrae qui primus usum inuenit. 154 sed magis fructibus obest. 163 agriculturae et ideo Eleusinae dicit quod ibi maxime colitur. 164 colliguntur uel teruntur in area. — inaequali quia. 175 uitium materiae — apparet. 212 *et Cereale papauer.* Eo autem Ceres leuauit curam lugens. 219 sq. *Robustaque farra.* Plus enim — serenda. Atlantides autem uirgines sunt numero VII, quarum nomina Alcyone — Taygete. Eoae orientes. Eoae abscondantur, idest matutino occasus faciunt. nam cum — Iunilius dicit. Atlantides aliquando sex aliquando septem uidentur: in Nouembri non uidentur a nobis. *Abscondantur*, idest in Nouembri (quae si conferas cum scholiis Bernensibus, Vossiani epitomatoris nequitiam admiraberis intellegesque simul, quantillum ex Vossiano utilitatis esset redundaturum). 247 abscedentem solem a nobis — negant sed uolunt illic esse tenebras perpetuas. 248 iuxta Epicureos d. d. e. c. quod nobis. 271 non de aucupatione. 273 *aselli.* Deminutiue. 278 steriles quae sunt deae. 291 idest aliqui quod est certae personae est (quod certae personae est coni. Suringar). 381 pluuias recipit. 393 serenum a serando idest reserando aperiendo dicit. 397 texturas dicit quae similiter iactantur per aera. Iunilius dicit. 490 quia primum ibi a Caesare et Pompeio postea a Bruto contra Antonium et Octauium Augustum pugnatum est (quanto melius Bernenses codd. illud *Augustum* indocti aeui additamentum omiserunt!). v. 498 *Indigetes* omnes dii dicuntur qui nullius egent. Nigidius dicit. Vel dii facti ex hominibus.

Addita autem sunt praeter ea quae in scholiis Bernensibus leguntur, noua etiam haec, quorum ex numero ea quoque, quae ex Burmanni codice G iam erant nota, iterum proponere libebat, ne totus additamentorum conspectus turbaretur: G. I v. 5 post *oculos mundi*: Aliter Apollo et Diana. v. 9 Achelous (Achelonius cod.) fluuius. *Vuis.* Staphylus Oenei (ouista filius ynen cod. Onista Burm.) regis pastor cum uideret caprum saepius a grege discedere, eum secutus est et (et om. cod.) uuam depascentem inuenit, quam statim expressit ac (hac cod.) de Acheloo flumine, in cuius ripa uua fuerat inuenta, aquam miscuit uino obtulitque regi, qui cum probasset uuam, inuentoris nomine uocari iussit (sic cod. G, probasset inuentoris nomine uocari cod.), uinum graeco uerbo οἶνον (ynen) a suo nomine appellauit. v. 14 (v. 8 scholl. Bern.) post *et ibi reliquerunt*: quamquam fuerunt numero CCC. v. 32 *Tardis*, longis idest si addatur Caesar (sic Ph. Wagner de Philargyro II p. 9; sis ad cod.) XIII signum uel cum Caesar ierit (abierit Wagner, erat cod.) in caelum (sic Wagner, coelo(?) cod.) hominum uita tendetur (sic Wagner, tendebitur cod.). Iunilius dicit. v. 34 *Ardens Scorpius*, licet tempus Scorpii frigidum (frigidus cod.) sit idest Nouembris (nob. cod.); sed tamen ardens non solum ad calorem dicitur sed etiam [et] ad frigus. Aut *ardens*, festinans etc. v. 48 Calorem dierum et noctium; similiter frigora. Dispar enim est calor diei et noctis, et etiam frigus. *Sentit*, arata (et

etiam frigus sentit arator coniecit Suringar). v. 92 *Tenues* lentae et penetrabiles idest secretae (leg. *idest secreta*; pertinent autem haec ad v. 89). v. 96 *nequicquam*, sine causa inaniter. v. 125 *ante* idest regna uel *usum terrae* (Suringar non intellegere sc fatetur: est autem dittographia uerborum *uel ueternum* uersus praecedentis). v. 138 post *Calisto Lycaonis filia*: quae fuit Dianae in uenationibus comes, quam Iuppiter adamauit et in Dianam ucrsus cum ea concubuit: quae cum praegnans apparuisset, de suo eam (de suo comitatu Diana eam Burmannus) remouit, quae Arcadem puerum edidit. Sed Iuno odio pellicata (pellicatus Burm.) in ursam eam transfigurauit et uenanti filio obtulit. Cum ille feram putasset insequique coepisset, Iuppiter eos iisdem figuris consecrauit astris et illa ueiut ursa fugiens, ille uelut impetus faciens in eam (in eam * Burm., an: ut illa — in eam appareret?), quod sidus septentrio dicitur siue a numero stellarum siue quod in parte poli septentrionalis sit. Hanc (hoc cod.) Arcton dicit, illum autem Arctophylacem (arctofilium cod.) quod iuxta locatus custos esse uideatur. v. 166 coniunctae ·i· s. u. hoc est contextae. v. 232 An mundi astra. Vtrumque dici potest. v. 286 *Nona fugae*. Hic Virgilius stultus uidetur, fugam suadendo seruis et eis indicando dies quibus a rapinis contineant (stultum sane scholium Seruio tamen antiquius est, quippe a quo refellatur). v. 298 Tostas exustas (exussas cod.) uel siccas. v. 378 in ranas conuersos cum illa ageretur a Iunone, in Lyciam perueniens. Et Ouidius ait: Ceres cum Proserpinam quaereret, ad fontem peruenisse (peruenit coni. Suringar) quaerere aquam ad bibendum: tunc eam Lycii rustici a potatu prohibuerunt cumque contra eam emitterent sonum (leg. umorem) narium turpem, ita illa irata eos conuertit in ranas. Alii dicunt ranas etc. (Quibus opportune suppletur scholium in codd. Bernensibus consilio decurtatum). v. 404 *Nisus*, auis. 405 *Et pro purpureo dat*, sonitu (leg. soluit; sonitu ex sequentibus inrepsisse uidetur Suringaro). *Scylla*, auis. 406 Leuem idest nubem. *Aethera*, accusatiuus pluralis. 407 *inimicus*, Nisus. *stridore*, sonitu. 409 *Raptim*, uelociter. v. 422 *Concipiunt*. Incipiunt canere (sic Suringar; incipiunt concipiunt canere cod.).

Haec erant quae de isto libro excerpere placebat. Ceterum si non multum, at aliquantulum fructum, opinor, is habebit, qui ad Georgicorum librorum III ceterorum atque Eclogarum scholia codicis Leidensis perscrutanda ut accedat ab animo suo impetrare poterit.

IIII

DE SCHOLIORVM BERNENSIVM AVCTORIBVS.

Priusquam de tribus Vergilii commentatoribus, quorum nomina singulis passim scholiis subiuncta sunt, fusius agam, de duabus subscriptionibus pauca praemittam, quarum una in Bucolicorum, altera in Georgicorum fine legitur. Ex quibus illa quae est: 'Haec omnia de commentariis Romanorum congregaui, idest Titi Galli et Gaudentii et maxime Iunilii Flagrii Mediolanenses', primum ita est emendanda, ut *Mediolanensis* scri-

batur, non quo in altero id codice Bernensi 167 (C) legatur, quod nescio unde petitum perperam et Thilo olim statuit mus. Rhen. XV p. 126. 127, et Th. Mommsen credidit mus. Rh. XVI p. 446, sed quia uerba Georgicorum argumento praemissa: 'Iunilius Flagrius Valentiano[6]) Mediolani' *Iunilium* Mediolanensem fuisse ostendunt. Nam quod in Vossiano codice F 79 legitur *Mediolanentium*, librarii coniectura est infelicissima, quam Wagnerum amplexum esse magnopere miror (de I. Philarg. I p. 21. II 8; cf. Thilo mus. Rh. XV p. 127). Ceterum quamquam congregatorem eius farraginis non Romanum fuisse, sed *Scotum* Mommseno l. l. p. 446 libenter concedo, tamen id ex uerbis 'de commentariis *Romanorum* congregaui' elici posse non arbitror, quippe quae ad illud *Mediolanensis* respicere uideantur. Scilicet *Titum Gallum* et *Gaudentium Romanos* fuisse, *Iunilium Mediolanensem* epitomator tradidisse uidetur. Quare legendum coniecerim: 'Haec omnia de *tribus*[7]) commentariis congregaui, idest Titi Galli et Gaudentii *Romanorum* et maxime Iunilii Flagrii *Mediolanensis*.' Sunt autem ea uerba in libris sub Bucolicorum finem collocata, unde Mueller quattuor suis programmatis Rudolphipolitanis titulum speciosissimum: 'Commentaria Iunilii Flagrii T. *Galli* et Gaudentii in Virgilii *eclogas et Georgica*' praelusit. Nec Thilo uidetur ab ea sententia abhorrere l. l. p. 126. 127. Sed postquam Mommsen l. l. p. 446 inde quod *Galli* scholia non nisi in primo *Georgicorum* libro occurrunt, ad Georg. I initium ea uerba pertinere uerissime coniecit, in edendis scholiis ueritatem quam codices sequi malui. Accedit quod subinde in utroque codice Bernensi Georgicorum titulus sequitur.

Iam alteram subscriptionem sub Georgicorum libri I finem positam: 'Titus Gallus de tribus commentariis Gaudentius haec fecit' ad prioris imaginem, sed corrupte effictam esse una uirorum doctorum uox est uerissima. Quam probabiliter ita restituas: 'Titus Gallus. Gaudentius. Iunilius Flagrius. De tribus commentariis haec feci', ut Mommsen coniecit, nisi quod Iunilii nomen primo loco posuit. Quod autem Vossianus 'Titus Gallus de tribus commentariis *Gaudentii* haec fecit' praebet, en alterum est eius librarii nequitiae specimen, cf. Thilo mus. Rh. XV p. 127, ut mirer hic quoque Wagnerum de Phil. II p. 8. 9 Vossiano maiorem quam Bernensi fidem habuisse. Suringari uero de istis subscriptionibus commenta, quae nihili sunt, ex ipso cognoscas hist. crit. scholl. latt. II p. 169. Quid quod ipsum sibi contra dicentem deprehendas p. 271? — Ceterum ex ipsis his turbis atque ex toto scholiorum habitu uitiis innumeris foedato cognoscitur, longius libros nostros ab illo tempore recedere, quo epitomator 'haec omnia' ex tribus commentariis congregauit. Quod circa octauum fere saeculum contigisse uidetur G. Thiloni mus. Rh. XVI p. 133.

---

6) Sic scriptum est in codd. Bernensibus atque in Vossiano; neque de ea nominis forma, quin uera sit, dubitandum, cf. Wagner de Iunio Philargyro I 20. 21. *Valentinianum*, ut est in subscriptione altera codicum Laurentiani et Parisini (cf. mus. Rhen. XV p. 119) post Fuluium Vrsinum Mueller perperam amplexus est.

7) Cf. infra alteram subscriptionem in Georgicorum l. I fine.

V

DE TITO GALLO VERGILII COMMENTATORE.

Citatur Titi Galli nomen in scholiis Bernensibus non nisi Georg. I v. 2. 3. 8. 13. 25. 28. 31. 40. 54. 81. 149, ut Mommseno adstipulandum sit, qui mus. Rhen. XVI p. 447. 448 epitomatorem Galli commentarium non continuo sed ex parte adhibuisse, mox seposuisse contendit. Ex quibus locis quia plures magnam cum uulgato, quem dicunt, Seruio similitudinem prae se ferunt (v. 25. 28. 31. 40. 54. 81, ex parte 149; nam de v. 3 mox uidebimus) Mommsen eo simul, quod alii loci cum Seruio haud congruunt, commotus est, ut Galli commentarium *pleniorem Serui* quam uocant *recensionem*, qualem Lemouicensis Fuldensisque codices praeberent, repraesentare atque, quod inde consequitur, post Seruium uixisse diceret, eodem una de Gaudentio lato iudicio (l. l. p. 448). Idem uidetur H. Keil innuere (Zeitschrift für Alterthumswiss. 1848 p. 553), cum omnia scholia et Galli et Gaudentii et Iunilii et anonyma, quae cum Seruiauis congruant, ex eodem fonte, Seruio opinor, fluxisse contendit. Sed mirum sane, unde ista Galli et Gaudentii nomina Seruianis recensionibus sint inposita, neque semel in titulo uel in subscriptione, sed multifariam in singulis scholiis uersantia, id quod minus quam debebat curasse uidetur Mommsen p. 448.

Iam de Galli scholiorum indole uideamus. Ac primum quidem scholium ad v. 3: 'pro omni pecore ut maius animal minoribus non separetur, sicut de hominibus facit dicens: Relliquias Danaum atque inmitis Achillis', si cum Seruiano conferas: 'Aut in sequenti epexegesis est hoc ut sit: qui cultus habendo sit pecori, quod est: quae cura boum. Aut certe κατ' ἐξοχήν ait boues et postea intulit cetera pecora, ut maius animal separaret a minoribus, sicut de hominibus facit dicens: Relliquias Danaum atque inmitis Achilli', patebit Gallum iisdem uerbis adhibitis eodemque Vergilii exemplo usum prorsus *contrarium* ac Seruium referre. Seruius quid significare uoluerit, si ea quae primo loco posuit respicias, minime est ambiguum. Nimirum boues pro maioribus animalibus, pecora pro minoribus dicta esse uult, quemadmodum l. l. a minoribus Danais maior Achilles distinguatur. Gallus uero e contrario illam secutus explicationem, quam primo loco Seruius memorauit, boues generalem esse, ut ita dicam, notionem eisque et maiora et minora pecora conprehendi contendit. Vterque autem suam probaturus sententiam eundem Vergilii locum Aen. I 30 in partes uocat. Quid igitur? Inde haec mihi uidentur certissime euinci, primum *Galli commentarium non fuisse pleniorem Serui recensionem: iisdem enim uerbis usus uterque aliud atque plane contrarium profert.* Deinde *Gallum non ex Seruio sua hausisse*, quia, si hausisset, priorem Serui explicationem, quippe quae cum sua ipsius plane congrueret, potius fuisset translaturus quam alteram ita uexaturus, ut contrarium prorsus sensum eliceret. Denique *Seruium potius ex Gallo haec petiisse*, ita tamen ut Galli uerba in contrariam sententiam detorqueret, quod non miraberis factum, si cogitabis eiusdem iam argumenti explicationem aliunde petitam Seruium primo loco positam habuisse,

cuius in gratiam Gallum diffingere quam istam dimittere mallet. Quae probabiliter me statuere ii potissimum loci ostendunt, quibus summa inter Seruium Gallumque similitudo intercedit. Nam v. 25 Galli uerba 'quem deum esse te uelis, utrum caeli an maris uel terrae possideas imperium' Seruio obuersata esse, cum scribebat: 'Vtrum uelis terrarum an maris an caeli imperium possidere' multo uerisimilius est, quam si illa ad Seruium ficta esse dicas. Item v. 40 Galli uerba 'uerecunde dicit de suis uiribus' propius originem accedunt quam Seruiana 'uerecunde suas uires extenuat et commendat operis difficultatem dicendo audacibus', quae potius ex illis dilatata esse uidentur. Nec minus manifesto v. 31 id quod in Seruio insuper legitur: 'sicut habemus in Iure' Seruii additamentum esse deprehenditur. Quae Gallum aequaliter *et a plenioris Seruii recensionis hypothesi et ab excerptionis crimine defendere patet.* Accedit quod Galli scholia ad v. 2. 8. 13. 149 aut plane desunt in Seruio aut minime cum Seruianis congruunt. Quibus ego ductus indiciis *Titum Gallum Seruio antiquiorem fuisse atque a Seruio haud raro in partes uocatum esse dixerim.*

VI

DE GAVDENTIO VERGILII COMMENTATORE.

Quia maximam scholiorum partem, quae Gaudentii nomen prae se ferunt, aut uerbis ad uerba expressis aut leuiter mutatis apud Seruium extare negari nequit, quod accidit E. I 55. VI 48. 79. VIII 21; G. I 2. 222. 245. 252. 275 (ubi 'Gaudentius dicit' uulgo post 'Incussum reparatum refectum perforatum' positum manifesto ad praecedens scholium referendum est). 277. 284. 314. 324. 337. 350. 378. II 160. 542. III 4. 105. 113. 339. 349. 380. 392. 461. 474. 475. 497. 518. 526. IV 6. 10. 14. 51 (de quo loco conf. infra). 89. 100. 104. 111. 117. 122. 131. 278. 289. 330. 520. 565 —, Thilo mus. Rh. XV p. 138 not. Gaudentium, quippe qui multa ex Seruio hausisset, saepe uerbum ad uerbum expressisset, *post* Seruium uixisse opinatus est. Mommsen uero mus. Rhen. XVI p. 447. 448 rem ita exposuit, ut Gaudentium uulgati qui dicitur Seruiani commentarii recensionem repraesentare diceret, parum accurate ille quidem: restant enim non pauca scholia Gaudentii nomine signata, quae apud Seruium frustra quaeras. Atque artissimas intercedere inter Seruium Gaudentiumque rationes in propatulo est, quod manifestius etiam Iunilio conlato probatur, quem toto caelo a Seruio abhorrere certa doctorum uirorum sententia est uniceque probanda. Quae cum ita essent, Mommsen acutissime uidit primam Georgicorum argumenti partem inde a uerbis 'Virgilius in operibus suis' usque ad illa 'cum de Italia diceret', cui parti in codicibus Bernensibus Iunilii nomen praemissum atque subiunctum est, ob id ipsum, quod eisdem fere uerbis conscripta apud Seruium extat, perperam siue a librario siue ab epitomatore ad Iunilium auctorem esse relatam credi oportere. Pertinent scilicet ad *Gaudentium.* Hoc luculenter insuper probatur scholio ad G. II 542, ubi

praemisso *Gaudentii* nomine haec leguntur: 'Et plerique uolunt ideo eum dixisse se hoc loco carmini Georgico finem facturum, quod duo sequentes libri pastorales sint, non georgici, ut etiam in prima huius carminis parte memorauimus'. Respiciuntur enim his procul dubio primae argumenti partis uerba: 'Alii autem duos tantum Georgicos male dicunt' etc. Idem de scholio ad G. I 1, quod Iunilio uulgo tribuitur, uerissime iudicauit, factumque hoc esse ob id, quia in initio operis non satis librarius animum suum muneri subeundo adaptasset, probabilissime coniecit. Quare uerba 'Iunilius Flagrius Valentiano Mediolani' potius ante 'Georgicorum duae sunt species' etc. erunt collocanda, atque 'hucusque Iunilius' post 'ex secundi similitudine' subiungenda. Quod ut statuam, moueor uerbis post *tertiam* argumenti partem additis: 'Hucusque hic tractatus', utpote quae ad Iunilium haud uideantur referri posse, cuius nomen sequentibus subiunctum uideas, quamquam ne haec quidem solius Iunilii esse, sed ceterorum quoque commentariorum frustula praebere non est quod moneam, quia res ipsa indicat. Videtur potius illud 'hucusque hic tractatus' ad *Galli* commentarium pertinere, cuius nomen in initio operis non satis cognitum habuisse librarius statuendus est. Haud dubie Mommsen mecum faciet; quem G. I 1 sub illo '*alius dicit*' *Galli* nomen latere ob causas satis idoneas conicientem (p. 449) ad eandem id uitium originem rettulisse laetor. Iam in istis, quae argumenti agmen claudunt: 'in Georgicis poeta solus loquitur' etc. usque ad illa: 'in Georgicis angusta dilatauit' difficile est diiudicatu, quid ex quoque trium commentariorum potissimum petitum sit, nisi quod nouissimae duae particulae inde a uerbis: 'Georgica duobus modis scripsit' usque ad finem Gaudentio sine dubio erunt tribuendae, quas in prima etiam argumenti parte deprehendere licet.[8]) Ceterum turbarum toto hoc loco commissarum apertum indicium id quoque est, quod ad primam argumenti partem in libris primi uersus scholium adsutum est.

Quodsi personatum primae arg. Georg. partis auctorem Iunilium, quem propter ea quae modo dixi Gaudentium dicere licebit, cum Seruio conferas, unde rationum quae inter utrumque intercedant indolem probe perspicias, primo deprehendes locos non paucos quibus scripturae discrepantia ab ipsa librarii oscitantia erit repetenda. Sunt autem hi: quibus temporibus ager Seruius, quibus ager Gaudentius; ad imitationem Odyssiae S, ad imitationem om. G; dicentes *γεωργίαν γῆς ἔργον* S, *γῆς ἔργον* om. G; circa terras constat S, constat om. G; Italiae et praecipue Venetiae S, Italiae, om. et praecipue Venetiae G (quo quidem loco codicis C lectio *uitaliae* clamat non consulto esse 'et praecipue Venetiae' omissa). Accedit his luculentus locus: Nescientes tertium et quartum licet *γεωργίαν* non habeant tamen S, unde in BC nil nisi *nestamen* relictum est.

8) Hoc iam Wagner uidit de Iunio Philargyro I p. 24. Sed quod 'inde intellegendum ei uidetur, cetera quoque, quae in *illa* praefatione non attingantur, ex eadem deprompta esse, copiosiorem igitur eam fuisse quam nunc extet', ea, si cum Wagnero de solo Iunilio (Gaudentio) cogites, parum probabilis sententia est, multo probabilior futura, si ad tres istos omnino commentatores causam rettuleris.

Sunt autem nonnullae praeterea discrepantiae, leues eae quidem, quae tamen non uidentur ad librarium referri, ut: longo interuallo S, interuallo longo G. idest S, hoc est G; diuisit in IIII S, in IIII diuisit G; duo continent S, continent duo G. Quaedam porro, quae in Seruio omissa, in Gaudentio addita sunt et uice uersa, ut: transtulit sicut S, transtulit et sicut G; Hesiodi S, Hesiodi tamen G; secutus est tamen S, secutus est G; praeceptum et doctoris S, praeceptum doctoris G. Accedit quod Gaudentii uerba: 'inde duobus modis scripsisse dicendum est' prorsus desunt apud Seruium, et Seruiana: 'nam omnis terra ut etiam Varro docet quadrifariam diuiditur', omisso Varronis testimonio apud Gaudentium ita se habent: 'nam omnis terra quadrifaria'. Simile accidit in his: 'in his libris quem penitus reliquit' S, pro quibus Gaudentius exhibuit non nisi haec: 'in his libris Georgicorum'. Denique grauius inter se discrepant hoc loco: 'male autem quidam Georgicorum duos tantum esse asserunt libros S, G uero: 'alii autem duos tantum Georgicos male dicunt.' Quid igitur? Sequitur inde, non eundem nos manibus tenere auctorem Seruium scilicet modo genuinum modo librariorum neglegentia corruptum uariatumque, sed duos eiusdem saltem rei tractatores, Seruium unum, alterum Gaudentium. Iam quaeritur, utrum ex Seruio Gaudentius, quae uulgaris sententia est, an ex Gaudentio Seruius sua hauserit.

Sane Varronis testimonium, quod Seruius protulit, apud Gaudentium neglectum est, ita tamen, ut librarii quidem uitio id accidisse per totum sententiae habitum non liceat suspicari.[9]) Restat ut *consulto* Gaudentius omisisse dicatur, si ex Seruio eum hausisse cum Thilone statuas. At ne hoc quidem uidetur cogitari posse in summa ista ceterarum partium aequabilitate atque consensione, praesertim cum probabilis omissionis causa nulla possit inuestigari. Iam quid relicuum, nisi ut Seruium ex Gaudentio sua hausisse dicamus? ea quidem ratione, ut mutatis interdum Gaudentii uerbis atque inserto Varronis testimonio aliunde sublato eodem fere modo ageret, quo Donatus Vergilii uitam a Suetonio scriptam paucis de suo additis mutatisque (qua de re post Gronouium caute iudicauit Reifferscheid Suetoni rell. p. 401, cf. supra, quamquam de Donati mutationibus aliter sentit A. Riese de comm. Verg. qui Valeri Probi dicitur p. 24 not.) omnino integram commentario suo praetexuit. Nam Mommseni sententia, qua Gaudentium uulgati Seruii recensionem repraesentare dicit, hoc loco nos deseri patet, quippe quo *plenior* Seruius uulgatus Gaudentio conspiciatur. Quid? quod Gaudentii uerba 'in his libris Georgicorum', 'nam omnis terra quadrifaria', 'alii autem duos tantum Georgicos male dicunt', 'praeceptum doctoris', si cum Seruiauis conferas, propius omnino fontem originemque accedere, Seruiana uero secundam manum perpessa esse uideantur?

Sed iam tempus est hanc nostram sententiam ceterorum Gaudentii scholiorum indole atque natura conprobare.

Sunt igitur, ut de his primum loquar, scholia non pauca, quae apud

9) De quo minus caute iudicauit Wagner de Phil. I p. 31, qui Philargyrii epitomatoribus id inputare mallet.

Seruium frustra quaeras, E. V 80. VI 41. VII 22. 37 (ubi haud dubie collato Philargyrio: 'dulcior inquid Gallia melle Siculo et fertilitate' [Thilo mus. Rhen. XV p. 129] Gaudentii nomen, quod uulgo post 'melle Siculo' legitur, superius post 'et ipsa adesset' erit collocandum, Iunilius uero scholii 'laudat Nymphas — melle Siculo' auctor intellegendus); G. I 5, 8. III 338. IV 283. 493. Ex quibus G. I 8. IV 283. 493 de Aristaeo agitur idoneis uidelicet fontibus adhibitis, ut mirum uideatur, si cum Mommseno Gaudentium uulgati Seruii quandam recensionem existimes, tam constanter in uulgato Seruio scholia ista ad Aristaeum pertinentia omissa esse, praesertim cum omissionis causa nulla possit inueniri. Vt sane mirer, cur non idem saltem de Gaudentio statuerit Mommsen quod de Gallo, *pleniorem* isto Seruii recensionem significari. Sin Seruium Gaudentio usum esse dicas, omissa non miraberis praecipue in tanta commentatorum copia, quibus Seruius usus esse intellegitur. Ceteris quos supra posui locis inueniuntur quidem apud Seruium de iisdem rebus scholia, sed adeo diuersi coloris, ut de Gaudentiana quadam Seruii recensione nullo modo possit cogitari.

Deinde E. I 55 Gaudentii scholium: 'Hybla mons in Sicilia' ex Seruio: 'Hybla uel Hyble oppidum est Siciliae quae postea Megara' non potuisse excerpi patet: contra Gaudentianum nonne in istius 'quae postea Megara', gratiam quod aliunde petitum erat inserturus, a Seruio mutatum esse intellegitur? Inde simul uides errare Thilonem l. l. p. 129, qui id quod apud Philargyrium legitur: 'Hybla quae postea Megara oppidum Siciliae uel locus in Attica ubi mel optimum nascitur' ex *Gaudentio* sumptum esse diceret: nimirum ex *Seruio* potius inrepsit. G. I 324 loco ceterum cum Seruio congruo Gaudentianum 'quia altus' obscurius dictum, quin Seruiano 'qui utique de alto flat' explicetur dubitari nequit. G. IV 89 legimus in his scholiis: *Prodigus*, non mella conficiens sed consumens. Gaudentius dicit. *Dede*, da. *Neci.* Ideo autem regem solum etc. Quae eisdem uerbis apud Seruium occurrunt, sed continuato sermone: 'Non mella conficiens sed mella consumens. Ideo autem regem' etc., omissis *Dede da. Neci.* Inde efficitur Gaudentium haec, cum apud Seruium desint, non potuisse ex Seruio haurire. Denique E. VI 79. VIII 21. G. I 2. 245. 277. 284. 337. IV 6. 89. 100. 104. 111. 289. 520. 565 in Gaudentio primam, in Seruio secundam manum facile agnosces. Quid? quod G. III 113 et inprimis G. IV 117 durius Gaudentii dicendi genus Seruius emolliuit? Certe ex Seruiano: 'Illam allegoriam respicit qua est usus in II', ut quis potuerit haurire: 'Nunc allegor*ice* dicit *qua* in II usus est', ualde uereor. Ceterum si inueniuntur loci quibus excerpta esse uideri possint ex Seruio Gaudentiana, ut G. III 474. 526, id non a Gaudentio sed a Gaudentii excerptore commissum est, quod luculenter G. III 526 ostendit.

Restat locus praeclarus G. IV 122, quo mea de Gaudentio Seruii fonte sententia certissime conprobatur. Vbi haec Seruius tradit: 'Sane hic cucumis huius cucumis declinatur, sicut agilis; secundum *idoneos*. Nam *neoterici* hic cucumer huius cucumeris dixerunt, sicut puluer pulueris.' Schol. Bern.: '*Cucumis.* Haec cucumis nominatiuus huius cucuminis,

sed hoc maluit poeta quod eufoniam sequitur. *Iunilius* dicit. Et huius cucumeris dicitur ut *Gaudentius* dicit.' Hoc loco primum animaduertas, *obloqui* Gaudentium Iunilio uel saltem respicere Iunilii uerba, fuisse igitur Iunilio aetate minorem uel aequalem. Deinde non ita Gaudentium de genetiui 'cucumeris' forma loqui, ut eam inpugnet, uerum ita potius ut commendet. Quodsi Seruius 'cucumeris' genetiuum quasi *neotericorum* formam inprobandum esse censet, patet Gaudentium ex Seruio sua hausisse non posse cogitari. Denique ex hoc loco docemur, Seruium non satis habuisse Gaudentii commentarium ipsis uerbis in suum transcripsisse, sed interdum illius excogitamentis oblocutum esse.

VII
DE IUNILIO FLAGRIO VERGILII COMMENTATORE.

Superest ut de tertio commentatore *Iunilio Flagrio* pauca subiungam, qua in causa ne longius mihi esset excurrendum, uirorum doctorum cum aliorum tum Philippi Wagneri sagacitas effecit, qui duabus 'de Iunio Philargyro' commentationibus accuratissime atque doctissime scriptis difficilem de Philargyrii aetate atque commentario quaestionem fere profligauit. Ac primum quidem *Iunium Filargirium* (cf. Laurentiani et Parisini codd. subscriptiones mus. Rh. XV p. 119 a Thilone propositas), quem Philargyrium uel Philargyrum recentioris aeui homines nominare maluerunt, eundem esse atque istum cui *Iunilii Flagrii* nomen inditum est in scholiis Bernensibus, trita sane res est, quae non solum nominum atque commentariorum utrique adscriptorum summa similitudine conprobatur, uerum etiam eo quod utriusque commentarium Valentiano [10]) cuidam Mediolanensi erat dicatum, cf. schol. Bern. Georg. arg. init., et Laurentiani in Bucol. fine subscriptionem, Thilo mus. Rh. XV p. 119. 127. Dubitabat tamen H. Keil Ephem. antiq. stud. 1848 p. 553. Atque *Iunilius* ex *Iunio* per conpendium scripto ortum est. Alterum uero Iunii nomen quin *Filargirius* siue *Philargyrius* fuerit, non *Philargyrus*, quod cum Wagnero Eckstein (Encycl. Hal. s. u.) defendebat adsentante Keilio l. l. p. 550, post dilucidam Thilonis disputationem p. 134. 135 dubitari non potest, praesertim cum uitium in altera Laurentiani codicis subscriptione FILAGIRII commissum eiusdem fere naturae sit, quam *flagrius* et *flagrii* formae in scholiis Bernensibus obuiae prae se ferunt. Quid? quod G. III 532 *flagius* scriptum est?

Quod ad *aetatem* Iunilii adtinet, Suringar (hist. crit. scholl. lat. II p. 97) olim Philargyrium et Seruium aequales fuisse statuit atque Osann (symb. ad hist. litt. gr. et rom. II p. 284 seq.) Duebnero praeeunte (Ephem. antiq. stud. 1834 p. 153) Seruio Philargyrium uetustiorem censuit. Vrsini enim de Imperatore Valentiniano nugae explosae sunt. Optime autem de ea quaestione meruit Philippus Wagner, qui inde quod Romanam quandam Philar-

---

10) *Valentinianum* nominat subscriptio, sed cf. supra p. 697. De uno eodemque homine certe cogitandum est.

gyrius dignitatem uideatur contra Graecos tueri, quod prisci temporis mores suo etiam tempore manere passim ostendat (de cuius rei fide, postquam Gaudentium Seruio priorem fuisse docui, quem Philargyrio obnisum esse mox ostendam, iam nemo haesitabit, cf. Keil Ephem. p. 550, Thilo l. l. p. 130), quod doctrinam non mediocrem in citandis auctoribus prodat, quod denique de Thyeste tragoedia quasi superstite referat multaque de poetis Latinis qui Augusti temporibus uixere, non uulgaria memoret nitido etiam stilo usus, circa Seruii tempus quarto fere post Chr. nat. saeculo eum uixisse certissime conclusit Ecksteinio Keilio Thilone (p. 134) probantibus, de Iunio Philargyro I p. 25—30. Quamquam aliter sentit Bernhardy hist. litt. Rom. p. 485 ed. IIII, qui Philargyrium farraginis Seruianae partem aliquantam esse uult, cuius ob id tenuissima species appareat, quod ab epitomatoribus ex Seruio sit euolutus. Cuius theseos argumenta omnino desiderantur.

VIII

DE LOCIS QVIBVS IVNILII ET GAVDENTII NOMINA CONIVNCTA LEGVNTVR.

Ex eorum locorum, quibus ad unum eundemque uersum explicandum Iunilii simul atque Gaudentii mentio fit, numero plures per se iam ita sunt conparati, ut diuersae ab utroque proferantur sententiae: E. I 55. VII 37. VIII 21. G. I 5. 275. 378. II 160. 542. III 105. 113. 338. 349. 392. 461. 474. 475. 497. 518. 526. IV 6. 10. 89. 100. 104. 111. 117. 122. 278. 283. 289. 330. 520. 565, quibus omnibus locis et Iunilii et Gaudentii explicationes seorsum disponuntur.

Sunt autem praeterea loci nonnulli, quibus subscriptis Iunilii et Gaudentii nominibus (Iunilius et Gaudentius dicit uel dicunt) quasi unam eandemque uterque explicationem tradere uidetur: E. VI 48. G. I 222. G. III 4. IV 131. Sed accuratius in eorum locorum naturas inquirens ubique non unum idemque tradi ab utroque, sed binas sententias diuersas ab epitomatore depreheudes ita in unum conflatas siue mauis dicere contaminatas, ut unam speciem ementirentur.

Iam loci G. III 380 ratio non est habenda, quippe quo non ut Mueller ariolabatur, *Iunilius et Gaudentius dicit* legatur in libris, sed *Iunilius dicit, Gaudentius dicit*, ut *Gaudentius dicit* ad ea quae secuntur sit referendum. Quod Seruio collato conprobatur.

Igitur E. VI 48: 'Proetides Proeti regis Argiuorum filiae de Sthenoboia uxore eius Chrysippe uel Lysippe Iphinoe uel Epinoe Iphianassa (destinobio uxore eins crissippę uel hisslpę ifinoe uel epiuoe ifianasia B) uel Cyrianassa (deest in B) Iunoni formam suam praetulerunt et insania conpulsae crediderunt se esse boues et petierunt altos montes et postea sanatae sunt a Melampode Leosthenis uel Amythaonis filio. Iunilius et Gaudentius dicit (leustonis filio iunilius et laudentius dicit B)' — ipsa Proetidum nominum *duplex* enumeratio *duplicem* fontem ostendit. Quocum si Seruium conferas: 'Proetides Proeti et Sthenoboeae siue Antiopae secundum

Homerum filiae fuerunt Lysippe Epiuoe Cyrianassa' et infra: 'Has Melampus Amythaonis filius' facile mihi rationem quae inter Seruium et Gaudentium intercedit respiciens adscntaberis, primum quod *uel Cyrianassa* post 'Iphianassa' addidi, deinde quod ex corrupto *leustonis* extricaui *Leosthenis uel Amythaonis*, postremum quod pro nominibus Proetidum *Iunilium* rettulisse Chrysippen Iphinoen Iphianassan, pro Melampodis patre Leosthenem contendo, *Gaudentium* uero Lysippen Epinoen Cyrianassam et Amythaonem. Cetera uerba sane 'regis Argiuorum' quae apud Seruium non inueniuntur, Iunilio quam Gaudentio tribuere malim ita ut e Gaudentii scholio non nisi nomina ista relicta esse dicantur, ceteris per contaminationem deperditis.[11])

Iam quae G. I 222 habentur: 'Quia Liber pater Ariadnam filiam Minois uxorem suam cum corona in caelo dedicauit quam coronam Vulcanus obtulit ad uxoris insigne et inter sidera collocauit. Iunilius et Gaudentius dicit', si Seruium in partes uoces: 'cum Liber pater Ariadnen Minois Cretae regis filiam uxorem duceret, Vulcanus ei coronam obtulit quam ille ad uxoris insigne inter sidera collocauit', atque codicem Bernensem 165, de quo supra dixi: 'cum liber pater adriatnē minois crete regis filiam duceret uulcanus ei optulit coronam quam inter sidera collocauit', efficitur scripsisse Iunilium illud: 'quia Liber pater — in caelo dedicauit', cetera Gaudentio esse tribuenda, ita tamen, ut turbae in istis conspicuae epitomatori relinquantur. Quare *Iunilius* dicit post *dedicauit* collocaui atque post lacunae signum statui.

G. IV 131 Vescum minutum uel uescum papauer idest uescendo saturum hoc est quo uescimur; aliud est enim lethaeum quo non utimur. Vescum dicitur quicquid sine coctura manducatur; alii ue et esca quia ue ualde significat idest multa esca (quia ue multa significat idest ualde B) Gaudentius et Iunilius dicit. Iam Vaticani scholiastae (Philargyrii) scholio: 'uescum tria significat minutum edule multum', ostenditur, Iunilio tribuenda esse haec: 'Vescum minutum (= minutum Phil.) uel uescum dicitur quicquid sine coctura manducatur (= edule Phil.); alii ue et esca quia ue ualde significat idest multa esca (= multum Phil.).' Quae restant: 'Vescum papauer idest uescendo saturum hoc est quo uescimur; aliud est enim lethaeum quo non utimur' Gaudentii esse insuper ex Seruio discere poteramus, qui omissis: 'idest uescendo saturum hoc est' eadem exponit. Thiloni quoque mus. Rh. XV p. 137 placuit, Vaticanum Philargyrium ex Bernensi hoc loco esse excerptum, ita tamen, ut 'edule' excerptum diceret ex 'uescendo saturum', quod non procedit. Nam a uerbis 'uescum papauer idest uescendo saturum' *nouum* incipere scholium lemmate 'uescum papauer' praemisso ostenditur. Denique Philargyrii Vaticani 'multum' non ex Bernensi scholio: 'alii ue et esca quia ue *multa* significat idest *ualde*' *false* intellecto, quae est Thilonis sententia, excerptum, sed ex eiusmodi sane libro, quo genuina scriptura: 'quia ue *ualde* significat idest *multa esca*' nondum uitio erat infecta.

---

11) Nomina ista per *uel* adiuncta pro librarii correcturis perperam habuit Wagner de Phil. II p. 27. 14.

Restat locus G. III 4: Eurystheus — sufficere. Iunilius et Gaudentius dicunt. Quae quia paucis non nisi leuiter mutatis apud Seruium omnia leguntur, Gaudentio soli erunt tribuenda. Iunilii uero nomen ad sequens potius scholium: 'Durum fortem laboriosum et rerum inexorabilem' rettulerim, quod testante subscriptione alterius scholii, qua Iunilii nomen *prius* infertur, haud dubie priorem olim locum obtinuit, detrusum inde post librarii incuria, quam simili in causa, praesertim in librorum initiis, summam multis locis licet deprehendere.

Valet igitur omnibus his locis quibus Iunilii et Gaudentii nomina coniuncta leguntur, ea lex certissima, ut *bina* ubique scholia contaminata ferantur. Quare G. IV 51 *Pulsam hiemem.* Nunc secundum physicos dicit qui dicunt quo tempore hiemps hic *est*, aestatem esse sub terris et uersa uice, ut Lucretius ostendit putealem aquam aestate frigidissimam hieme uero tepidiorem. *hoc sentit et Iunilius dicit*, neque Mommseni erit probanda ratio, qui *Gaudentius et Iunilius dicit* coniceret mus. Rh. XVI p. 447 not. 2 neque Reifferscheid omne uidetur punctum tulisse 'hoc Suetonius et Iunilius dicit' restituendo, Suet. rell. p. 247. Primum enim *unum* omnino scholium esse intellegimus et ex ipso et ex Seruio, quod nullo modo in duo diuidi poterit duobusue dispertiri commentatoribus. Deinde quod iam Reifferscheid quasi praesagiens praeripuit, nomen Gaudentii saepissime in eo commentario obuium ac per hoc librario tritum satis atque notum corruptum esse in *hoc sentit* cogitari nequit. Vnius enim eius nominis corruptelae, quae E. VI 48 conspicitur, propter ceteras eiusdem loci turbas non leues certe tolerandae 'laudentius' alia prorsus natura est. Accedit quod et anteeuntibus istum locum et subsequentibus scholiis (G. IV v. 6. 10. 14; 89 etc.) Gaudentii nomen recte scribitur. Reifferscheidianae uero sententiae id maxime obstare uidetur, quod idem scholium iisdem uerbis apud *Seruium* legitur: nam quod *Suetonii* nomen sub corrupto *sentit* latere coniecit mihi quoque quam maxime probatur, praesertim si recorderis, G. IV 127 *stanio* legi pro Suetonio, v. 565 *sitonius crancillus* pro Suetonius Tranquillus, aliaque id genus plura, quode cf. Reiff. p. 445. Accedit quod non solum decimi 'Pratorum' libri mentio fit in scholl. Bern. G. IV 14, sed ipse liber nonus conpluries adhibitus esse uidetur, conf. G. II 158, cui addas G. II 479. Quid igitur? Scripsit certe epitomator *Suetonius et Iunilius dicit*, sed commisso scribendi errore: uoluerat enim scribere *Suetonius et Gaudentius dicit.* Pro Gaudentii nomine non raro Iunilium supponi seu librarii seu epitomatoris neglegentia iam supra uidimus (cf. Mommsen mus. Rhen. XVI p. 447) atque factum hoc esse ipse Seruius conlatus testis est. Hoc enim iam extra omnem dubitationem positum est, Philargyrium *proprii* commentarii esse auctorem neque ad Seruium pertinentis uel ex Seruio euoluti. Si igitur Seruiana in scholiis Bernensibus sub *Iunilii* nomine ferri uideas, fere ubique Gaudentii nomen reponendum aio. [12])

12) Tale quid G. I 437 accidisse uidetur ubi uides duo scholia de Glauco prolata non posse, quod sane factum est a librario, uni eidemque Iunilio tribui, praesertim cum Glaucus modo Polybi, modo Anthedonis filius fuisse dicatur. Quare cum posterius scholium cum Seruiano

Quamquam magna in ea re cautio est adhibenda, quia haud raro Iuniliana in Seruium posteriore tempore inrepserunt. Dico eos Seruiani commentarii libros in quibus addita sunt, quae uncis inde a Burmanni tempore includere consueuerunt (cf. Thilo mus. Rh. XV p. 138—148 de Lemouicensis et Reginensis ad ecl. IV. V additamentis).[13]) Quod uitium inde ortum est, quia multo saepius Iunilius quam Gaudentius ab epitomatore excerptus est, ut illius nominis memoria librarii animo penitius inhaereret. Contrarium uero, ut Gaudentii nomen pro Iunilio poneretur, num acciderit usquam, ob eandem causam dubitauerim. Nam G. I 378 (cf. Mommsen Mus. Rh. XVI p. 447 not. III) uerba *Gaudentius dicit* in mediis Philargyrianis uersantia haud dubie ob id, quod epitomator fabulam Ouidii de Lyciis pastoribus in ranas conuersis integram referre supersedit, alieno loco intrusa sunt eruntque post 'peruenisse et reliqua' collocanda. Tamen de hac causa tum demum firmum satis atque secans iudicium ferri poterit, cum ad codicum fidem totum Philargyrii commentarium editum fuerit. Ceterum magna cum licentia epitomatorem auctorum nomina modo posuisse modo omisisse, prout liberet, inde licet cognoscere, quod E. I quater Iunilium laudauit, E. II. III. IV nusquam; E. V octies et decies, E. VI sexies, VII sexies, VIII octies et decies, IX quinquies, X quater; Georg. I octoginta fere, G. II non nisi nouem locis; G. III tricies semel, G. IV uicies semel. Pari fere numerorum ratione Gaudentium E. I non nisi semel, E. II. III. IV nusquam nominauit, E. V semel, E. VI ter, E. VII ter, VIII semel, IX. X nusquam; G. I quinquies et decies, G. II non nisi bis; G. III quatuordecim, G. IV duodeuiginti locis.

Sed ut eo unde digressi sumus reuertamur, loco G. IV 51 nemo opinor dubitabit, quin Suetonii nomen in ipso scholio Gaudentii olim lectum fuerit. Quod cum apud Seruium l. l. frustra quaeras, en nouum indicium, quo Gaudentium ex Seruio fluxisse negamus. Epitomator autem interdum ita egit, ut, si laudari auctores quosdam a suis commentatoribus uideret, eorum nomina una cum commentatorum nominibus scholiis subiungeret, ut G. I 158 Iunilius et Tranquillus dicunt; G. II 240 'Aratus et Iunilius dicit'. Quamquam ipso hoc loco accidit, ut duo scholia diuersa epitomator in unum contraheret. Nam ad Aratum pertinere non nisi illa: 'Iam definitio' etc. testantur cod. G uerba ad v. 242: 'Arctos ut Aratus dicit quam secundum clima nostri caeli arcticus circulus' etc. Reliqua quae praecedunt, Iunilii esse dico, cf. Seruium uncis inclusum ad v. 240: 'Sane *aliqui* mundum pro caelo accipiunt hoc loco qui mundum nomen uolunt esse uniuersae naturae.' De quo genere supra exposui. Cf. etiam quae ad G. IV 127 infra sumus dicturi.

Iunilium a Gaudentio *inpugnari* supra uidimus poteratque id inde

---

si non uerbis at re satis congruat, illud Iunilii, hoc uero Gaudentii esse dixerim.

13) Cf. Wagner de Phil. II 29. Sunt autem loci eiusmodi: E. V 72. 79. G. I 134. 240 alii. Longe aliter se habet res G. I 133, ubi ex Vossiani lectione: '*extunderet*, studiose reperiret, a fabris translatio. *Iunilius* dicit' Philargyrium in Seruium inrepsisse probatum iuit Suringar, perperam ille quidem, si scholia *Bernensia* adeas.

quoque probari, quod Iunilii explicationes fere semper Gaudentianis praemittuntur, quamquam hoc ex excerptoris lubitu factum esse si quis dicat, non πὺξ καὶ λὰξ obnitar. Id uero noli credere ad hanc quaestionem pertinere, quod E. I 55, postquam Gaudentii explicatio praemissa est, subiungitur: *set tamen* Iunilius dicit, quia idem, sed inuerso nominum scholiorumque ordine E. VII 37 accidit. Profligatur uero causa loco G. II 542: 'paene sic finiuit quemadmodum in primo, ut *comparatione* uteretur. Iunilius dicit. Aliter Gaudentius ait, allegoricos hoc dicit: debemus fatigato ingenio parcere fine carminis; *sane non est comparatio sed translatio*, sicut etiam in primi fine dicimus.' Seruium quoque Iunilio aduersari ostendit locus G. III 475 ubi Seruii uerba: 'Vnde male *quidam* Iapygis legunt cum Iapygia sit Apulia' non possunt non ad *Iunilium* referri. Eodem modo Gaudentius (cf. Georg. II 542) in Georg. argum. parte I uerbis: 'quidam male dicentes' usus Iunilium inpugnat, qui cum ob alia tum ob eam ipsam causam argumenti partis II auctor existimandus est, conf. supra. Philargyrius igitur et ante Seruium et ante Gaudentium commentarium suum in Bucolica et Georgica conposuit.

Videmur igitur ex spinosa hac disquisitione id consecuti esse, ut probabiliter, credo, statui possit, *tria Iunilii Titi Galli Gaudentii commentaria Seruiano priora fuisse, ita ut Seruius Gaudentium fere semper, Titum Gallum conpluries, Iunilium non nisi raro in suum usum conuerteret.* Quod autem de Philargyrio Wagnero credendum erat, quod de Valerio Probo aliqua sane ex parte non poterat negari, idem ut de Tito Gallo et Gaudentio concedatur, aequo iure mihi uideor postulare. Ceterum qui eius quaestionis difficultatem nouerint, mitius eos spero de meis tentaminibus iudicaturos.

VIIII
DE SCHOLIIS ADESPOTIS.

Iam de ceteris Iunilii et Gaudentii scholiis quibus nomina non sunt addita, paucis disputandum. Paruam omnino scholiorum Bernensium partem nominibus additis ad certos referri auctores supra monui, ita ut memores uerborum in Georgicorum initio positorum: 'Haec *omnia* de commentariis Romanorum congregaui idest Titi Galli et Gaudentii et maxime Iunilii Flagrii Mediolanensis' plura etiam ex adespotorum numero ad istos commentatores referenda esse per se probabiliter possimus conicere. Itaque ad Iunilium haud dubie pertinet de Maeuio et Bauio scholium E. III 90, ut ex Philargyrio uidere licet. Quodsi G. I 42 legimus: 'nam *ut dixi* Augustus diuinos meruit honores. *Iunilius* dicit', scholium ad v. 24 patet ab eodem Iunilio profectum esse, quamquam nomen non est additum. E. V 74 apud Philargyrium obuium est (Laur. Paris.). Denique scholium ad G. IV 273 aperte Iunilium *Mediolanensem* redolet. Idem de Philargyrio Vaticano statuit Thilo l. l. p. 137. Sed de his edito olim a Thilone toto Philargyrio melius certiusque iudicabimus.

Idem Gaudentii scholiis quibusdam accidit, ut nomen omitteretur,

e. g. G. III 89 *Pollucis*, Castor equorum domitor etc., conf. E. VI 79; G. III 5 conlato Seruio fortasse *Gaudentius dicit* scribendum pro: 'inlaudatus Apollo' conf. E. VI 48 *laudentius*. G. I 514 '*Neque audit* Translatio' Gaudentii explicatio est, cf. G. II 542: Gaudentius ait: . . . . . sane non est comparatio sed *translatio*, *sicut etiam in primi fine dicimus*. Denique ex G. IV 565 conicias, quaedam ex Seruiano Bucolicorum argumento p. 96 extr. L (cf. etiam Seru. ad E. I 29) Gaudentium auctorem prodere qui ipse hoc quidem loco sua ex Asconio Pediano hausit, ut testatur Probus p. 7, 7 K. Neque uero inde quod artissima Gaudentium et Seruium cognatione consociari manifestis usi indiciis ostendimus, quaecumque in scholiis Bernensibus similia Seruianis feruntur, ad unum omnia Gaudentio erunt tribuenda. Sunt enim non pauca scholia admixta, quae non ex uetustioribus Seruio fontibus sed *ex ipso Seruio* aperte fluxerunt. Hoc ut probetur, sufficiat nominasse locum G. II 170, quo de Scipionum historia plenius enarranda ad sexti Aeneidis libri commentarium (Seru. ad Aen. VI 844) delegamur ita ut illic fusius se exposit*urum* scholiasta polliceatur Seruio fusius se exposuisse adfirmante et G. IV 220 quo mira excerptoris oscitantia Seruianae ad v. 218 et 219 explicationes foedissimum in modum confusae sunt, adeoque corruptae ut si mederi uelis, totum Seruii locum describas, cf. etiam Thilo mus. Rh. XV p. 138.[14]) Seruium passim in scholia Bernensia inrepsisse eo minus mirandum, quod idem nonnusquam Philargyrio accidit ut pateretur, cf. Thilo l. l. p. 129, inprimis ad E. I 55, quo contra Gaudentium atque Iunilium Bernensem Philargyrius Laurentianus idem omnino quod Seruius exhibet. Seruii scilicet scholium postquam inrepsit, Philargyrii uerba expulit.

Sed quae de Iunilio atque Gaudentio hucusque disputaui, ita possit quispiam inpugnare, ut locos G. IV 493 et G. I 59 mihi obiciat, utpote quibus Gaudentii et Iunilii nominibus additis tradantur, quae recentioris omnino originis indicia prae se ferant. Priore enim loco G. IV 493, postquam de Aristaei Orphei Eurydices fabula expositum est, haec adduntur: 'Hoc per somnium tantum uisum est, ut puto, sed ridiculosa *gentilitas* fingit falsa.' Quae hominem *christianae fidei* addictum redolere, immo prodere, mihi quoque persuasum est. Sed inde quod in codice Bernensi 165, in quo ex scholiorum Bernensium numero nonnulla passim margini aspersa sunt, optimae lectionis plena (cf. ad G. IIII 7), *uerba ista christiana plane desunt*, iam luce clarius efficitur, ab istius scholiorum farraginis congregatore, quem Christianum fuisse non moror, inter excerpendum esse adsuta. Idem G. I 59 accidit: ubi sub Iunilii nomine *Physiologi* liber laudatur (duo seruantur in bibliotheca nostra codices nr. 233. 318, cf. Sinner catal. codd. mss. Bernn. I p. 128—136), quem septimo uel octauo fere saeculo scriptum medii aeui hominibus praeter Solinum praecipuum fuisse fontem, unde naturalem animalium historiam

14) Eodem pertinere dico, quod de Vossiano tradidit Suringar hist. crit. II p. 270, ad calcem folii XVIII ab antiqua manu rubro colore adpictas esse litteras: 'Seruus Hus exp̃', in quibus 'Seruius Honoratus exposuit' latere neminem fugit.

cognoscerent, satis notum est *Scheffeliani Ekkehardi* lectoribus (cf. p. 422 not. 58). Quare ibi quoque uerba: 'ut in physiologi libro dicitur' ex grato epitomatoris animo, qui iucundi libri bene esset memor, profecta esse dicemus.[15])

Ceterum ipsorum etiam scholiorum numeri haud parui auctor est habendus idem iste, qui scholia congregauit atque excerpsit. Quae epitomatoris additamenta eo potissimum agnoscuntur, quod ridiculam stultitiam atque mirabilem absurditatem profitentur. Huc referas E. III 51. 52. IX 1, ubi de uelocissimo Saracenorum equo, cui *Emori* nomen fuerit, bellum in modum inludimur, cuius equi Emoris uelocissimi atque praestantissimi parentes fuere falsa uerborum: 'Quo te Moeri pedes' discriminatio atque e litterae interitus.[16]) Sed, nescio unde, mihi suspitio suboritur latere in his ineptiis tenuem quandam *Vergiliomastigis* memoriam, qui Vergilii inludendi causa pro 'quo te Moeri pedes' proferret: '*quot* te Moeri pedes', ridiculum sane commentum, sed non absurdius quam qualia omnino de istius Vergiliomastigis indole innotuerunt. — Denique G. III 350 'flauentes spirantes' sibi persuasit epitomator, *flauentes* idem esse quod *flantes*.

Haec igitur scholiorum Bernensium farrago ex *quinque* partibus constat: nimirum scholia *Iunilii*, *Gaudentii*, *Galli*, *Seruii* et *epitomatoris* inesse uidimus. Quibus pro sexta parte adiungi possunt ea scholia, quae recentiorem quidem atque Christianam ostendunt originem (cf. inprimis scholia ad E. IIII) neque tamen ita sunt conparata, ut ex epitomatoris cerebello uideantur exoriri potuisse. Idem iam Thilo de Philargyrio recte censuit mus. Rh. XV p. 130. Id uero certum est, uerba ista decantata: 'Haec *omnia* de commentariis' etc. de tribus quos ultimo loco nominaui scholiorum generibus nihil ualere. Idem sensisse uidetur H. Keil ephem. antiq. stud. 1848 p. 553 qui scholia ad ecl. III 40 et IIII 4 ex Probo repeteret; ut angustioribus olim finibus congregationem istam circumscriptam fuisse probabile sit. Quamquam Mueller aliter censuit, cui uiro insuper *Titus Gallus* non solum per quattuor Georgicorum libros, uerum etiam per decem eclogas ambulare uisus est.

Sed id accuratius singulatim definiri nequit, quae potissimum farraginis anonymae scholia ad Iunilium Gaudentiumque referenda sint, priusquam integer codicum Laurentiani atque Parisini Philargyrius, et Vaticanus Georgicon commentarius typis erunt descripti. Tunc autem ex mutua utriusque collectionis conparatione uerum est et ad Philargyrium uanis posteriorum temporum additamentis purgandum et ad scholia Bernensia certius quam fieri licuit discribenda et suis quaeque auctoribus reddenda satis subsidii esse redundaturum. Res enim ita sese habet, ut

---

15) Nam Wagner de Phil. II p. 23 pro 'ut physiologi libro dicitur' ex cod. Burm. G (quod ait et Cicero pro Scauro) coniciens scribendum esse: *ut Cicero pro Scauro dicit*, feruidius incautiusque egit. Neque parui faciendum hac in causa Vossiani codicis testimonium, in quo ea uerba *desiderantur* neque leguntur nisi haec: 'et uirus quod habent castorium dicitur. Iunilius dicit.' 16) Et profecto in cod. Bern. 172 manu prima in textu scriptum erat: 'quo timori pedes', cf. Ribb.

alterum alterius auxilio quam maxime egeat; siquidem in Bucolicorum commentario codicum Laur. et Paris. ob subscriptiones certas summa est auctoritas habenda, in Georgicis uero, dum Philargyrii qui uulgo fertur codices nihil omnino de nomine testantur, ad unos codices Bernenses quaestionis momentum rediit. Quare hic subsistendum.

X
DE QVIBVSDAM SCHOLIORVM BERNENSIVM LOCIS CORRVPTIS.

Iam de singulis scholiorum locis pauca, quae ad criticen spectant, proponam.

1) Ac primum quidem E. III 90 *Eusebio* reddidi, quae praemisso *cū dicit* ex Hieronymo Ol. 186, 2 de M. Bauio poeta traduntur, non immemor loci E. X argum., ubi ex eiusdem Eusebii nomine item nil nisi *eus* (B) uel *eius* (C) relictum erat in libris. Quo scripturae conpendio accidit, ut argum. E. V post: 'poeta Virgilio amantissimus' *Eusebii* nomen periret atque hoc semel facto, quod relicum erat, *dicit* in *quia* uerteret. Simile quid in cod. Bern. 165 contigit, quo post *Virgilii scilicet* haec inferuntur: 'et praedicti emilii macri qui ueronensis poeta *cum esset* in asia moritur.' Conlato enim Hieronymo Ol. 191, 1, non dubium, quin *cum esset* corruptum sit fueritque olim scriptum: *ut Eusebius ait.* Nam de *Suetonio* ipso haec posse ualere suspicanti Ribbeckio proll. p. 195 nolim adsentiri. Ceterum Ribbeckium quoque de E. III 90; arg. Ecl. V; arg. Ecl. X ad Hieronymum prouocasse laetor proll. p. 194. 195.

Quoniam de Eusebio sermo est, non alienum de *personato* quodam *Eusebio* quaerere, quem ad G. I 482 scholia Bernensia laudant. Sunt autem haec: '*Eridanus.* Rex siue quod in eum flumina multa intrant ex Alpibus uel quod ipsius simulacrum in caelo sit receptum. Vbi enim Eridanus sit multi errant. *Eusebius* ipsum esse Rhodanum propter magnitudinem et cursum rapidissimum; *Ctesias* etc.' Quorum omisso isto nomine apud Burmanni G non nisi haec leguntur: 'ubi sit Eridanus multi errant; ipsum esse Rhodanum putant propter multitudinem. Thesias etc.' *Eusebii* nomen hoc loco inter antiquissimos auctores Graecos *Ctesiam Choerilum Ionem* uersari et per se mirum uideri poterat et auget suspitionem, quod nullus inuenitur liber, quo ista Eusebius dixisse cogitari possit. Quare caute Th. Mommsen, cum auctores in scholiis Bernensibus laudatos enumerabat, mus. Rhen. XVI p. 452, egit quod Eusebii nomini interrogationis notam addidit. Quid multa? Nimirum *Aeschylus* est intellegendus. Tradit enim *Plinius* Hist. Nat. l. XXXVII 32 haec: 'Nam quod *Aeschylus* in Iberia hoc est in Hispania *Eridanum* esse dixit *eundemque appellari Rhodanum.*' Accedit quod in cod. B non est *eusebius*, quod C exhibet, sed *eusebus* scriptum; *Aeschyli* uero nomen uides G. II 382 *erculus* scribi, qua forma prior fuit *esculus*, quae quam facile in *eusebus* abire potuerit, immo abierit, quid uiros critices codicumque uersandorum peritos moneam? Quid? quod paullo post § 39 *Ctesias*

quoque a *Plinio* laudatur, cuius nomen in hoc scholio Aeschylum subsequi uides. Ostendunt autem uerba: 'propter magnitudinem et cursum rapidissimum', non ex Plinio ea hausta esse, sed ex communi fonte, unde Plinius quoque sua desumpsit. Ceterum de Aeschylo conferas Godofredi Hermanni opusc. l. III p. 131 seq. et schol. Hom. Odyss. ρ v. 208: ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς τραγικοῖς.

2) De scholio ad E. III v. 105 amplius disputandum. Hoc loco primum Ribbeck recte uidit, in his: 'dicit *Cornutus* ab ipso Virgilio audisse [se] etc.', pro quo nomine in Philargyrii codicibus Laurentiano atque Parisino *cornif* legitur, et ob rationes, quae inter Vergilium Cornificiumque intercedebant parum familiares et, quod de utroque aeque ualet, propter nimias temporum discrepantias (quia ut *Cornificius mortuus* est antequam Vergilius Bucolica ad finem perduceret, ita *Cornutus*, quem ab ipso Vergilio audisse tradit scholium illud, eo tempore quo Vergilius decessit ne *natus* quidem fuisse uidetur) neque hoc neque illud uerum esse. Subscribendum igitur indubitanter eius uiri emendationi palmariae, qua *Cornelii* nomen uiri cum Vergilio, ut satis constat, coniunctissimi substitui uoluit, praesertim cum non iam ad uocum CORNEL. et CORNIF similitudinem sit confugiendum, sed ad id, quod locis quibus Cornelii Galli in scholiis Bernensibus fit mentio, tantum non omnibus *cornilius* scriptum est, a qua nominis forma (*cornili*) et *cornif* et *cornut* pari fere atque adeo nili ductuum discrimine uides recedere. Quamquam Cornelii et Cornificii nominum permutationis causa non a ductuum tantummodo similitudine uidetur repetenda esse. Neque enim dubitari ullo modo poterit, quin apud *Cledonium* p. 1898 P, p. 43 K (gramm. latt. uol. V) qui laudatur *Cornificius Gallus*, ut ei id *Galli* cognomen adderetur, nulla alia de causa factum sit, nisi quod aut librarius aut, id quod magis credendum, *Cledonius* ipse Cornificii Corneliique nomina inter se permutauit. Nam id bene uidit *Henricus Keil* ad Cledonium praef. gramm. latt. uol. V, non pauca cum ceteros grammaticos, tum Cledonium ex commentatorum Vergilianorum copiis degustauisse, quod p. 1898 P, p. 43 K quoque contigisse probat Seruius ad E. V v. 36 conlatus. Cum enim *eodem Ciceronis exemplo adhibito* utrobique uocis *ordeum* pluralis usurpatio inlustretur, iam manifestum tenemus indicium, Cledonium ex uetusto quodam ad E. V 36 commentario et uersum illum Cornificii deprompsisse, qui nunc inter Maeuium Bauiumque, 'quibus omnia sua erant communia', aequaliter distributus ad Georg. I 210 a Seruio memoratur, etsi non hunc locum sed E. V 36 sine Cornificium siue Maeuium Bauiumque respexisse iam dudum intellectum est a Ribbeckio lectt. Vergg. p. 2; proll. p. 17. Qui Cornificii uersus ut ad Maeuium Bauiumque referretur, sane factum est turbulenta commentatorum ad E. VII 22 seq. interpretatione, qua modo Maeuium modo Cornificium (cf. scholl. Bern. v. 26) sub Codri nomine perstringi opinarentur.

Neque uero, ut ad quaestionem illam redeam, solum in ecloga quinta Cornificii Corneliique mentio fit a commentatoribus (cf. scholl. Bern. E. V 8. 15. 73. 88. 89) sed tota ecloga VII (praesertim in argumento) tam artis ea nomina uinculis inter se coniuncta proferuntur, ut minime mirum

sit, grammaticum obiter commentaria percurrentem cum altero alterum ita commutasse, ut Cornificio Cornelii cognomen daret. Quam sententiam post *Vngerum* Ribbeck quoque, quamuis dubitanter, amplexus est, proll. p. 96. Idem igitur hoc uitium scholii ad E. III 105 aut epitomator aut librarius commisisse putandus sit ille qui Philargyrianam codicum Laur. et Paris. farraginem congregauit.

Porro Ribbeck contra Madulcum de Asconii commentariis p. 8 adn. iure statuit, p. 98, eandem rem respici et illis: '*Dicit Cornelius ab ipso Virgilio audisse* [*se*] quod Caelium Mantuanum quendam tetigit qui consumptis omnibus facultatibus nihil sibi reliquit nisi locum trium ulnarum spatium ad sepulturam et *Caeli* pro *Caelii* dixit', et his: 'Item *Asconius Pedianus ait se audisse Virgilium dicentem* in hoc loco se grammaticis crucem fixisse: quaesituros eos si quis studiosius occuleretur. Dicit autem propter Caelium Mantuanum', nisi quod non debebat opinor *utrumque* scholium ex Asconii libro petitum esse statuere. Videtur enim, ut breuibus defungar, prioris scholii auctor primarius *ipsum* potius *Cornelii* librum inspexisse, quod et ipsa utriusque scholii diuersa indole et ordine a Seruio Philargyrioque aeque instituto firmatur. Ceterum Ribbeckio bene monente, 'cum Asconius uiginti fere annis post mortem Vergilii natus sit, necesse esse auctorem fabellae ab Ascouio in commentariis traditae librariorum culpa intercidisse', equidem *Cornelium dicere* post *Asconius Pedianus ait* libenter insererem, nisi dubius haereret animus, utrum ad librarium id uitii genus an non ad Philargyrium ipsum referri deberet.

Iam in illis: 'Item *caeli spatium Ouidius Naso torificium* ait qui tantum caelum patere uidetur quantum torrificium patet' (de Philargyrii codicum discrepantia scripturae cf. Ribb. proll. p. 98 not.), auctoris nomen, quod in Laurentiano legitur *oledius nasso*, in Parisino *oledius nasso*, corr. *olidius naso*, corruptum esse patet. Indagandum autem eiusmodi nomen, quod aequaliter et in *olidius* et in *ouidius* corrumpi potuerit. Quare de *Aufidio* cogitaui (cf. supra CORNIL in CORNIF corruptum), quem idem Philargyrius ad Georg. II v. 497 de Dacorum quodam more Vergilium recte statuisse introduxit adfirmantem. In reliquiis autem: *nasso torrificium ait* non uidetur aliud latere, nisi: *esse putei orificium ait*, *putei* uero ob id, quod antecedit, *spatium*, eodem modo expulsum esse, quomodo infra post *quantum*, propter id quod sequitur *patet*, idem euanuit.[17])

---

17) Atque quoniam Pseudo-Cornuti mentionem fecimus, in mentem uenit *personatus*, ut opinor, *Porphyrion* una cum *genuino* Cornuto memoratus in *Lucani* commentario optimo Bernensi, quem locum ex codice CCCLXX saec. X protulit commentatusque est *Hermannus Vsener* praeceptor meus carissimus, cui hunc librum uolui dicatum, in prohoem. aest. Bern. CIↃIↃCCCLXIII p. VI. Est autem is, f. 10r ad Lucani I 214: *Puniceus Rubicon*: '*Porfurion* (corr. porfirion; Porfirius cod. Bern. XXXXV) puniceum interpretatus est quasi phoeniceum (feniceum; *propter rubras aquas* add. Vsener ob glossam cod. XXXXV interlinearem: *quasi feniceus propter rubras aquas*) quemadmodum ἐρυθρὰν θάλασσαν (EPITRANTALASAN rubr.; epitrantalasan cod. 45) dicimus rubrum mare. Cornutus uero sic: quasi (uero

3) E. VI argument. 'Fauni a fando dicti. *Leonymus* eo libro quo de mirabilibus diuersorum deorum ac dearum sacramentis loquitur, dicit: 'Fauni a Fauno pastore qui et deus dicti, Sileni a Sileno poeta, Satyri a Satyro pastore. Hisque omnibus haec ecloga modulabilis est.'

Haec in libris sic legebantur: Fauni fauno pastore qui et deus dicti leonimus dicit. fauni (leoni||mus dicit. fauni C, ut *leonumus* olim scriptum fuisse in C adpareat) a fando dicti sileni a sileno poeta satyri a satyro pastore. Hisque (His quoque C) omnibus haec egloga modulabilis est quia de mirabilibus diuum suorum (diuũ suorũ C) haec (hec C) dearum sacramentis loquitur.

Atque, ut hinc incipiam, uerba: 'quia de mirabilibus diuersorum deorum ac dearum sacramentis loquitur' (nam sic corrigenda esse nemo negabit) non posse ad Vergilium referri, idest ad *eius eclogae* argumentum non pertinere, iam inde euincitur, quod nulla omnino in hac ecloga 'de mirabilibus diuersorum deorum ac dearum sacramentis' fit mentio. Quare ad *Leonymum* referre non dubitaui: tertium dari non uideo. Tum uero istis uerbis non potest non Leonymi operis *titulus* contineri. Quae si recte disputata sunt, iam alterum, de quo quaeri potest, facillime soluitur, scilicet, utrum illud *Leonymus dicit* ad superiora an ad sequentia pertineat: nam pertinere ad sequentia, quamquam post *dicit* interpunxerunt nostrorum librorum librarii, *sequens* operis titulus satis uidetur probare. Quod autem uerba: *Fauni a fando dicti*, quae in libris *post* 'Leonymus dicit' secuntur ad superiorem locum reieci, illa uero 'Fauni a Fauno pastore' *post* 'Leonymus dicit' sedem occupare iussi, his sum potissimum rationibus adductus. Primum enim non est credibile, Leonymum in deorum nominibus explicandis modo ad *uerbale*, ut ita dicam, modo ad *nominale* ueriloquii genus respexisse. Quare, quoniam paullo ante re uera eiusdem generis explicatio, quo in nominibus *Silenorum* et *Satyrorum* explicandis Leonymus usus est, de *Faunorum* nomine extat: 'Fauni *a*

---

sic sic; nero sic quasi cod. 45) puniceum lapidem habens ant ripas.' Quae in Porpbyrionis fragmentorum nnmerum rettulit *O. Keller* Symb. p. 499. Quid? si conlato Seruio ad Georg. IIII 373: '*Purpureum*' antem nigrum ex altitudine accipimus. Nam Padus non in rubrum mare sed iuxta Rauennam in Adriaticum cadit. *Et 'purpureum' graecum est epitheton: [mare rubrum etiam dixit] Homerus:* εἰς ἅλα πορφυρόεσσαν. Vnde apparet Victorinum hoc loco errasse qni pnrpnreum mare rubrum esse dixit quod est iuxta Indiam' —, quocum conpares etiam schol. Bern. ad hunc locum: *Purpureum epitheton graecum est* etc., quid igitur, si nil illis subsit nisi hoc: *Πορφύρεον 'puniceum' interpretatus est* (Lucanus scilicet) *quasi phoeniceum?* qnod sane additum: *quemadmodum ἐρυθρὰν θάλασσαν dicimus rubrum mare* non tam suadere quam efflagitare nidetur. Nam ut paruam *Porphyrionis* istius fidem esse credam, moueor insuper et eo, quod *interpretari* non *commentandi*, sed *ex lingua alia in aliam uertendi*, praesertim ex *graeca* in *latinam* uim habere solet et quia non *perfecta* sed *praesenti* uerbi forma utentes auctores a scholiastis laudari consuenerunt. Inde uero, quod sequitur: 'Cornutus *uero* sio', alterius commentatoris *nomen* praecessisse non posse colligi docent Seruii looi cum mnlti alii tum is ad Aen. I 488 '*Se quoque* etc., ant latenter proditionem tangit . . . . aut uirtutem cins nult ostendere . . . . Cornutus *tamen* dicit uersu isto etc.

Fauno pastore', sine ulla dubitatione tria haec coniungenda inter se esse censui. Nam patet, si quis ex aliquo fonte adferat eiusmodi explicationes: 'Sileni a Sileno poeta Satyri a Satyro pastore', si insuper addat: 'Fauni a Fauno pastore', ex eodem hoc quoque quo illa fonte esse petita. Superest unum, quod quis possit suspicari, ut ex Leonymo commentatorem non nisi haec petisse dicat: 'Leonymus dicit: Fauni a fando dicti.' Hoc uero quominus uerum esse credatur, maxime obest locus ad G. I 10, quo eadem ista, de qua agitur, explicatio, a *Varrone* dicitur tradita esse: 'Fauni dii siluestres Latinorum, dicti a Fauno rege Italiae *uel a fando dicti*, ut *Varro* ait. *Iunilius* dicit.' Patet commentatorem, qui Georg. I 10 *Varronis* auctoritatem esset laudaturus — nam *Iunilio* omnia ista argumenta eclogarum tribuenda esse ostendunt argg. E. VIII. VIIII. X — eadem non potuisse in ecl. VI argumento ex *auctore prorsus alieno* petere. Quis uero iste *Leonymus*, qui de deorum sacramentis scripsit, fuerit quoue tempore uixerit curiosius interrogantibus, quia praeter hoc nullum omnino testimonium extare uidetur, non habeo quid respondeam.

4) E. VI v. 61. *Miratam mala puellam.* Hic participium actiuum agit, quod more Graecorum passiuum ueteres agunt ut *Flaccus* adnotat.

Flaccum istum esse *Verrium Flaccum* grammaticum notissimum non est quod moneam. Videtur autem haec de participio tradidisse eodem fere loco, quo tradebat, quae Charisius p. 184, 12 K et Diomedes p. 376, 19 K ex Verrio protulerunt ad participii notionem spectantia. Sed sunt in codice alia prorsus scripta: '*Miratam mala puellam.* Hic participium *passiuum* agit *quia* more grecorum *apt* ueteres agunt ut flaccus *adiuuat.*

Ac primum quidem *adiuuat* corruptum esse ex *adnotat* uel *adfirmat* (cf. Charis. p. 58, 22 K 'ut Verrius Flaccus *adfirmat*') in propatulo est. Deinde abbreuiatum illud *apt* non posse, quod Muellero placuit, in *aput* resolui, iam inde patet, quod in eo codice, si per conpendium *aput* scribatur, ubique *ap̄* scriptum est, *ap̄t* nusquam. Accedit quod (Vergilius) *agit* et *ueteres agunt* ita sibi inuicem respondent, ut *ueteres* non nisi pro *nominatiuo* accipi possit. Deinde illi *passiuum* debere *actiui* notionem respondere, praesertim cum Vergilii usus ueterum mori quasi contrarius opponi uideatur, res ipsa indicat, immo non indicat sed clamat. Audacter igitur pro *ap̄t* reponas *actiuum*: *ap̄t* nimirum ex *ac̄t* ortum est. Superest ut pro *quia* scribas *quod*, participium scilicet: nam *quod* et *quia* sexcenties inter se conmutari sciunt qui codices uersarunt; *quia* autem si defendas, omni sententiam sensu destitui manifestum est. Iam haec refert scholiasta: 'Hic participium *passiuum* agit quod more Graecorum *actiuum* ueteres agunt, ut Flaccus adnotat. Quid? Vergilium hoc loco: 'miratam mala puellam' *miratam passiue* posuisse? Quis mehercle homo adeo uesanus inueniri poterit, qui talia contendere cogitari possit? Nimirum scripsit commentator: 'Hic participium *actiuum* agit, quod more Graecorum *passiuum* ueteres agunt.' Librarius autem, siue lemmatis *miratam* forma passiua deceptus siue oculo ad sequentia in scribendo aberrante *passiuum* primo loco posuit. Iam quod altero loco pro *ac̄t*, quod erat consequens, scripsit *ap̄t*, nonne illud *p* inuersionis a librario perpetratae manifestum indicium relictum esse censeamus? Flaccus igitur

tradidit, ueteres, cum pro *miror* dicerent *miro* (cf. Nonius p. 474, 24. 480, 29 M) participio *miratus* ut *passiuo* usos esse (uelut *uenerata* Aen. III 460; *dignate* ibid. 475 cum Seruii adnotationibus) Graecorum more, qui ut *θαυμάζειν* dicerent, non *θαυμάζεσθαι*, ita participio *τεθαυμασμένος* passiuo uterentur. Tractauit de hoc ueterum usu Diomedes p. 400. 401 K et A. Gellius XV 13. Cf. praeterea locos de isto usu a Ribbeckio congestos atque ad Probi auctoritatem relatos proll. p. 147. Quem morem Verrius ipse secutus est apud Priscianum l. VIII p. 791 P. 792 P.

5) Sunt autem alii etiam loci nonnulli scholiorum Bernensium ad *Verrii Flacci* auctoritatem reuocanda. Nam ecl. VI v. 18: '*Ambo*, pro ambos, hos ambo. Sic et *Homerus*. Iunilius dicit', neque de Homero poeta neque de Homero quodam mythographo (de quo infra dicemus) apte cogitari posse iam Wagner uidit de I. Philargyro II p. 14. Sed quod coniecit *Honoratus* (Seruius scilicet) adeo parum ipsi probatum est, ut suspicaretur, ueterem grammaticum, qui uberius de ea re exposuisset Latinum uocabulum conparasse cum graeco *ἄμφω* uersumque in quo id legeretur Homeri aliquem adscripsisse. Vtrumque multum a uerisimili abhorrere iudicabis, si consules *Charisium* p. 119, 14 K: 'idque Helenius Acron sic oportere dici in eadem Terentii fabula disputauit *Verriumque* dicit errare qui putat *hos ambo* dici debere.' Et sane infra in eorum locorum enumeratione, quibus Verrii sententia defenditur, hunc ipsum Bucolicorum uersum, de quo agitur, laudatum deprehendimus neque dubitandum, quin hos locos ex ipso Verrio causam suam agente Charisius hauserit. Expulso igitur Homero qui inepte memoratur reponas: 'sicut ait Verrius'.

Atque idem profecto, ni fallor, uitium ad E. VIII v. 30 commissum esse uidetur: '*Sparge marite nuces.* Ita enim primo factum est quando Iuno Ioui iuncta est ut *Homerus* et abhinc apud antiquos moris fuit in nuptiis nuces spargere propter ueneficia.' Nam qui a *Caecilio Minutiano Appuleio* duobus locis in libello de orthographia p. 127 § 2 et p. 136 ed. Ang. Mai laudatur *Homerus minor* mythographus (eundem *Hyginus* fab. CLXXXIII uidetur significare), ualde dubito num tale quid de nuces spargendi more *Romano* usquam tradiderit, quippe qui secundum Appulei et Hygini locos[18]) non tam de mythorum caerimoniarumque causis atque originibus, quam de ipsis mythis rettulisse uideatur atque adeo de Graecis potius quam de Latinis. De *Romano* autem more *Ro-*

---

18) Quamquam enim *Maduicus* luce clarius ostendit opusc. acad. I p. 2—28 Caecilii Minutiani Appulei libellum de orthographia a Maio olim, dein ab Osanno editum ab *inpostore* saec. XV inprimis ex Ouidii epistulis confictum esse, de Homero quidem isto minore in tantum falsario (quem nonnulla saltem ex idoneis fontibus qui hodie euanuerunt haurire potuisse quis negare ausit?) fides est habenda, quod et *Graecum* natione et *Graecos* mythos referentem introduxit. Quamobrem in eo sane mihi uidebar Appulei istius testimonio uti posse, ut Homerum illum quem laudant scholia Bernensia ad E. VIII 30 et G. I 18 eundem esse Homerum istum minorem mythographum propter rerum ab utroque expositarum naturam uariam atque adeo contrariam confidenter negarem.

manum auctorem laudari quam maxime erat consentaneum. Quare memor loci, de quo super dixi, si conferas *Pauli Diaconi* excerpta: 'Nuces flagitantur nuptis iaciuntur pueris ut nouae nuptae intranti domum noui mariti *secundum* fiat *auspicium*' cum scholii uerbis: 'apud antiquos moris fuit in nuptiis nuces spargere *propter ueneficia*', quo loco perquam memorabile est Philargyrium praebere: 'nocte nuptiarum solent nuces iacere ne perueniat *malum augurium*', ut testatur Thilo mus. Rh. XV p. 131, *Verrii* nomen nobis reponentibus non admodum aduersaberis. Neque aliter de loco G. I 18 statuerim, quo quamquam de Homero minore mythographo cogitari posse uideatur et cogitauit sane Wagner, de Phil. II 14, tamen et singulari mythorum interpretandorum ratione ab iis quae Appuleius et Hyginus de isto Homero protulerunt quam maxime aliena et Pauli Diaconi uerbis: 'Minerua dicta quod bene moneat; hanc enim pagani pro *sapientia* ponebant (cf. schol. Bern. *quam sapientiam interpretantur*) moueor ut relicto Homero ad *Verrium* confugiam. De Ribbeckii uero coniectura qua *Ebrio* quodam nonnullis Georg. IIII locis memorato eundem *Verrium* significari suspicatus est, uide quae infra sumus reposituri.

6) E. VI 65 '*Aonas*. Alii leguntur codices habentes corusas idest nouem musas alii boetiae monte elicona et cithcrona musis consecretas uel aonas nymphas in monte boetiae uenientes' libri, pro quibus scripsi: 'Alii legunt codices: «Aonias Musas» idest nouem Musas. Alii: Boeotiae montes Helicona et Cithaerona Musis consecratos, uel *Aonias*, Nymphas in montes Boeotiae uenientes' hisce de causis. Explicatio 'idest nouem Musas' per se satis probabile facere poterat, corruptis 'habentes corusas' subesse *Aonias Musas*, quod confirmatur etiam eo quod in codice Romano (R apud Ribb.) inuenitur AONIAS scriptum et item in codd. Bern. 165 (*b* Ribb.) et in ipso B manu certe prima *aonias* erat positum, postea *i* littera inducta. Cui lectioni satis ineptae cum sensum aliquem extricare conabatur scholiasta, *ducere* uerbum accusatiuo casui omissa *ad* praepositione iungi posse sibi persuadebat. Alterius scholii auctor, quod inde a uerbis: 'Alii Boeotiae montes' incipit, *Aonas in montes* legisse putandus est. Tertii denique scholii scriptor ad *Aonias* lemma rediit ita tamen, ut *Aonias Nymphas* praetulisse uideatur. Ceterum omnes hae ineptiae inde potissimum ortae esse putandae sunt, quod lectionem *Aonias* ex *Aonas* corruptam homines nescio qui, inepti certe, defendendam sibi sumpserunt, quod ut fieri aliquo modo posset, alter *Musas*, alter *Nymphas* pro *in montis* legendum esse suspicatus est, securus uterque, quid illo *duxerit* faceret.

7) Georg. I 1. *Quid faciat laetas segetes*, quae res terras pingues efficiat: nam segetem modo pro terra posuit, ut (Aen. VII 520): 'Horrescit seges ensibus.' *Iunilius* dicit. Alius dicit: 'Seges' non omnino pro 'terra', sed cum fructibus accipere debemus, ut ne bis idem dixisset subiciens: 'quo sidere terram.' Et idem dicit: Nec sane 'segetes' simpliciter pro 'terra' ponuntur, sed pro 'terra arata' ut Varro rerum rusticarum primo libro (I 29): 'prata purgari salicta seri, segetes arari conuenit'. Iam illa 'et *idem* dicit: Nec sane' etc. non posse ad istum commentato-

rem referri qui paulo ante uocabulis *Alius dicit* praemissis significabatur, inde probatur, quod ille 'segetem' non terram omnino, sed terram *cum fructibus* significare dixit, hic uero non terram simpliciter, sed terram *aratam*, quae sibi quam maxime contraria unum eundemque dixisse credi non potest. Quare cum inde ab his: *et idem dicit* alius commentator laudetur ac is fuit qui modo laudatus est, non dubium, quin legendum sit: '*at* idem dicit', Vergilius scilicet, ita ut illud *idem* non ad commentatoris cuiusdam personam, sed ad rem a Vergilio primo Georgicorum uersu prolatam spectare dicatur. Fallitur autem Mommsen qui pro 'et ne bis idem dixisset' corrigendum censuit: 'et bis idem dixit' mus. Rh. XVI p. 443. Neque enim, qui acerrime defendit segetem non omnino pro terra, sed cum fructibus accipi debere, eandem tautologiam, quam modo arcebat, Vergilio inputasse cogitari potest. Ceterum notetur insignis explicationum continuatio. Postquam primus (Iunilius personatus, cf. supra) segetem simpliciter pro terra dictam accepit, alter terram esse cum fructibus obicit, tertius denique primi sententiam excipit ita, ut segetem alias non simpliciter pro terra poni diceret sed pro terra arata. Verba enim 'nec sane segetes simpliciter pro terra ponuntur' etc. non tam ad Vergilii, quam ad ceterorum loquendi consuetudinem pertinere, ostendit uocabulum *ponuntur*. Alioqui 'accipere, intellegere debemus', uel simile quid positurus fuisset eius scholii auctor.

Nec tamen locum eum ex tali scholiorum farragine esse excerptum, quam ex codicibus Florentino et Parisino Mommsen attulit mus. Rh. XVI p. 442, uiro clarissimo crediderim, quia rerum expositarum arta continuatio, qualem in Flor. Paris. frustra quaeras, in BC obuia fidem facit, BC fontis omnino melioris quamuis minus docti speciem praebere. Ne urgeam in FP loco Aen. VII 526 perperam *sentibus* scribi, in BC *ensibus* recte, quae in FP leguntur: 'Nam segetem modo pro terra *arata* posuit', in his 'arata' temere ex sequentibus huc inrepsisse probaturo non tam codicum Bernensium scriptura quam laudati uersus Vergiliani natura subueniet. Est autem ad eam sententiam adductus Mommsen eo quod in scholl. Bern. Varronis locus in uocabulum *conuenit*, quod apud Varronem ipsum non legitur, desinit, cui in Flor. Paris. subiunctus est alter Varronis locus his uerbis: 'et infra seges dicitur quod aratum nondum satum est.' Hoc loco quia *conuenit* ad *et infra* (arari. Conuenit et infra) trahendum esse ei uidebatur, apertissimum id ducebat iudicium esse, quo scholium Bernense ex simili farragine, qualis in Flor. Paris. conspicitur, sed quam maxime oscitanter excerptum esse probaret. Quod enim olim ad sequens testimonium respexisset *conuenit*, id epitomatorem excerpendo perperam cum superioribus coniunxisse. Sed liceat mihi hoc saltem loco nostrum oscitantiae crimine purgare. Nam uerba Varronis (de re rust. I 29) *prata purgari salicta seri segetes arari*, cum haereant ad superiora: 'in primo interuallo inter Fauonium et aequinoctium uernum haec fieri oportet', non poterant omissis his laudata a quoplam intellegi, nisi *conuenit* uel simile quid adderet excerptor. Eodem modo commentator ad G. I 208, quamquam non erat necessum, Varronis uerba de re rustica I 34 ita uariauit, ut pro 'incipere scribunt oportere serere' mallet 'nobis

serendum' scribere. Itaque cum illud *conuenit* ad priorem omnino Varronis locum sit referendum, utpote intellectus gratia additum, nullum iam inde argumentum peti poterit, quo quis scholia Bernensia ad h. l. ex Florentinis et Parisinis fluxisse probare conetur.

8) v. 13. Hunc locum Mueller ita exhibuit: *Fudit equum*, equum nunc dicit Arionem: quum in Thessalia tridente terram Neptunus percussisset, exisse dicitur equus, unde Neptunus equester dictus est, idest ἵππιος; ibi etiam natus est fons Hippocrene. Item in Thessalia primum equi nati sunt, ubi cum aliquando flumen esset statiuum et quondum diruptum um habundasse, dictum est Neptunum percussisse tridenti quasi non credebant tantam uim aquae humano motu excitatam sed diuino et ee est, nec reclusit captellum in Thessalia in qua primum equi domari coeperunt, et Thessali adsidentes equis quum tauros sequerentur, grauibus eos uulneribus adficiebant et quosdam adprehensos domabant; illi dicti sunt perfelleres hippocentauri. *Gallus* dicit.

Quo in loco foedissime corrupto probabiliter emendando critices summa in eo est posita, ut suo quodque scholium lemmati reddatur. Nam hoc per se patet, non potuisse eundem commentatorem sermone continuo modo de *equo* a Neptuno scopuli percussione excitato, modo de *aqua* referre, quod unum ex lectione Vergiliana 'fudit equum', alterum ex scripturae discrepantia 'fudit aquam' erat repetendum. Haud igitur nimium mihi sumpsisse uideor, quod post 'equi nati sunt' nouum lemma *fudit aquam* inserui lacunamque statui, nec minus, quod post 'sed diuino' *fudit equum* suppleui atque ex uerbis corruptissimis: *et ee est nec rec|lusit captellum* certam satis firmatamque sententiam elicere posse mihi uidebar hanc: *Neptunus tridenti percussit scopulum*, si conferas quae ex Florentino et Leidensi (Burm. G) attulit Mommsen mus. Rh. XVI 445 '*cui primum* usque *Neptune*. Quoniam *Neptunus* (eptunus F) *in Thessalia* (thessalie F) *scopulum tridenti percussit*.' Ceterorum quae nouaui ratio per se manifesta est. Neque enim de habundantia, ut nostri scribendi consuetudinem sequar, sed de *inundatione* agebatur, neque aegre quis feret, quod in tanta uocabuli *equis* propinquitate *qui* post *a Thessalis* inserui atque artius librorum uestigia premendo *a Thessalis* scribere, quam Muelleri coniecturam *et Thessali* sequi malui. Quod ad rem nouissimo scholio expositam spectat, dignus omnino qui cum nostro conferatur, Probi locus est p. 61, 1 K: 'Ex qua causa Centauri Nebulae filii creduntur et Ixion iis mercedem promisit, si furentem taurorum gregem occidissent, quorum impetum cum uelocitate effugerent et ipsos telis conficerent (malim *configerent*), ἀπὸ τοῦ κεντεῖν quod est figere καὶ ταύρου centauri dicti sunt.'

9) v. 14. '*Ceae*, insula in Oceano fertilissima. Aristaeus hanc tenuit primo hominibus uacuam, postea ea relicta cum Daedalo transitum fecit in Sardiniam.' Sunt uerba ex Sallustio deprompta, cf. Hist. fragm. II 5 D, 7 K, quo loco miror Gerlachium Kritziumque ipsum pro *Cea* insula *Cretae* nomen substituisse, cum apud Seruium l. l. discrte de *Cea* insula agatur. Ceterum Seruium Sallustii uerba non tam e memoria summatimque laudare, quod ex adposito: 'ut Sallustius *docet*' intellegere sibi uide-

batur Kritz p. 126, quam ipsa uerba exprimere, testimonio est glossarium Bernense cod. 16 saec. X, ubi s. u. Cea haec leguntur: 'Cea insula Salustius ait iuristeum primo insulam quam relicta patria coluisse', idest: '*Cea insula.* Salustius *ait II*, Aristacum primo insulam uacuam relicta patria coluisse' — in quibus uides accuratius etiam Sallustii uerba referri. Denique quod apud Seruium legitur *matris instinctu* Aristaeum Thebas reliquisse, uide ne sit *patris instinctu* legendum, cf. Diod. IV 82: *τὸν δὲ Ἀρισταῖόν φασι μετὰ τὴν Ἀκταίωνος τελευτὴν ἐλθεῖν εἰς τὸ χρηστήριον τοῦ πατρὸς καὶ τὸν Ἀπόλλωνα προειπεῖν αὐτῷ τὴν εἰς Κέω νῆσον μετάβασιν.* Apoll. Rhod. II 519: *λίπεν δ' ὅγε πατρὸς ἐφετμῇ Φθίην, ἐν δὲ Κέῳ κατενάσσατο.* Opitulatur Probus quoque p. 28, 22 K: 'Aristaeus *monstrante Apolline patre* profectus est in insulam Ceam.' Nam quod Silius Italicus refert XII 369 'Cyrenen monstrasse ferunt noua litora matrem' ad *Sardiniam* spectare praecedens uersus ostendit.

10) v. 19 Velut *Philochorus* ait. Cum B non nisi *philorus* exhiberet, Mueller de Philochoro et *Philostephano* ambigebat. Sed de Philostephano Seruius l. l. haec attulit: 'Ergo *Osiris* significatur, ut Philostephanus *περὶ εὑρημάτων*', unde, cum in scholiis Bernensibus de *Triptolemo* agatur, non est uerisimile, eundem Philostephanum modo ad Osirim aratri inuentionem modo ad Triptolemum rettulisse. Quare in *Philochori* Atthidis scriptoris nomine nobis erit adquiescendum.

11) v. 218 Nigidii uerba istis: 'Taurum aduersum inter sidera locatum' conprehendi uolui et ante 'quod posteriores' etc. lemma *aduerso* suppleui ob id, quod neque Nigidius apte laudari potuit nisi in tantum, ut *aduersum* Taurum dici eius auctoritate probaretur, et reliqua quae inde ab illis: 'quod posteriores' etc. secuntur, ad ipsos Vergilii uersus explicandos pertinere manifestum est. Testimonio sunt ipsa codicis Burm. G uerba quamuis male corrupta: 'denique Nigidius ait taurum auersum uel sidera locatum, vel *aduersum astris.* Sirius dicitur, qui est terris aduersus.' Totum uero scholium ad Nigidium rettulerant et Suringar et Mueller.

12) v. 403. Noctua auis lucis profuga si canat *post solis occasum* pluuiam significat. *Probus* ait: si in tectis uel in arboribus canat *sero* serenitatem significat.

Haec in Burm. G ita traduntur: Probus ait si in tectis uel arboribus altis canat, serenitatem significat, si in foraminibus uel ramusculis [tempestatem]. Patet Probi scholium incipere inde a uerbis: *si in tectis.* Nam quae praecedunt: 'si canat post solis occasum pluuiam significat' et *Seruiana* sunt ('quae significat pluuiam si cecinerit post solis occasum') et iis quae secuntur plane *contraria*, ut ab eodem esse utrumque profectum cogitari nequeat. Vnde patet perperam olim Muellerum atque nuper A. Rieseum (de comm. Verg. qui M. Valeri Probi dicitur 1862) p. 30 not. *totum* Probo adsignasse. Sed recte inde Riese pleniora olim Probi commentaria fuisse statuit, quamquam de loco ad G. IV 134 aliter sentiendum. Obuersabatur autem, cum haec scribebat, Probo haud dubie Arati locus v. 999 sq. Ceterum in Vossiano uerba *Probus ait* desunt.

13) v. 502 Accii uerba olim non nisi ex schol. Leid. (Suringar hist. crit. scholi. latt. II p. 347) cognita, in quibus ita se habent: 'quomodo Laomedonte orti sunt Troiani Accius docet: Iuppiter Dardanum genuit Dardanus Troum Trous (Troem Tros) Assaracum et Ilum et Ganymedem, Capys ex Assaraco satus qui Pergamum construxit, Laomedon Priamum et Anchisen edidit', cum in scholiis Bernensibus multo propius originem accedant iambicumque rythmum aperte prae se ferant (en senarium integrum: 'Capis ex Asaraco satus qui statuit Pergamum'), O. Ribbeck roganti mihi epistula data hunc in modum acutissime ad pristinam formam reuocauit:

Iouis Dárdanum [pro]géuuit, Troum Dárdanus,
Troúsque Asaracum et 'Ilum et Catamitúm [creat],
Capis éx Asaraco sátus qui statuit Pérgamum,
Aluménto Priamum et [Cápis] Anchisen édidit.[19])

14) G. II 21 scholium: *Viret*, idest διὰ διαστολῆς prima (idest diastoles B) quid sibi uelit obscurum uideri possit, nisi animum aduertas ad id, quod in sequentibus lemma non est *fruticumque*, ut Mueller edidit, sed *fruticum*. Scilicet si in Vergilii uersu *fruticum* legebatur pro *fruticumque*, prior uerbi *uiret* syllaba erat producenda.

15) v. 43 Fragmenti Enniani: 'ora decem' felici casu contigit ut supplementum in codice Parisino (7960) inueniretur prolatum a Mommseno mus. Rh. XVII p. 143, cuius uerba male corrupta haec sunt:

a i
mon s lingua loqui saperet at ora X sint
in metrum ferro cor sit pecusque reuiuctum —

hunc in modum ab anonymo p. 144 refecta:

Non si lingua loqui saperet atque ora decem sint
Atque meum ferro cor sit pectusque reuinctum.

Sed qui Vergilii uersus G. II 43 (Aen. VI 625) atque ipsius Homeri uerba, quae Ennius procul dubio expressit, Il. *B* 489:

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη —

Hostii denique imitamenta apud Macrobium VI 3, 6:

non si mihi linguae
Centum atque ora sient *totidem* uocesque liquatae

accuratius perpenderit, *eundem* ubique *linguarum* et *orum* numerum proferri uidebit, ut iam inde suspitio oriatur, num Ennius potuerit scribere simpliciter: 'non si lingua loqui saperet.' Idem ualet de *Ouidii* loco Trist. I 5, 53 quem mus. Rh. XVII p. 313 attulit Koch:

Si uox infragilis pectus mihi firmius aere
*Plura*que cum linguis *pluribus* ora forent,

19) Cf. Ritschl mus. Rh. XII p. 107. 110 et schol. G. III 35. Videtur praeterea inter secundum tertiumque uersum unius uersus lacuna statuenda esse, quo Ilum Laomedontis patrem fuisse Accius doceret. Denique non Capys sed Laomedon Pergami conditor fuit, ut malim scribere:

Aluménto ex Ilo sátus qui statuit Pérgamum
Capis éx Asaraco . . . .

cf. Ars amandi l. I 435:

Non mihi, sacrilegas meretricum ut prosequar artes
Cum *totidem linguis* sint satis *ora decem.*

Lucretianum quoque (Seru. Aen. VI 625: Lucretii uersus *sublatus de Homero* sed ille 'Aerea uox' dixit, cf. Lachmann Lucr. p. 399) eodem tendit, si quod par est, Seruio est credendum, Vergilium nihil de Lucretiauis uersibus mutasse nisi quod ille 'aerea uox' scripsisset. Accedit quod illud: *non si lingua loqui saperet* ieiune prorsus atque adeo abiecte dictum est, si cum ista quae in sequentibus uerbis conspicitur, oris magniloquentia atque poetico etiam furore conferas. Quid quod uel ineptum est satisque absurdum, si quis dicat: 'si loqui possem'! Ceterum nemo credet, Ennium in tanta uerborum propinquitate *bis* posuisse 'atque'. Animaduertas insuper, praecedere apud Homerum uersum: πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω, apud Vergilium G. II 42: 'Non ego *cuncta* meis amplecti uersibus opto', et Aen. VI 626 subsequi: '*omnes* scelerum conprendere formas, *omnia* poenarum percurrere nomina possim', apud Ouidium denique: 'Non tamen idcirco conplecterer *omnia* uerbis'. Quare scribendum coniecerim:

non sic
Omnia lingua loqui sapiat, *licet* ora decem sint.

In sequenti uersu Kochii coniectura mus. Rh. XVII p. 313 '*infragili* ferro' ob id non uidetur probari posse, quod Ennius *poeta poetae* Homeri uerba: φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη certe non ita imitando turbaturus fuisset; audi ipsum Ouidium: 'si *uox* infragilis, pectus mihi firmius aere'. Fortasse Homericum ἐνείη respiciens scribas: *Atque intus* (in metrum cod.).

Ceterum non raro Ennius in scholiis Bernensibus laudatur, tamen ita nonuumquam, ut nomen aut male corrumperetur aut plane periret. Corrupti nominis specimen nuper in Fleckeiseni annalibus phil. 1865 p. 503 proposui ad G. IV 7 pertinens, quo quidem loco post uidi codicem Bernensem 165 diserte *ennius* exhibere.

Praeterea G. IV 178 *Grandaeuis oppida curae*. Apibus maioribus uel senioribus sicut: 'Senes muros tueantur et non in bella prorumpant' primum quidem manifestum est, laudari *poetam* inde a uerbis: 'Senes muros tueantur', quod inprimis illa: *et non in bella prorumpant* ostendunt; atque poetam *epicum*: nam de dactylico eorum uerborum rythmo non potest dubitari. Scribendum autem:

muros
. . senes tueantur et non in bella prorumpant.

Quem uero poetam commentator significauerit, incertum est, nisi ex co ipso quod perperam *senes* uocabulum primum testimonii locum occupauit, concludi posse tibi persuadeas, quandam inter auctoris nomen atque illud *senes* similitudinem intercessisse qua efficeretur, ut et illud a librario neglegenti omitteretur et hoc in illius locum succederet. Tunc uero non nisi de *Ennio* cogitari poterit.

16) G. II v. 98. Notandum hic quod uinum masculino genere dixit 'Tmolius' nec inmerito quoniam et aput *Petronium* in satira inuenitur.

Quamquam inde quod interdum Petronii et Afranii nomina consociata leguntur (cf. Buecheler Petron. praef. I) praeeunte Buechelero dubitari potest, utrum codicis B scriptura *franium* ad Petronii cognomen *Afranium* sit reuocanda an pro ipsa *Petronii* nominis corruptela habenda sit, tamen ex *Petronio* illud esse corruptum codicis C lectione *fronium* fit probabilius. Hoc uero manifestum est, siue *Afranium* siue *Petronium* amplectaris, spectari Petronii sect. 41 (p. 46, 2 B) uerba: 'uinus mihi in cerebrum abiit'. Ante Buechelerum de Afranio *togatarum* poeta cogitabant Schneidewin apud Buech. l. l., Mommsen mus. Rh. XVI p. 450.

17) G. II v. 28 in Muelleri editione haec leguntur: *Egent*. Cicero: 'eget ille senatu et populo; alter alterius auxilii eget'; ideo non egent radicis. Quae uerba in eis Ciceronis libris qui ad nostram aetatem peruenerunt, uon obuia minime est uerisimile ad unum eundemque auctorem locumue spectare, et quia magnopere dubito, num quis intra artos eiusdem sententiae fines uerbum *egere* modo ablatiuo modo genetiuo casui iunxerit, et quia uerba posteriore loco posita: 'alter alterius auxilii eget' nullo modo cum prioribus ad unam sententiam efficiendam uidentur coniungi posse, nisi scribas: 'eget auxilio senatus et populus', quod tamen a codicis uestigiis longius recedit. Ostendunt autem commentatoris uerba postremo loco posita: Ideo *dixit*[20]): 'Non egent radicis' adlatis eum testimoniis probare uoluisse, quod Vergilius *egere* genetiuo iunxisset, ueterum auctoritate non carere. Quare Ciceronis locum non nisi uerbis 'eget ille senatu et populo' conprehendi, deinceps uero *alium* auctorem laudari mihi persuasum est. Quis autem ille, cuius nomen intercidit, fuerit, ex ipsis codicis uestigiis elici posse uidetur. Neque enim 'populo alter' in B scriptum est, sed 'populos alter', unde mehercle non dubium est, quin *Sallustii* nomen olim laudatum fuerit, si memoria teneas, Sallustium in eo codice semper per conpendium *sal* scribi. Extat autem is Sallustii locus in Catil. I 7: 'alterum alterius auxilio eget', ut uerum me coniecisse pateat.

Sed cum commentatoris uerba: '*Ideo dixit*: Non egent radic*is*' ostendant, ob id eum Sallustium laudasse ut eius auctoritate bene Vergilium *egere genetiuo* iunxisse probaret, non dubito quin Cat. I 7 uel contra omnium codicum auctoritatem in lectione *auxilio* unanimiter conspirantium (cf. Dietsch l. l.) codicis B scriptura *auxilii* reponendum sit. Quod tamen a Sallustii loquendi usu non abhorret, cf. Iug. XXXI 29: 'haut saepe auxilii egeas'; XIV 23 auxilii egens; Cat. LI 37 neque consilii neque audaciae umquam eguere; Iug. CXI 3. XIV 17. LVII 1 et alibi. Restat, ut in schollo G. II v. 28 pro *alter* scribas *alterum*.

Ceterum praesertim in auctorum nominibus multum a librario peccatum est. Vt omittam quae iam a Muellero obseruata atque correcta sunt G. IV 125 *satiuo* pro *Statius*, G. IV 127 *stanio* pro *Suetonio*, ibid. v. 564 *sitonius crancillus* pro *Suetonius Tranquillus*, en E. VII 29 pro *ut Horatius* corruptum legitur 'in oratione', unde Mueller conpendium

20) *dixit* ob simile *ideo* intercidisse in propatulo est.

dñs, quod praecedit neque eo loco aliud esse potest nisi *dicens*, perperam in *dominus* resoluens edidit: 'dominus in oratione'!

Porro G. II 184 *Cominiani* nomen in *communi* abiit. Quid uero G. IV 125 '*Oebaliae*, Laconicae Tarentinae. *Terrentius* ait, quas condiderunt hi qui de Oebalia uenerunt' illo *Terentius* faceres, nisi in cod. Bern. 184 saec. X haec legeres: 'Turrim autem oebalie dicit quam edificauerunt illi qui de oebalia uenerunt'? Scribendum nimirum est: *Turres autem ait*. Vnde *Terrentius ait* librarius finxit. Agmen claudat G. IV 520 *Asper uult* in *superbum* corruptum.

18) G. II 119 *Acanthi*. *Gnifo* commentatur annalium libro decimo hanc arborem in insula Cercina (insola certina B) regionis Africae esse oportunam tincturae quae in floris sui colorem lauam tinguat unde uestis (uitis B) Acanthia appellatur. Ex his cod. Burm. G (Mommsen mus. Rh. XVI p. 452) non nisi haec exhibet: Achanti] de qua Gnifo scripsit, quod in flore tincta uestis achantia dicitur; — de quo loco perperam olim Wagnerum de Phil. II p. 28 statuisse, cum post uerbum *scripsit* uersum ex Aen. I 649 'Et circumtextum croceo uelamen acantho' intercidisse, reliqua ita emendanda esse diceret: 'quod in eius ora acanthus intextus unde uestis Acanthina dicitur', scholia Bernensia conlata ostendunt.

Sed de uerbo *commentatur* iure quis poterat dubitare, praesertim si cod. Burm. G *scripsit* respiceret meminissetque, in auctoribus laudandis semper uel *dicit* uel *ait* uel *scribit scripsit*ue poni, *commentatur* nusquam. Iustam autem talem suspitionem esse, testis est codex Bernensis 165, quo ista sic se habent: '*Niso* commentator annalium lib. X hanc arborem in insula certina regionis africae esse *dicit* oportunam tincturae quae in floris sui colorem lanam tinguit.'

Vnde quis possit suspicari, conlato Charisio p. 204, 32 K: 'Mox Maro Georgicon (I 24): 'tuque adeo quem mox quae sint habitura deorum concilia incertum est', ubi Gnifo pro 'cito' significare ait', Gnifonem iustum commentarium in Vergilium conscripsisse (quod negat Suring. II p. 230), quamquam illo loco non alium Gnifonis librum, sed commentarium ipsum laudari expectamus. Rem satis difficilem peritiores expediant!

19) G. II 479 Sallustius dicit: '*uenti* per caua terrae *citatu*.' Locus a *Serui*o ad h. u. et ab *Isidor*o praeterea Origg. XIIII 1, de Rerum Natura cap. XLV (cf. Reifferscheid Suetoni rell. p. 245) seruatus haud dubie solis in scholiis Bernensibus caret uitio, quod in ipsas adeo nouissimas editiones inpune inrepsit. Cum enim in optimis *Isidori* codicibus legatur: 'uen*ti* per caua terrae praecipit*ati*' uel *citati* (ad Origg. XIIII 1 *uenti per caua terrae citati* cod. Bern. 224 saec. X, *concitati* cod. Bern. 95 saec. XII, *precipitata* cod. Bern. 36 saec. X; *per concaua terrae citati* codd. Bern. 101 saec. X, 291 saec. XIII—XIIII, 159 saec. XIII; *concitati* cod. Bern. 129 saec. XIIII ineuntis; ad locum de Rerum Natura cap. XLV *per caua terra praecipitatim* cod. Bern. 249 saec. VIIII, *per cauerna terrae precipitatim* cod. Bern. 417 saec. VIIII, *per caua terrae praecipitati* cod. Bern. 610 saec. X), atque in *Serui*o summo librorum ut uidetur consensu: 'uen*ti* per caua terrae cit*ati*, ea quae ex Sallustio insuper ad-

feruntur ab Isidoro: 'rupti aliquot montes tumulique sedere' non minus quam quae praecedunt ipsius Isidori uerba: 'cuius motum alii dicunt uentum esse in concauis eius qui motus eam mouet' Origg. XIIII, 1, id summo iure uidebantur suadere, ut *uentis citatis* (uel *praecipitatis*) scriberetur. Eodem spectant uerba apud Seruium praemissa eiusdem paucis mutatis argumenti: 'Alii dicunt uentum esse in concauis terrae qui motus etiam terram mouet.' Nam quae R. Dietsch nominatiuum 'uenti — citati' tuiturus contra argutatur ad Sall. hist. fragm. II 43 p. 48, grammaticis quidem eo deceptis, quod Sallustius ex eorum, quae in terrae motu fierent numero primo loco uentos posuisset, uentos terrae motus *causam* esse uisos, Sallustio non item, ea inmane quantum a uerisimili discrepant! Sed audacius fuerit, 'uent*is* citat*is*' reponere, praesertim si mirum librorum in lectione ista *uenti citati* consensum respicias. Cui Isidori et Seruii librorum lectioni accedit, quod et apud Seruium et apud Isidorum utroque loco (de Origg. XIIII, 1 cf. supra; in libro de Rerum Natura cap. XLV praemittuntur: 'inde aiunt fieri terrae motum, dum uniuersa *uentus inclusus* concutit) non de *uentis* pluraliter, sed singulariter de *uento* agitur. Vt iam profligatum esse uideatur, scholiorum Bernensium lectionem *uenti citatu* unice ueram esse. Quid quod apud ipsum Seruium in codice peruetusto Bernensi 363 saec. VIII—VIIII dilucide legitur *uenti citatu?*

Eodem codicum Bernensium 249 et 417 atque Bambergensis (cf. Reifferscheid l. l.) *praecipitatim* et Bernensis 36 *precipitata* tendere quis negauerit? Denique auxilio ueniunt scholia Lucani ad I 552 codicis Bernensis 370, ex quo Hermannus Vsener in libello de scholiis Horatianis p. XXXI Sallustiani fragmenti supplementum, quod adhuc desiderabatur, gratissimum deprompsit. Sunt autem haec f. 131ʳ: 'Tunc cardin& ut sallustius. set metello cordu|ba& gemanti cum duabus legionibus alione casuan sapientibus | ut placet ueno per caue terre citatu rupti aliquod montes tumulique seder —, ab Vsenero sic emendatius exhibita: *Tunc cardine t.* Vt Sallustius: 'set Metello Cordubae hiemante (malim hiemanti) cum duabus legionibus, alione casu an, sapientibus ut placet, *uento* per caua terrae *citato* rupti aliquod montes tumulique sederunt.' Hic quoque uides codicem *citatu* tueri; *ueno* autem ex *uenti* ortum esse.

20) G. IIII 108 Eadem in cod. Bern. 165, sed ita leguntur: 'militari uerbo usus est ut ibi: 'cum primum uellere signa annuerent superi'. Mos enim fuerat *ut* bellan*tium* signa figer*entur* eaque *cum* mouere *uellent*, si *profecto* facile uellentium manus sequerentur — si cum cona*tu* tum exitium — rhodanum transnatauit'.

Sed cod. B lectionem utpote hoc quidem loco multo meliorem sequi malui. Ceterum sequentis uersus scholio: '*Hic*' *crocus et* '*hoc*' *crocum fit*, quod haud dubie ad *Sallustii* dicendi consuetudinem spectat (cf. schol. ad v. 182) egregie firmatur Eduardi Woelfflini amici coniectura, qua ista de Sertorio v. 108 exposita ad *Sallustium* auctorem reuocanda esse censuit. Ad idem, ni fallor, bellum Sertorianum pertinet Sallustii fragmentum, quod ex Seruii cod. Bern. 172 ad Aen. III 520 protuli nuper in philologorum conuentu Heidelbergae habito hactenus incognitum: *unde*

'mare ueliuolum' (Aen. I 224). Sallustius: *'et paruis* (leg. paullum) *modo uelorum alis remissis'*. [21])

21) G. IIII v. 127 uerba obscurius dicta: 'Dicimus autem *memini me uidere* auctoritate *Terentii* et *relicorum grammaticorum*' optime explanantur *Agroetii* loco p. 2268, 28 P: 'Memini me (.me· Minime cod. Bern. 330 saec. X) facere dicere debemus (facere debemus cod. Bern. 338 saec. X, facere debemus dicere 330), non memini me fecisse. Nam *memini* sermo est totus praeteriti temporis, quia ante factam (qui ante factam P, quia ante factam 338; quia ante actam 330) rem in praesens reuocat (reuocet, corr. reuocat 338, reuocet 330) et si dixeris (uel contra si dixeris 338) 'memini me fecisse' (*cum recte potueris dicere scio me fecisse* add. cod. 330), duo praeterita simul iungis. Cicero: 'memini Pamphilum Lilybitanum (bilybitanum 330, libitanum 338) mihi narrare solitum'. Infra (idem infra 338): 'respondi Metello ut debui (et debui ut debui 338) et iam illud (illud om. 330) memini me (me om. 330) dicere. *Terentius*. '*Ego* (ergo 338) *illam uidi uirginem forma bona* (*quam* add. in margine 338) *memini me* (me om. 330) *uidere*'. Vergilius: 'Cantando solitum memini me condere soles' (Idem 'memini Auruncos ita ferre senes' add. 330). Et (Ex 338) multis praeterea locis. Neque (raro 338) inuenitur ubi ab illis (ab aliis 338) magnis auctoribus 'memini' positum sit ut non addatur aut *esse* aut aliquis (aliquid, corr. aliquis 338, talis add. 330) sermo qui praesens tempus restituat, nisi in uno loco: '*Namque sub Oebaliae* (eo||liae 338) *memini me turribus altis Corycium* (coricium 338) *uidisse senem*.' Quod poetae pro necessitate metri licuit usurpare (usurbare m. I 338).

Vides epitomatorem, cum in uberiore commentario Terentii poetae exemplum simile prolatum nominatim referre supersedisset, ita Terentii fecisse mentionem, ut pro *grammatico* haberi posset. Idem fere ad ecl. VIII 65 accidit, quo de uerbenis praecepisse dicitur una cum Iunilio *Terentius* quidam, re autem uera ad Terentii Andriam IIII 3, 11 prouocauerat integer commentator, cf. Thilo mus. Rhen. XV p. 131. Minus igitur recte de *Terentio Scauro grammatico* cogitauit Ribbeck. proll. p. 172. Pertinent autem haec ad eam epitomatoris incuriam, qua ea ipsa scriptorum nomina, qui in scholiis laudabantur, interdum una cum commentatorum nominibus scholiorum calcibus subiecit, quasi a duobus ista scholia auctoribus essent conscripta, cf. ad Georg. I 240. II 158. Quare non crediderim Ribbeckio proll. p. 195 suspicanti, id ipsum ad G. II 158 prolatum scholium potius ex Isidori de Natura Rerum cap. XLIIII haustum esse. Quem epitomatoris morem iam supra obiter strinximus cap. VIII,

21) Non alienum uidetur hoc loco, quo de scholiis ad historiam pertinentibus agitur, uiri historiae Romanae peritissimi Berolinensis animum adtendere ad schol. Bern. E. IIII v. 31: Pauca tamen] 'Siue Gothorum perturbationem prophetat, sed uerius *Parthicam de qua portas Iani* (*porta iam* cod.) *clausas legimus duodecim annos*.' Nam ex eorum scriptorum numero, qui de Iani portis ab Augusto ter clausis tradiderunt, nullum uideo de tali clausionis diuturnitate accuratius rettulisse.

cum de locis agebamus, quibus Iunilii et Gaudentii nomina coniuncta leguntur.

22) Ibid. v. 134. '*Carpere*, carpebat. Infinitivo enim inperfecta tempora significat more ueterum, ut *Probus* ait.' Quibuscum si conponas *Diomedem*, p. 341, 4 K: '*hoc modo* plerumque ueteres praecipue historiae scriptores et *inperfecta tempora finitiua significant*, quale est apud Sallustium' etc., patet hoc quoque loco, quamquam non nominato auctore, Probum a Diomede in partes esse uocatum, quod paullo post nominatim fecit p. 342, 9 K, cf. Keilii praef. p. LII et praecipue LIIII, quem nunc gramm. latt. uol. IIII praef. p. XXII idem definiuisse laetor.

23) Ibid. v. 232. 'Atlantis enim et Pleiadis filiae numero VII, quas scripsit *Aratus*. Harum nomina: Merope Sterope Alcyone Electra Maia Celaeno Taygete. *In Glossematibus* haec nomina inueni'. Verba postremo loco posita: 'In Glossematibus *haec nomina* inueni' ostendunt, a *duobus* id scholium auctoribus profectum esse, ita ut uerba: 'Harum nomina' etc. a *recentiore* adderentur. *Glossemata* autem ista, quorum et ad G. I 399 (Alcyones) et ad G. IIII 151 (Corybantes) mentio fit, ad *Arati* commentarium pertinere suspicanti Th. Mommseno (mus. Rh. XVI p. 452) ob id non ausim adstipulari, quia Alcyones ab Arato non memorantur. Pleiadum sane nomina quamquam Aratus ipse exhibuit v. 262, tamen in eius commentario iterum posse proposita fuisse, unde scholiasta haurire posset, facile concesserim, cf. schol. German. p. 397 (404) Eyssenhardt. Videtur potius de enchiridio (*cyclo* opinor) mythologico cogitandum esse. Locum de *Alcyonibus*, schol. G. I 399 [22]) ad *Theocriti* Idyll. VII 59 sese adplicuisse inde possis suspicari, quod uerba: 'Alcyones omnibus *Nymphis dilectae sunt*' uersum Theocriteum: '*Ἀλκύονες γλαυκαῖς Νηρηίσι ταὶ τὰ μάλιστα Ὀρνίθων ἐφίλαθεν* quodammodo referre uidentur. Pleiadum sane nomina schol. Hom. Σ v. 486 recensentur:

24) G. IIII 238. Quae hoc loco *Asper* monuisse dicitur (cf. Ribbeck proll. p. 133. 136), ea non ex *commentario* Vergiliano desumpta esse, quod Mommsen statuit mus. Rh. XVI p. 452, cum uetustorum Vergilii *commentatorum* fragmenta in scholl. Bern. obuia enumerabat, sed ex alio libro petita, iam illud: *nam legimus*: 'animasque in uulnere ponunt' laudatusque ipse ille Vergilii uersus ostendere poterat. Pertinent autem non ad *Asprum* grammaticum ueterem, sed ad *Asperum* quendam multo recentiorem, qui *Donati artem* exposuit, de quo nuperrime disputauit Henricus Keil Hermes I 2 p. 334. Extat ars *Asperi Iunioris* apud Putschium p. 1725—1736, sed partim auctior partim admodum decurtata, sicut ex

22) Ceterum in glossario Bernensi 16 saec. VIIII—X praemissa *de glossis* nota satis oportune similia fere scholiis Bernensibus leguntur haec: Alchione auis marina quae pelago nidum medio facit cuius partus *tertio* (tertia) *die pullamina excluduntur* (-antur) *quarto cibo fouentur, septimo uolatui ostenduntur.* Alchion. Pelagi uolucris dicta quasi ἁλὸς χιών (alescianea) eo quod hyeme in stagno (stagnos) Oceani nidos facit pullosque ducit quae excubante (leg. qua excludente) fertur extento aequore pelagus silentibus uentis continua septem dierum tranquillitate manere (miscere) et eius fetibus (fuit: fletibus) educandis obsequium ipsam rerum naturam praebere.

conlatis codicibus Bernensibus 207 et 611 licet intellegere, ut non mirum uideri possit, quod hic quoque scholiorum Bernensium locus in editione Putschiana desideratur. Nam id nondum ausim ex discrepantia Asperi Putschiani et illius, qui in codicibus adhuc latet, pro certo colligere, *duos* fuisse omnino Asperos artium explanatores. Quare ad codices confugiendum. Sed cum illi quoque duo libri, qui in nostra bibliotheca seruantur, non paullum inter se discrepent, in describendo eo loco, de quo G. IIII 238 agitur, utriusque scripturam proponere placet[23]):

cod. 207 saec. VIIII—X	cod. 611 saec. VII—VIII
f. 139^{r}	f. 68^{r}
Vtriusque enim casus praeposiciones idest accusatiui et ablatiui hae (haec) sunt: in sub super subter quae tunc accusatiuo casui seruiunt quando aut gressu aut uerbo aut iniuria aut lapsu aut labore aut ira [aut] motus adsignatur, quod ita intellegi potest: *in carcerem* et in carceres *mitto* etc.	Vtriusque uero casus praepositiones hae sunt: in sub super supter, quae tunc accusatiuo casui seruiunt quando aut motu aut uerbo aut iniuria aut lapsu (lapso) aut labore aut ira motus adsignatur, quod ita intellegi potest: *in carcerem* et in carceres *mitto* etc.
infra:	
f. 139^{u}	f. 68^{u}
Subter eandem uim habet quam et sub. Sed hoc specialiter obseruandum est ut tunc hae praepositiones accusatiuo casui seruiant (seruiunt) quando uel gressu ut supra dictum est uel animo uel uerbo uel labore uel lapsu motus adsignatur. Ablatiuo uero casui tunc hae praepositiones seruiunt, quando nihil cum iracundia dicitur, nihil cum labore fit, uel non ad malum curritur etc.	Supter autem quam uim habet? eandem quam [quam] et sub. Ablatiuo | f. 69^{r} | casui tunc hae (haec) praepositiones seruiunt, quando nihil cum ira et inuidia dicitur et nihil cum labore fit uel non ad malum curritur etc.

23) Asperi nomen in cod. 207 initio legitur: ARS ASPERI GRAMMAT̃; in cod. 611 f. 54^{r} EXPŁ A † ASPERI · DE VERBO · DE ADUERBIIS, et in indice libri f. 92^{u} et 93^{r} manu antiqua proposita: I ARS DONATI EXPOSITA AB ASPERO. De Asperi codicibus Monacensibus cum quaererem, *Henricus Keil* benigne epistula amicissima mecum communicauit istorum quae protuli locorum apographa ad codicem Mon. lat. 6281 Frising. 81, saec. X facta, ex quo alterum Monacensem, Tegernseensem 181 saec. XI fluxisse idem contendit, quae cum ad cod. Bern. 207 miro sese concentu adplicare niderem, scripturae uarietatem hanc excerpsi: fol. 114^{u} INCIP · ARS · ASPERI · DE PARTIB; ORATIOÑ ·, f. 125^{r} super et subter aut iramotus adsignatus, f. 125^{u} super eandem uim habét que. et sub seruiunt quando uel gressu uel animo ut supdictum ẽ uel uerbo . uel labore . gressu motus . adsignatus; cum labore sit gressus dirigetur, f. 126^{r} quod ponit nam legimus animos . animasque de morte duxisset . ablo. casu . usus est; Quod ita dictum in etiam tunc acco casui seruit.

Sciendum est tamen specialiter quod quocies ad bonam partem gressus dirigitur, ponitur in ablatiuo casu etc.	Item.
Infra:	f. 69ᵘ
Sciendum quoque quod ponit (ponet) *aut posuit aut positurus est nullum motum habet, etiamsi ad malam partem pertineat. Nam legimus: 'animasque* (quae) *in uulnere ponunt'* (Verg. G. IIII 238). *Non dixit in uulnus aut in uulnera, quamlibet de morte dixisset*, ablatiuo *tamen* casu *usus est* quod (quo) dictum in alio sermone, ubi motus uidetur, iouenire non poteris. *In* tunc etiam accusatiuo casui specialiter seruit etc.	*Sciendum est hoc quoque, quod ponit aut posuit aut positurus est nullum motum habet, etiamsi ad malam partem pertineat* (pertinat). Cetera desunt. *In* etiam tunc accusatiuo casui specialiter seruit etc.

Quae si cum schol. Georg. IIII 238 conponas, facile opinor mihi adstipulaberis, quod pro *quoniam* scripsi *quando*, quas particulas sexcenties inter se mutari quiuis liber manuscriptus testis est, et quod post *Asper dicit* et post *ponitur* lacunarum signa posui.

XI

INCERTORVM AVCTORVM FRAGMENTA QVAEDAM RECENSENTVR.

Memoratu dignum est scholium ad G. IIII v. 289, cuius uerba: 'quem habuit hospes Serenus' ex aliquo Catulli commentario deprompta esse uidentur.

Citantur praeterea nonnulli *incertorum* auctorum loci, quorum in numero primo loco nominandum est fragmentum poetae *lyrici*, ut puto, E. VIII 53 seruatum: *Mala.* Fit melum et malum, ut: 'melum crebra decerpere manu'. Sunt iambi haud dubie uidenturque ad duos uersus pertinere:

Melúm crebra decérpere
Manú.

G. II 194 '*Fumantia*, recentia; cum uota tibi bene responderint tunc funde libans'. Adparet, uerba *cum uota* etc. non pertinere ad v. 194, ad cuius explicationem nihil ualent, sed potius ad v. 192: 'Hic laticis qualem pateris *libamus* et auro', ut lemma *libamus* intercidisse statuendum sit. Sed ne hunc quidem uersum, quippe quo nihil tale legatur, *explicare* recte dici possunt, nisi laudari locum alicuius scriptoris statuas. Et inest saue uerbis istis, quae *poetae* esse iam postrema: '*tunc funde libans*' ostendunt, iambicus rythmus. Scribas fortasse:

Cum uóta bene animó tuo respónderint
Tunc fúnde libans.

Tragicone an Comico tribuenda sint, non ausim diiudicare.

Ad *Ennium* fortasse, ut supra suspicatus sum, certe ad *epicum* poetam referendus est uersus ad Georg. IIII 178 prolatus, quem sic restituas: múros
. . senés tueántur et nón in bélla prorúmpant.

Ad hunc incertorum fragmentorum numerum rettulerim praeterea G. I 143: Inde '*rigidus amor*' dicitur; G. II 260: dicimus certe '*deustum frigore holus*'; v. 441 *Animosi*, uiolentes: '*ualidi spiritus saeuique*'; nam quominus ea ad scholium ipsum pertinere statuas, obstat *saeuique* nonc ultimo loco positum atque particulae *que* usus, qui apud scholiorum Bernensium auctores, quicumque Vergilii uerba explicant, fere nullus est.[24])

Laudatur denique ad E. III 111. VIIII 29, G. I 50 et 88 *Isidorus* (locis primo et duobus extremis isiõ) neque tamen horum quidquam in eius operibus deprehenditur. Isidori nomine cum E. VIIII 29 praefixum sit *hucusque*, quod alioqui non nisi in *Iunilio* accidit ut adderetur Georg. argum. I et paullo infra: 'hucusque hic tractatus', cum de *iusto* Vergilii commentatore epitomator loquebatur, adstipulandum erit Ribbeckio, qui proll. p. 194 de quodam *commentario* haec sublata esse statuit, cuius auctor, siquidem E. VIIII 29; G. I 50 suo Marte rem gerere uidetur, non tam expressus ex Seruio quam postea in eum inlatus est, cf. schol. ad E. III 111; G. I 88. Nam de altero, qui Seruium tempore praeiuerit, Isidoro quodam coniectura nimis incerta sit. Ceterum non obnitar, siquis omnibus istis locis *Iunilii* nomen reponere uelit.

XII

DE CORNELIANO ATQVE EBRIO VERGILII EDITORIBVS.

Georgicorum l. IIII aliquot locis scholia Bernensia mentionem faciunt uariarum lectionum, quae ad *Corneliani* (v. 87) et ad *Ebrii* (v. 26. 77. 88. 131. 169. 545. 564) auctoritatem referuntur aut separatim aut coniunctim (v. 120. 175).

Atque primum quidem Ribbeck proll. p. 28 bene ad *eundem* uirum et scholiorum Bernensium locos, quibus *in Corniliani* hoc illud legi docemur et Seruii Lemouicensis ad Georg. I 12 adnotationem 'in *Cornel.* equum in authentico aquam ipsius manu equum' rettulit, ex quo ipso loco colligas non paruae illum auctoritatis fuisse. Sed quod idem tribus scholl. Bern. locis pro *incorniliani*, quae constans codicum scriptura est,

---

24) Quodsi ad E. II 52 recte conieci, legendum esse: 'quae autem mollem mala ut «*cerea mala*»', id quoque pro fragmento incerti auctoris habendum erit. Similem loquendi formulam non nisi Martialis usurpasse uidetur X 94 'Mittimus autumni *cerea poma* mei', quo quidem loco illud *cerea* insuper *figurate* dictum est. Quamquam me non fugit, illud *cerea mala* propter id quod sequitur v. 53 'addam *cerea* pruna' corruptum esse posse, ipsum uero commentatorem *cana mala* (v. 51) aut scripsisse aut scribere uoluisse.

in Corneliano uel *in Cornelianis* scribendum esse coniecit, minus probari potest. Vt mittam, ad Georg. IIII 120 et 175 ita coniungi cum Corneliano *Ebrii* cuiusdam nomen, ut aut utrobique genetiuum casum retineri aut, id quod et librorum auctoritate et sensu proprio destituitur, utrobique ablatiuam formam statui sit necesse, si alterutro loco statuatur, iam ne hoc quidem dicendi usu firmatur, *Cornelii* librum *Cornelianum* dici potuisse neque etsi *Cornelium Celsum*, ad quem ista Ribbeck referri uult, commentarium quidem in Georgica conscripsisse libenter credamus, id quoque concedi poterit, *recensendis* eum Vergilii carminibus operam dedisse. Nam quae ad Georg. II 332 in Philargyrio leguntur: '*Celsus* ait germina reliquisse Vergilium, loquitur enim de omnium arborum fetu. Vnde male quidam gramina legunt', si conferas cum ceterorum Seruii Philargyriique, quibus Celsi mentio fit, locorum natura atque indole, patet, Celsum obiter tantummodo atque tum quoque magis ut commentaretur quam ut recenseret, ad criticas quas uocant quaestiones descendisse. Quibus accedit, quod, si recte tradidit Pomponius Laetus ad Aen. VI 1: 'Probus, his duobus uersibus, inquit, finitur hic liber in Tuccae et *Cornelianis* commentariis', cogitari nullo modo potest, uirorum duorum primo post Christum saeculo uiuentium libros indistincte *Cornelianos* appellatos esse, respici autem modo *Cornelium Celsum* rhetorem atque medicum, modo *Cornelium Balbum* aliumue nescio quem. Atque uidetur Ribbeck, ut a *Cornelio Celso* probe distinguendum esse *Cornelianorum commentariorum auctorem* diceret, hoc potissimum argumento adductus esse, quod ad *Aeneidos* libri V finem Pomponii Laeti scholium pertinet, Cornelius uero Celsus non nisi in Georgica commentatus esse ut traditur ita putari potest. Quos Cornelianos commentarios si cum Heynio ad Cornelium Balbum rettulit, qui ad Aen. IIII 127 a Seruio laudatur eiusque ἐξηγητικῶν librum octauum decimum citat Macrobius Sat. III 6, 16, id quoque parum probabile, Cornelium Balbum *perpetuum* in Vergilium commentarium scripsisse, uel si commentatus est, *recensuisse* potius quam *interpretatum* esse Vergilii carmina. Nam de scholiis Veronensibus ad ecl. VII 37 et Aen. XII 470 nunc *Arnoldi Herrmanni* diligentia effectum est (cf. Fleckeiseni annal. 1866 p. 66. 72) ut ne pertinere quidem ad eam quaestionem dicas. Neque tamen negari potest, quae ex istis Cornelianis commentariis proferuntur a Pomponio, argumenti quadam communione cum illis locis esse conexa, quibus *in Corniliani* hae illae lectiones inueniri dicuntur. Accedit quod duriuscule dictum est '*in Tuccae et Cornelianis* commentariis', ut nesciam an non audacter *Corneliani commentariis* sit scribendum cogitandumque de ipso illo Corneliano quem scholia Bernensia atque Seruius Lemouicensis ad Georg. I 12 laudarunt, uiro intra primi post Christum saeculi spatium uiuente. Et uideo iam Suringarum II p. 225 Laeti scholium cum Seruio G. I 12 conparasse. Suetonius uero Asprum quoque inter inlustrium grammaticorum ordines referre supersedit.

Quod autem ad *Ebrium* adtinet, cuius nomen una cum Corneliano effertur ad Georg. IIII 120. 175, per se solum v. 26. 77. 88. 131. 169. 545. 564, recte et Reifferscheid olim uidit Suet. rell. p. 350 eundem

esse *Hebrum* illum, quem semel tantummodo ad Aen. VII 6 Seruius laudauit (*quierunt*] Hebrus *quierant* legit) et Ribbeckio placuit proll. p. 175. Nam Parrhasii *Helenius Acron* explosus est. Neque tamen ob *unum* istum Seruii locum *nouem* scholiorum Bernensium locis *Hebri* nomen restituendum esse Reifferscheidio concesserim, sed potius apud Seruium quoque *Ebrius* legendum est. Nam quod Ribbeck sagaciter coniecit proll. p. 176, *Verrii Flacci* nomen sub isto *in ebrii* latere, parum mihi probatur primum ob ea quae ad G. IIII 120 leguntur: '*intyba*' *in ebrii* '*intuba*' *in corniliani*, quo loco *Verrium* non *intyba*, sed *intuba* commendaturum fuisse consentaneum est ex iis quae *Velius Longus* tradidit p. 2215 P: '*Verrio Flacco uidetur eandem esse apud nos V litteram quae apud Graecos v*; namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt cyminum nos cuminum; quam κυπάρισσον nos cupressum, illi κυβερνήτην nos gubernatorem, nec non ex eiusmodi 'Theseus Menoeceus Peleus' et similibus adfirmat.' Nam haec Verrium Flaccum non de Graecis uocabulis tantummodo statuisse, sed omnino y litterae usum ex Latino sermone expelli iussisse, patet, si grammaticorum omnium qui ad nostra tempora peruenerunt, unanimem de ea littera uocem respexeris, scilicet Graecam esse atque solorum nominum Graecorum causa in Latinum usum uenisse, cf. *Diomedes* p. 415 P: 'Graecae duae y z, quae in usum nostrum propter nomina Graeca uenerunt', id. p. 421 P: 'y uocalis δίχρονος Graeca quae propter Graecas dictiones admittitur'; [*Val. Probus*] *de ultimis syllabis* p. 222 K: 'Graecae litterae duae sunt in oratione Latinitatis y et z . . . . has Latinitas de Graeco fonte deriuauit non suorum necessitate uerborum quam Graecorum nominum ratione'; *Scaurus* de orthographia p. 2260 P: 'y litteram superuacuam Latino sermoni putauerunt quoniam pro illa v cederet'; *Caper* de orthographia p. 2246 P: 'y litteram nulla uox nostra adsciscit et ideo (*et* om. cod. Bern. 338) insultabis *gylam* dicentibus'; *Terentianus* de litteris p. 2386 P: 'y quam memorant uocibus auia est Latinis', p. 2389 P: 'Nihil Ausoniis esse opus y sonare dixi', quibus addas *Cassiodori* de orthographia *Papirianum* p. 2291 P et Annaeum *Cornutum* p. 2286 P. Inde efficitur, Verrium qui ne in Graecis quidem uerbis y litteram seruari uellet, multo minus in Latinis eam passum esse. *Ebrium* uero illum non *intyba*, sed *intiba* probanisse, quae cod. Bern. 167 (C) lectio est, quominus credamus, obstat oppositum *intuba* atque ipse codicis Bern. 172 (B) habitus longe honestior. Deinde si *Charisii* loco p. 119, 14 K, quem uterque nostrum in partes uocauit ad Verrii nomen restituendum, recte usus sum ad ecl. VI 18, cuius auxilio pro corrupto *sic et homerus* restituerem *sicut ait Verrius*, tum parum uerisimile est, potuisse *idem* nomen angusto commentariorum ad Bucolica et Georgica pertinentium spatio *bis* ita corrumpi, ut in Bucolicis constanter *homerus*, in Georgicis *ebrius* scriberetur; atque hoc etiam minus credibile, Seruii commentatoris, ut supra docui, a Philargyrio satis alieni librarios omnibus aliis locis quibus Verrii mentionem fecit, recte eius nomen scripsisse, uno uero solo ad Aen. VII 6 in eandem fere corruptelam delapsos esse, quam Philargyrii librarii commisisse creduntur. Retinendus igitur *Ebrius* Vergilii editor, uir non spernendae doctrinae, ut Ribbeck optime demon-

strauit proll. p. 176. Ceterum uitium ad G. IIII v. 131 commissum non tam Philargyrio uel quo nomine scholii auctorem dicere mauis, quam epitomatori uel librariis oscitantibus erit tribuendum, cf. edit. Ebrium uero *ambo* formam probauisse *Verrii* potissimum auctoritate ductum quiuis lubenti animo concedet.

De iis quae *appendicis* loco scholia Bernensia subsequi uolui, breuibus id praemonendum, *Figuras Graecorum*, cum in Lucani quoque codice Bernensi XXXXV (quamquam satis lacera condicione ut ad rem criticam nihil fere ualere dicendus sit) inueniantur, ut olim ad Vergilium solum, ita posteriore tempore ad ceteros quoque poetas epicos pertinuisse uideri. Quem quidem de figuris tractatum, quoniam non pauca in eo inueni peculiariter exposita, quae in similibus rhetorum catalogis (cf. Halm, rhett. Latt. minn. 1863 p. 1—77) aut omissa aut alia fere ratione tractata sunt, ut typica quam nocaut descriptione dignum haberem facile ab animo meo impetraui. *Scholia* uero noua, quae ex cod. Bern. 165 saec. VIIII excerpsi, quiuis uidebit ea esse indole, ut in tanta commentatorum ueterum strage non possint non pro oportuno quodam, quamuis satis exili, supplemento haberi. De nouo aliquo fonte haud spernendo, unde deperdita commentatorum Vergilii ueterum scripta aliqua certe ex parte reparari posse confido, proximo exponam tempore tum, cum scholia in cod. 165 ad *Aeneida* pertinentia publici iuris faciam. Denique quae agmen claudunt, medii aeui *excogitamenta de Vergilii uita atque scriptis*, ea quoque, quamquam tenuem satis doctrinae speciem praebent, spero accepta fore, qualem Vergilii notitiam noni post Christum saeculi homines habuerint, scire cupientibus.

Orthographicam in scholiis edendis rationem secutus sum eam, ut librorum scripturam quamuis non semper sibi constantem exprimere plerumque mallem, quam constantiae cuiusdam speciem adfectare, qua omnibus temporibus usum 'tyrannum' superiorem fuisse confido.

Quod autem ad criticam operam adtinet, quam scholiis Bernensibus nauaui, id uelim animo teneas, permultis locis prauo epitomatoris abbreuiandi studio scholia adeo lacera abiectaque condicione ad nostra tempora deuenisse, ut intacta relinquere talia quam temere quippe in re satis lubrica coniciendo temptare longe praestaret. Sed haec quoque nouis aliquando subsidiis inuentis tempus sanaturum spero.

Quodsi accuratius fortasse, quam opus erat, de falsis Muelleri lectionibus atque prauis coniectaneis rettulisse uideor, necessarium id factu erat, ut fidem facerem uiris doctis tam inmanem uitiorum molem male credituris.

Superest ut omnibus uiris doctissimis atque humanissimis, qui me in hac opera aut communicandis uel suis uel aliorum inuentis aut libris suggerendis adiuuerunt, Ribbeckium dico, Woelfflinum, Vsenerum, Keilium, Fleckeisenum, Steigerum Bernensem, Bucheggerum Sangallensem, Fritzschium Turicensem beneficiorum in me conlatorum gratias agam quam maximas.

Dabam Bernae mense Augusto CIↃIↃCCCLXVI.

VERGILII VITA DE COMMENTARIO DONATI SVBLATA.

p. 54 Reiff. 1 P. Vergilius Maro Mantuanus parentibus modicis fuit ac praecipue
patre, quem quidam opificem figulum, plures Magi cuiusdam uiatoris
initio mercennarium, mox ob industriam generum tradiderunt, egregieque
2 substantiae siluis coemendis et apibus curandis auxisse reculam. | Natus
est Gn. Pompeio Magno [et] M. Licinio Crasso primum coss. iduum Octo-
55 brium die in pago qui Andes dicitur et abest a || Mantua non procul. |
3 Praegnans eo mater somniauit enixam se laureum ramum, quem contactu
terrae coaluisse et excreuisse ilico in speciem maturae arboris refertaeque
uariis pomis et floribus ac sequenti luce cum marito rus propinquum petens
4 ex itinere deuertit atque in subiecta fossa partu leuata est. | Ferunt in-
fantem ut sit editus neque uagisse et adeo miti uultu fuisse, ut haud du-
5 biam spem prosperioris geniturae iam tum daret. [et] | Accessit aliud
praesagium, siquidem uirga populea more regionis in puerperiis eodem
statim loco depacta ita breui cualuit [tempore], ut multo ante satas po-
pulos adaequauisset, quae arbor Vergilii ex eo dicta atque etiam con-
secrata est summa grauidarum ac fetarum religione et suscipientium ibi
6 et soluentium uota. | Initia aetatis Cremonae egit usque ad uirilem togam,
quam XV anno natali suo accepit isdem illis consulibus iterum duobus,

---

Vsus sum in Vergilii uita codicibus his: B = Bernensi 172 saec. IX—X, olim Floriacensi dein Danielis post Bongarsii; P = Parisino suppl. lat. 1011 saec. IX Pithoeano fol. 62r—67r quem a Fröhnero in C. L. Rothii usum conlatum Eduardus Woelfflin benigne in meum usum transmisit, cf. philol. XXIV p. 153 sq.; G = Sangallensi 862, saec. X quem contuli primus; l = libri BGP; M = Müller editor. 'Vergilius' semper scripsi cum Reifferscheidio Suet. rell. p. 54—66, uirgilius libri. Numeri uncis inclusi ad interpolatae uitae editionem Wagnerianam spectant. Nulla adest in l. inscriptio || 1 VBLIVS VIRGILIVS MARO G | P̄ uirgilius maroB || quidem G || uiatoris⟩ superscript. uel negoti Pithoeanus || initio l (sic) || mercennarium l || gregiacque G || substantię BP | substantiae G || substantia M || c̄oīn̄disset apibus G || auxisse regulam BP | regulam auxisse G | quaedam intercidisse suspicatur M || 2 GN BP | qñ G || [et] G | et BP || CONSS BP || idium (suprascr. manu II, sed antiqua saec. X) B || ande G || 3 pregnans cum BP | pregnas cum G | praegnans eo uulgata || contactu terrae G | contracta terra (expunxit m. II) B | contracta P | contacta terra uulgata || ilico l (sic) || in speciem G | [in] speciem BP || sequenti l (sic) || ex inere diuertit G || leuata G | leniata B | leuiata P || 4 ut sit editus l | cum sit editus Reifferscheid. || iam tum daret BP | iam duraret G || 5 [et] accessit Reiff. | 'accessit' uel 'accessit et' Gronov. | et accessit l || impuerperiis G || eualuit l | conualuit Gronov. || eualuit P | eualuit s. tempore tempore B || [tempore] ut multo [ante] satas G || ac foetarum BP | ac foetorum G || [et] suscipientium G || 6 quam XVII anno natali suo accepit (in marg. man. II saec. X natalis sui B) BP | quam VII anno aetatis suae coepit G | initia aetatis idest usque

quibus erat natus, eucnitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. |
Sed Vergilius a Cremona Mediolanum et inde paulo post transiit in ur- 7
bem. || Corpore et statura fuit grandi, aquilo colore, facie rusticana, ua- 56 8 (19)
letudine uaria; nam plerumque a stomacho et a faucibus ac dolore capitis
laborabat, sanguinem etiam saepe reiecit: cibi uinique minimi; | libidinis 9 (20)
in pueros pronioris, quorum || maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, 57
quem secunda Bucolicorum ecloga Alexim appellat, donatum sibi ab Asi-
nio Pollione, utrumque non ineruditum, Cebetem uero et poetam. Vul-
gatum est consuesse eum et cum Plotia Hieria. | Sed *Asconius Pedianus* 10(21)
adfirmat, ipsam postea maiorem natu narrare solitam, inuitatum quidem
a Vario ad communionem sui, uerum pertinacissime recusasse. | Cetera 11(22)
sane uitae et ore et animo tam probum constat, ut Neapoli Parthenias
uulgo appellatus sit, ac si quando Romae, quo rarissime commeabat, ui-
seretur in publico, sectantis demoustrantisque se subterfugeret in pro-
ximum tectum. | Bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto non 12(23)
sustinuit accipere. | Possedit prope centiens sestertium ex liberalitatibus 13(24)
amicorum habuitque domum Romae Esquiliis iuxta hortos Maecenatianos
quamquam secessu Campaniae Siciliaeque plurimum uteretur. | Parentes 14(25)
iam grandis amisit, ex quibus patrem captum || oculis et duos fratres 58
germanos, Silonem inpuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub
nomine Daphnidis deflet. | Inter cetera studia medicinae quoque ac ma- 15(26)
xime mathematicae operam dedit. Egit et causam apud iudices unam

---

ad septimum annum Cremonae egit et XVII anno uirilem togam cepit uulgata | XV anno Reifferscheid || isdem l (sic) || iterum [duobus] G || eodem ipso die G

7 [sed Virgilius a] Cremona Reiff. || transiit l (sic) || 8 corpora G | grandi G | grandis BP || aquilo G | aquili BP || ualidi....ne (tu m. II, fuit: ualiditune) P || ob stomacho G || sępius reiecit G || minimi G | minime BP || 9 promoris G | pronior . his BP || caebetem G || bucholicorum G | bocolicorum B || egloga l || ab $\overset{a}{s}$inio B || polione BP | [ab Asinio] Pollione G || consuesse G | cousuisse BP || Hieria G | ieria P | $\overset{i}{g}$eria (i. e. man. I geria, m. II ieria) B | Aleria Daniel | Gleria M (uides propagatum errorem, cum i super g positum, quod longiore ductu in uocabulorum initiis scribi solet in B, pro l falso haberent) | Galeria coniecit Ribbeck proll. Verg. p. 101, quode cf. idem praef. p. II sq. || 10 maiorum natu G || narrarem solitam G || a uario G | a uarịo (pung. m. II) B | a uareo P cf. Ecl. VI 17 et praef. p. 688 || 11 uitae BP | uita G | corruptum uidetur Reifferscheidio || tam probum coustat G | proba m. I probum m. II B | proba [fuisse] M. An: *tam probatum*? || ui||seretur G || sectautes demonstrantesque G || subterfugeret scripsi | subter fugero G | subterfugere solitum uulgata | suffugere BP | suffugere [solitus] M | suffugeret Reiff. || 12 autem l (sic) | uero M || boui autem cuiusdam exuolantis offerentē augusto G || 13 centiensestertium l || ex liberalitatibus (pung. m. II) B || domum $^{romę}_{exquiliis}$ (romę man. II add.) B | domum romę exquiliis P | domum romę aesquiliis G || mecenatianos G cf. Sueton. Tiber. cap. XV | mecenatis BP || quanquam B || utetretur G || 14 ex quibus patrem l (sic et B, non Palem, quod oculis captus ariolatur M) || inpuberem l || flaccum [iam] adultum G || cuius exitum G

16(27) omnino nec amplius quam semel: | nam et in sermone tardissimum ac
paene indocto similem *eum* fuisse *Melissus* tradidit.
17(28) Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob in-
famiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus;
Nocte die tutum carpe uiator iter.

Deinde catalecton et priapia et epigrammata et diras, item cirim et culi-
18(29) cem, cum esset annorum XVI. | Cuius materia talis est. Pastor fatigatus
aestu cum sub arbore condormisset et serpens ad eum prorepcret e palu-
de, culex praeuolauit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At
ille continuo culicem contriuit et serpentem interemit ac sepulchrum cu-
lici statuit et distichon fecit (v. 412. 413):

Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium uitae pro munere reddit.

19(30) Scripsit etiam [de qua ambigitur] Aetnam. Mox cum res Romanas in-
59 choasset, offensus materia ad Bucolica transiit || maxime ut Asinium
Pollionem Alphenumque Varum et Cornelium Gallum celebraret, quia in
distributione agrorum, qui post Philippensem uictoriam ueteranis trium-
uirorum iussu trans Padum diuidebantur, indemnem se praestitissent. |
20(31) Deinde *edidit* Georgica in honore Maecenatis, qui sibi mediocriter adhuc
noto opem tulisset aduersus ueterani cuiusdam uiolentiam, a quo in alter-
21(32) catione litis agrariae paulum afuit quin occideretur. | Nouissime Aenei-
dem inchoauit, argumentum uarium ac multiplex et quasi amborum Ho-
meri carminum instar, praeterea nominibus ac rebus Graecis Latinisque
commune et in quo, quod maxime studebat, Romanae simul urbis et
22(33) Augusti origo contineretur. | Cum Georgica scriberet, traditur cotidie
meditatus mane plurimos uersus dictare solitus ac per totum diem retrac-
tando ad paucissimos redigere, non absurde carmen se *informe* more
23(34) ursae parere dicens et lambendo demum effingere. | Aeneida prosa prius

---

16 nec et sermonem tardissimum G || ac pene indoctum (indocto m. II) B | indocto G || melisus G || similem fuisse l | *eum* addidi || 17 ballistam P || disticon B | disthicon G || ballista GP || priapia BP | priapca G | Priapeia M || et item cirim G | [et] item cirimus BP || annorum XVI BP | annorum XV G || 18 condormisset BP | obdormisset G || ad eum BP | ad illum G || proriperet P | proriperet (m. II prorepcret) B | praerepcret G || praeuolauit G | prouolauit BP || contriuit G | attriuit B | adtriuit P || culici G | culicis BP || disticon l || 19 scripsit etiam aethnam de qua ambigitur (sic) B | etiam de qua ambigitur aeternam P | de qua ambigitur aethnam uulgata | scripsit etnam, omissis 'etiam de qua ambigitur' G | 'de qua ambigitur' uncis inclusi, cf. praef p. 683 || Bucolica uulgata | bocolicam BP | bucholicam G, sed cf. ad E. III 29. 30 || assinium pollionem B | asinium [pollionem] G || alphenumque G | alphenum BP || in distributionē G || quo, corr. qui P || philippeusem B | philipensem GP || 20 *edidit* om. l, add. uulgata post 'Maecenatis', posui post 'deinde' || georgica G | georgicā BP || in honore l | in honorem, corr. honore P || litis agrariae paulum G | litis paulum BP || afuit G | affuit B | a fuit, corr. affuit P (?) || 21 carminum G | carminis P | carmini (m. II carminis) B || 22 meditatus scripsi | meditatos l || carmen se more ursae BP | ursae more G | *informe* addidit Reifferscheid ||

oratione firmatam digestamque in XII libros particulatim componere || in- 60
stituit, prout liberet quidque, et nihil in ordinem arripiens. | Ac ne quid 24 (35)
impetum moraretur, quaedam inperfecta transmisit, alia leuissimis uer-
sibus ueluti fulsit, quos per iocum pro 'tibicinibus' interponi aiebat ad
sustinendum opus, donec solidae columnae aduenirent. | Bucolica trien- 25 (40)
nio, Georgica VII, Aeneida XI perfecit annis. | Bucolica eo successu edi- 26 (41)
dit, ut in scaena quoque per cantores crebro pronuntiarentur. || Georgica 27 (42) 61
reuerso post Actiacam uictoriam Augusto atque Atellae reficiendarum
faucium causa commoranti, per continuum quadriduum legit, suscipiente
Maecenate legendi uicem, quotiens interpellaretur ipse uocis offensione. | 28 (43)
Pronuntiabat autem cum suauitate et lenociniis miris. | Ac *Seneca* tradi- 29 (44)
dit, Iulium Montanum poetam solitum dicere, inuolaturum se Vergilio
quaedam, si et uocem posset et os et hypocrisin: eosdem enim uersus
ipso pronuntiante bene sonare, sine illo inanes esse mutosque. | Aeneidos 30 (45)
uixdum coeptae tanta extitit fama, ut *Sextus Propertius* non dubitauerit
sic praedicare (III 34. 65):

Cedite, Romani scriptores, cedite Grai:
Nescio quid maius nascitur Iliade —

Augustus uero — nam forte expeditione Cantabrica aberat —, subplici- 31 (46)
bus atque etiam minacibus per iocum litteris efflagitaret, ut 'sibi de Ae-
neide', ut ipsius uerba sunt, 'uel prima carminis ὑπογραφὴ uel quod-
libet κῶλον mitteretur'. Cui tamen multo post perfectaque demum ma-

---

23 firmatam scripsi | formatam l, cf. praef. p. 683 || arripiens G | accipiens (m. II arripiens) B || 24 ut ne quid BP | ac ne quid G || inperfecta l || leuissimis uersibus G | lenissimis uerbis BP || quos G | quae BP || tibicinibus GP | tibianibus (m. II tibialibus) B, cf. Seru. Aen. VI 186: Forte precatur] Vacat 'forte' et est *uersus* de his qui *tibicines* uocantur, quibus additur aliquid ad solam metri sustentationem || interponi aiebat BP | a se dicebat G || 25 bucolica biennio G || Georgica VII] VIIII suspicatur Ribbeck proll. p. 14 duce Phocae uersu 98 || perficit G || 26 in scenam BP | in sena G || crebra G | crebra pronuntiatione recitarentur uulgata, cf. praef. p. 679 || 27 post attiacam B | per atiacam G || atque l, om. M || atelle P || reficiendarum faucium BP | reficiendarum uirium G || quadriduum G | quatriduum BP || interp[...]eretur G || An: 'reficiendarum uirium causa' et 'faucium offensione'? quod ipsum Suet. Aug. cap. 84 fin. commendari uidetur. || 28 cum suauitatem lenociniis G | cum suauitate cum lenociniis BP | cum suauitate tum lenociniis Reifferscheid | cum suauitate et lenociniis scripsi cum uulgata || 29 ac Seneca scripsi | ut seneca libri | et Seneca Reiff. Locus in Senecae scriptis quae ad nos peruenerunt non extat. Videtur eodem pertinuisse unde sua hausit Gellius XII 2 | montanum poeta G || inuolatarum (m. II inuolaturum) B || quadam G | [et os] et ipocrisin G || uerba 'eosdem enim uersus — mutosque' om. G | 30 sic praedicare]. An: 'praedicere'? || credite romani scriptores caedite G || grai l (sic) || ante Reifferscheidium post 'Iliade' puncto interpungebant || 31 cantabrica aderat GP | aberat (man. II aderat) B (sic) || subplicibus P | supplicibus BG || efflagitaret l | efflagitabat Müller, qui post 'Iliade' puncto interpungeret || ὑπογραφή scripsi | hypografe G | hypografa BP | hypographia M || mitteretur libri | mitteret M. Reiff. || quartum et sextum G | quartum sextum BP. De horum numerorum fide conlato Seruio cf. praef. p. 687.

62 32 (47) teria tres omnino libros || recitauit, secundum quartum et sextum, | sed hunc notabili Octauiae adfectione, quae cum recitationi interesset, ad illos de filio suo uersus (Aen. VI 884): 'Tu Marcellus eris', defecisse fer-
33 (48) tur atque aegre focillata [est]. | Recitauit et pluribus, sed neque frequenter et ea fere de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum
34 (49) experiretur. | *Erotem* librarium eius exactae iam senectutis tradunt referre solitum, quondam eum in recitando duos dimidiatos uersus complesse ex tempore. Nam cum hactenus haberet (Aen. VI 164): 'Misenum Aeoliden', adiecisse: 'quo non praestantior alter', item huic (ibid. 165): 'Aere ciere uiros', simili calore iactatum subiunxisse: 'Martemque accendere cantu', statimque sibi imperasse ut utrumque uolumini adscriberet.

35 (51) Anno aetatis quinquagesimo secundo inpositurus Aeneidi summam manum statuit in Graeciam et in Asiam secedere triennioque continuo nihil amplius quam emendare, ut reliqua uita tantum philosophiae uacaret. Sed cum ingressus iter Athenis occurrisset Augusto ab oriente Romam reuertenti destinaretque non absistere atque etiam una redire, dum
63 Megara uicinum oppidum feruentissimo sole || cognoscit, languorem nactus est eumque non intermissa nauigatione auxit ita ut aegrior aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obiit XI Kal. Octobr. Gn. Sentio
36 (55) Qu. Lucretio coss. | Ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita qui est uia Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope; cecini pascua rura duces.

37 (56) Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem alio patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam, qui eius Aeneida post obitum iussu Caesaris emendaue-
38 (57) runt. | De qua re *Sulpicii* Carthaginiensis extant huiusmodi uersus:

Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.

---

32 notabili||| (fuit: notabilis) B | notabili GP An *notabilem*? || adfectione BP | ad perfectionem G || focilata [est] G | focilata est BP || 33 et [ea] fere G || ambiebat G || quo ma. (sic) G || 34 quondam eum 1 | aliquando M || nam cum actenus G || aeoliden 1 (sic) || iactatum GP | lactatum (longiore i, ut semper in uerborum initiis) B | inde perperam: 'lactatum' M | elatum Reifferscheid | actutum Burmann || inperasse G || adscriberet G | ascriberet B. De ea re prorsus incredibili cf. Ribbeck proll. p. 63 et praef. p. 686 || 35 inpositurus P | impositurus BG || aeneidis summam manum G | aeneidi summa manu BP || in georgicam G || continuoque G || phylosophię P | philosophiae BG (sic) | philosophia M || destinare'que B (t m. II) | destinareque P | distinaretque G || non abstinere G || opidum P || cognoscit 1 | cognouit M || aegrior scripsi | grauior 1 || appellaret G || obiit 1 | obit M || GÑ sencioq; lucretio conss G | GÑ sestio quinto lucretio conss BP | Festio M || 36 neappolim uia pottolana G || [in quo] distchon G || 37 ex dimidia parte G | ex dimidiam partem (pung. m. II) B || ex alio patre G || l. uarium et plotium tuccam G | l. ualerium BP | et plocium tucam B || aeneidam B | ęneidam P | aeneidem G || emendauerunt 1 | emendarunt M || 38 supplicii G || carthagin(i)ensis G || iuserat B || aboleri 1

Tucca uetat Variusque; simul tu, maxime Caesar,
Non sinis et Latiae consulis historiae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene est alio Troia sepulta rogo. || 64

Egerat cum Vario, priusquam Italia decederet, ut siquid sibi accidisset, 39 (52)
Aeneida combureret; at is *ita* facturum se pernegarat; igitur in extrema
ualitudine assidue scrinia desiderauit, crematurus ipse; uerum nemine
offerente nihil quidem nominatim de ea cauit. | Ceterum eidem Vario ac 40 (53)
simul Tuccae scripta sua sub ea condicione legauit, ne quid ederent,
quod non a se editum esset. | Edidit autem auctore Augusto Varius sed 41 (59)
summatim emendata, ut qui uersus etiam inperfectos sicut erant reliquerit;
quos multi mox supplere conati non perinde ualuerunt ob difficultatem,
quod omnia fere apud eum hemistichia absoluto perfectoque sunt
sensu, praeter illud (Aen. III 340): 'Quem tibi iam Troia'. | *Nisus* gram- 42 (60)
maticus audisse se a senioribus aiebat, Varium duorum librorum ordinem
commutasse et qui tunc secundus esset || in tertium locum transtulisse, 65
etiam primi libri correxisse principium, his uersibus demptis:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmina et egressus siluas uicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis —
Arma uirumque cano.

Obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum: nam nec Homero 43 (61)

(sic) || uergilium G || tuca metat G || uariusque G | nariusque (pung. m. II) B || tu om. G | Tucca uetat Variusque simul: tu maxime Caesar interpunxit Reifferscheid || et poene l || Troia sepulta rogo scripsi | troia cremata sepulta rogo G | troia cremata rogo BP ||

39 cum nario G | cum uaro B | cum uario, corr. uaro P || at is scripsi | et is l | sed is Reiff. || *ita* addidi, om. libri | priusquam [Italia decederet ut siquid sibi accidisset Aeneida combureret at is] *ita* facturum G || assiduo G || nihil quędam G || 40 ceterum eidem GP || eiusdem B || uario GP | uario B || scripta [sua] G || 41 uarius GP | uaros B || sicut erant Gronouius | si qui erant l || reliquerit quos BP | reliquer. os G || suplere G || apudeum emistichia P | apud [eum] emisthichia B || sunt sensu BP | sunt om. M || iam addidi | om. BP | apud eum emistichia praeter illud quem tibi iam troia sensum uideantur habere perfectum G | unde 'quem tibi iam Troia peperit sensum uidentur habere perfectum' uulgata || 42 Nisi G || se a senioribus l (sic) || agebat G || uarium GP | uarium B || duorum uncis inclusit Reifferscheid || qui tunc secundus esset scripsi | qui nunc secundus sit l | qui tum secundus erat uulgata (qui tunc secundus erat uulg. cod. Bern. 527) | qui nunc secundus sit (in primum, tertium in secundum et primum) in tertium locum transtulisse, conlato Seruio, praef. Aen. Reifferscheid. Sed cf. praef. p. 683—686 | De Vario et Tucca copiose egit Ribbeck proll. cap. VII p. 88—95; de Varii librorum mutatione p. 91 || qui quondam G | qui siluas BP || gracili BP | tenui G || carmina BP | carmen G | carmine M || siluas scripsi | siluis libri, cf. supra in B: 'qui siluas' || utrumque cano G || 43 numquam (sic) l || nec Homero] ne Homero Gronouius || Numitorius scripsi una cum Ribbeckio proll. p. 99 (praef. p. VI) et Woelfflino Phil. XXIV p. 154 idem conicientibus, cf. praef. p. 687 | numinatoris (pung. m. II) B | numinatoriis P | numinatorus Reginensis 1495 || rescripsit P | repsit B | scripsit M | uirgilio numquam [defuerunt nec mirum nam nec

quidem. Prolatis Bucolicis *Numitorius* quidam rescripsit Antibucolica, duos modo eclogas sed insulsissime παρῳδήσας, quarum prioris initium est:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmina fagi?

sequentis:

Dic mihi Damoeta: 'cuium pecus' anne Latinum?
Non. Verum Aegonis nostri sic rure locuntur.

Alius recitante eo ex Georgicis (I 299): 'Nudus ara, sere nudus' subiecit:
44 (62) 'Habebis frigore febrem'. | Est et aduersus Aeneida liber *Caruili Pictoris*, titulo Aeneidomastix. *M. Vipsanius* a Maecenate eum suppositum appellabat nouae cacozeliae repertore, non tumidae nec exilis, sed ex communibus uerbis atque ideo latentis. *Herennius* tantum uitia eius, *Perellius*
66 45 (63) *Faustus* furta contraxit. | Sed et *Q. Octaui Auiti* || Ὁμοιοτήτων octo
46 (64) uolumina quos et unde uersus transtulerit continent. *Asconius Pedianus* libro, quem contra obtrectatores Vergilii scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere et quod pleraque ab Homero sumpsisset; sed hoc ipsum crimen sic defendere adsuetum ait: 'Cur non illi quoque eadem furta temptarent? Verum intellecturos facilius esse Herculi clauam quam Homero uersum subripere.' Et tamen destinasse secedere ut omnia ad satietatem maliuolorum decideret.

47 (80) Quoniam de auctore summatim diximus, de ipso carmine iam dicendum est, quod bifariam tractari solet, idest ante opus et in ipso opere.

Homero quidem; prolatis Bucolicis ...... quidam] respcripsit (sic) G | innominatus quidam post Danielem editores omnes || eglogas 1 || ΠΑΡΩΔΗϹΑϹ BP | parodesas G || tytire 1 || tegmina Gronouius | tegmine libri || damueta G || locuntur B | loquuntur G || ante Gronouium haec ita interpungebant: Dic mihi Damoeta: cuium pecus? anne latinum? Non, uerum Aegonis nostri, sic rure loquuntur || subiecit habebis G | subiecit et habebis BP || frigore BP | frigorē G | frigora M ||

44 Caruilii Gronov | carbili BP | cabili G || Aeneidomastix scripsi | aeneomastix (in marg. m. II mandens eneiđ) B (aeneidosmastix G || marcus P || uipranius 1 || cacozeliae G | cacozelie P | cacozebe B | κακοζηλίας M || repertore G | repertorem BP cf. praef. p. 688 || ideo 1 (sic) || latentius G || Perilius M || faustus B | faustinus G || 45 sed et quiuti octaui auiti G | sed et quae octauiani (m. II qui octaui auiti) B || sed et q̃; octauia uiti P | sunt et Q. Octauii Auiti uulgata. Reiff. | sunt et Q. Octauiani M | Ὁμοιοτήτων scripsi | ΟΜΟΙΟΤΕΛΕΥΤΩΝ G | homoeotheleuton BP | homoeon elenchon Reiff. cf. praef. p. 688 || quos libri | *quae* quos Reiff. || continent libri | continentia M || 46 asconias G || librum G || cf. de his omnibus luculentam Ribbecki disquisitionem: 'De obtrectatoribus Vergilii et de Q. Asconio Pediano' proll. Vergg. cap. VIII p. 96—101. || adsuetum P | assuetum BG || nonnulli BP | non illi G || fu^rt^tura G || clauam P | clauem G | clauem (m. II clauam) B || secedere 1 | decedere M, cf. supra § 35: inpositurus Aeneidi summam manum statuit in Graeciam et in Asiam *secedere* | recedere cum Reginensi 1495 (?) Reifferscheid || maliuolorum BP | malorum G || decideret G | decederet BP | recideret Gronov. | aut 'destinasse secedere ut omnia .... recideret' aut 'destinasse ut omnia .... recideret' Ribbeck proll. p. 113 not. | Hucusque Reifferscheid, Sueton. rell. p. 54—66 || 47 crimine G || idy ante opus G || cuius sit quid sit GP | cuius sit ^qdsit^ B | quid sit om. M || qd efficere BP | quod efficere GM || spectantur G | expectantur BP ||

Ante opus titulus causa intentio. 'Titulus', in quo quaeritur cuius sit quid sit; 'causa', unde ortum sit et quare hoc potissimum sibi ad scribendum poeta praesumpserit; 'intentio', in qua cognoscitur, quid efficere conetur poeta. In ipso opere sane tria spectantur: numerus ordo explanatio.

Quamuis igitur multa ψευδεπίγραφα, idest falsa inscriptione sub 48 (81)
alieno nomine sint prolata, ut Thyestes tragoedia huius poetae, quam Varius suo nomine edidit, et alia huiusmodi, tamen Bucolica liquido Vergilii esse minime dubitandum est, praesertim cum ipse poeta, tamquam hoc metuens, principium huius operis et in alio carmine suum esse testatus sit dicendo (Georg. IV 565. 566):

Carmina qui lusi pastorum audaxque iuuenta
Tityre te patulae cecini sub tegmine fagi.

Bucolica autem et dici et recte [dici], uel hoc indicio probasse suffecerat, 49 (82)
quod eodem nomine apud Theocritum censeantur; uerum ratio quoque monstranda est. Tria genera pastorum sunt, quae dignitatem in Bucolicis habent, quorum minimi sunt qui αἰπόλοι dicuntur a Graecis, a nobis caprarii; paulo honoratiores qui μηλονόμοι ποιμένες idest opiliones dicuntur; honoratissimi et maximi, qui βουκόλοι, quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit pastorali carmini nomen inponi nisi ab eo gradu, qui fere apud pastores excellentissimus inuenitur?

'Causa' dupliciter inspici solet, ab origine carminis et a uoluntate 50 (83)
scribentis.

Originem autem bucolici carminis alii ob aliam causam ferunt. Sunt 51 (84)
enim [etiam] qui a Lacedaemoniis pastoribus Dianae primum carmen hoc redditum dicant, cum eidem deae per bellum quod toti Graeciae illo tempore Persae inferebant, exhiberi per uirgines de more non posset. | Alii 52 (85)
ab Oreste circa Siciliam uago id genus carminis Dianae redditum locuntur,

---

48 ΨΕΫΔΕΠΙΓΡΑΦΑ G | ΨΕΥΛΕΤΗΓΡΑΦω BP | ψευδεπιγράφως M | sub aliene G uerba *falsa inscriptione* interpolata esse uidentur || thyetes P || uarius G | uarus B || liquido B | liquida G | tamen Bucolica liquido Vergilii esse minime dubitandum est om. P || huius BP | his G || operis l | carminis M || et in alio GP | et in alia (in marg. sup. 'probationis pennae causa' manus insit: huius operis et in alias translationes) B || testatus sit G | testatur sic B || 49 bocolica l || et recte [dici] G | et recte dici BP || indicio libri, sic et P; iudicio typothetae sphalma Philol. XXIV p. 155 | iudicio M || probasse se suffecerat G || tecritum B || monstranda l | demonstranda M || minimi G | minima B || aepoloe P || anbis G || honoratiores qui ΠΟΙΜΕΝЄC G | honoratiores [qui] ΜΗΛΟΝΟΜΟΙ ΠΟΙΜΕΝΛΙC B || Λhao Νομοι ΠΟΙΜΕΝΑΙC P || idest ubiliones G | idest opiliones B | idest opiliones P || horatissimi G || maximi qui ΒΟΥΚΟΛΟΙ G | [qui] ΒΟΥΚΟΛΟΙ BP || bucolicos dicimus G || inponi P | imponi BG || 51 sunt enim [etiam] G | sunt enim etiam BP || lacedomoniis B || cum eidem deae] An: *cum idem ei deae?* || toti greci G || 52 arboresto G || locuntur B | loquuntur G || atque pastores l | et pastores M || scithya B | schithia G || perfugerat G || subrepto nominis G || fascelinam B | fa^s^celinam P | facelinam G || numinis iphigeniam G | n^v^omini sificceniam B | nominis ificeniam P || p^a^rricidio G ||

et redditum per ipsum atque pastores, quo tempore de Scythia Taurica
cum sorore profugerat, subrepto numinis simulacro et eclato in fasce
lignorum unde Fascelinam Dianam perhibent nuncupatam; apud cuius aras
Orestes per sacerdotem eiusdem numinis Iphigeniam, sororem suam a
53 (86) parricidio fuerat expiatus. | Alii Apollini νομίῳ pastorali scilicet deo,
54 (87) qua tempestate Admeto pecora pauerat; | alii Libero Nympharum et Sa-
tyrorum et id genus numinum principi, quibus placet rusticum carmen; |
55 (88) alii Mercurio Daphnidis patri, pastorum omnium principis et apud Theo-
56 (89) critum et apud hunc ipsum poetam; | alii in honorem Panos scribi pu-
tant peculiariter pastoralis dei, [et] item Sileni Siluani atque Faunorum. |
57 (90) Quae cum omnia dicantur, illud erit probabilissimum, bucolicum carmen
originem ducere a priscis temporibus, quibus uita pastoralis exercita
est et ideo uelut aurei saeculi speciem in huiusmodi personarum simpli-
citate cognosci, et merito Vergilium processurum ad alia carmina non
aliunde coepisse, nisi ab ea uita, quae prima in terris fuit. Nam postea
rura culta et ad postremum pro cultis et feracibus terris bella suscepta.
Quod uidetur Vergilius in ipso ordine operum suorum uoluisse monstrare,
cum pastores primo, deinde agricolas canit et ad ultimum bellatores.
58 (91) Restat ut, quae causa 'uoluntatem' adtulerit poetae Bucolica potis-
simum conscribendi considerare debeamus. Aut enim dulcedine carminis
Theocritei ad imitationem eius inlectus est, aut ordinem temporum secu-
tus est circa uitam humanam, quod supra diximus, aut cum tres modi
siut elocutionum, quos χαρακτῆρας Graeci uocant, ἰσχνός, qui tenuis,
59 (92) μέσος qui moderatus, ἁδρός qui ualidus intellegitur, | credibile erit Ver-
gilium qui in omni genere praeualeret Bucolica ad primum [modum],
60 (93) Georgica ad secundum, Aeneidem ad tertium uoluisse conferre; | an ideo
potius Bucolica scripsit, ut in eiusmodi poemate quod et paulo liberius
et magis uarium quam cetera est, facultatem haberet captandae Caesaris

53 alii apolloni B | alio apollini G || NOMIω BP | nomio G || Admeto pecora pauerat scripsi | admeco papaucrat G | admeco oues paravcrat B | Admeto oues panerat M || 54 satyrrorum B || principis scripsi cum Grononio et Wagnero de Phil. II 13 | principi G | principio BP || 55 daphinidis [patri] pastorum G || 56 pecualiter pastorilis dci [et] itcm G | peculiariter pastoralis dei et itcm BP || 57 quac cum omnia G | quaecumque omnia BP || probalissimum G || exercita *est* et scripsi | exercita et l | exercitata [erat] et M || uclit B || ab alia G || faracibus B || qnod uidetur BP | que uidetur G || 58 adtulerit P | attulerit BG || Theocritei scripsi | theocriti libri || inlectns GP | illectns B | modi ^{sint} G || XAPKTNPAC G | characloras P | carachteras B || tenu^{i}s B || mecos G || moderatur (m. II moderatus) B | 59 in omni l | in om. M || bucolica ^{ad}primum [modum] G | bocolica ad primum modum BP || aeneidem (m. II aencidam B) BP | eneidem G | Aeneida M || [con]ferre G || 60 an ideo l | et non ideo M || poete G || quod et paulo liborius et magis uarium quam cetera est G || magis uarium quod et paulo liborius est quam cetera BP | quod magis uarium et paulo liberius est quam cetora Müller, Reifferscheid || Bucolica scripsit — perfruitus est Reifferscheid, Suetoni rell. p. 58. 59 not. || captandae P | captandi (m. II captande) B | capte^{n}de G || rep^{e}tendique G || que (m. II quem) B || amiserat Ob P ||

indulgentiae repetendique agri? Quem amiserat ob hanc causam. | Occiso 61 (94)
in curia die [III] iduum Martiarum C. Caesare, cum Augustum Caesarem
paene puerum sibi ueterani non abnuente senatu ducem constituissent,
exorto ciuili bello Cremonenses cum ceteris eiusdem studii aduersarios
Augusti Caesaris adiuuerunt. | Vnde factum est, ut cum uictor Augustus 62 (95)
in eorum agros ueteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremo-
nensium Mantuani quoque, in quibus erat etiam poeta Vergilius, maximam
partem finium suorum perderent eo quod uicini Cremonensibus fuerant. |
Sed Vergilius merito carminum fretus et amicitia quorundam potentium 63 (96)
centurioni Arrio cum obsistere ausus esset, ille statim, ut miles, ad gla-
dium manum admouit, cumque se in fugam proripuisset poeta, non prius
finis persequendi fuit, quam se in fluuium Vergilius coniecisset atque ita
in alteram ripam enatauisset. Sed postea et per Maecenatem et per trium-
uiros agris diuidendis Varum Pollionem et Cornelium Gallum fauta carmi-
num commendatus Augusto et agros recepit et deinceps Imperatoris fami-
liari amicitia perfruitus est.
'Intentio' libri quem σκοπόν Graeci uocant, in imitatione Theocriti 64 (97)
poetae constituitur, qui Siculus ac Syracusanus fuit; [et] est intentio
etiam in laude Caesaris et principum ceterorum, per quos in sedes suas
atque agros rediit, unde effectus finisque carminis et delectationem et
utilitatem secundum praecepta continet. | Quaeri solet, cur non ultra 65 (98)
quam X eclogas conscripserit, quod nequaquam mirum uidebitur ei qui
considerauerit uarietatem scaenarum pastoralium ultra hunc numerum
non potuisse proferri, praesertim cum ipse poeta circumspectior Theo-
crito, ut ipsa res indicat, uideatur metuere, ne illa ecloga quae Pollio
inscribitur, minus rustica iudicetur, cum id ipsum praestruit, dicens:
'Sicelides Musae paulo maiora canamus' et item similiter in aliis duabus
facit. | Illud tenendum esse praedicimus, in Bucolicis Vergilii neque nus- 66 (99)
quam neque ubique figurate aliquid dici, hoc est per allegoriam. Vix

---

61 die [III] iduum Reiff. | die III iduum 1 || agriquem [amiserat ob hanc causam occiso in curia] die III G || marciarum 1 || GÑ caesare B | ·c· cesare G || 62 suffie(ci)nte G || finium suorum BP | suorum adfinium G || perderent scripsi | perdider̄ G | perdidissent BP || 63 ut amicitia G | atque ita in GP | atque [ita] in B || et per mecenatem G | [et] per mecenatem BP || pullionem G || fama carmina G || imperatori (m. II imperatoris) B || amicitia G | amore BP || perfruitus BP | perfructus G || 64 quē scopon G | qua CKOΠON BP | quam σκοπόν M || ac siracusanus 1 | atque M || fuit [et] est G | fuit et est BP || principum GP | principium (i eras) B || rediit G | redit BP || continet scripsi | conuenit (m. II uel eadem confecit) G | (con)perfecit B | num in *per* latet *poetarum*? quale sane conplementum desideratur || quur non ultra P || 65 conscripserit G | scripserit BP || mirum BP | mirandum G || uarietatem scenarum BP | aetatem scenarum G || intra hunc G || circumspecior G || quae Pollio inscribitur scripsi, cf. infra 'et dicitur Pollio' | quae pollioni scribitur BP | quae polliui inscribitur G || cum [id] ipsum G || praestruit GP | prestruit B | praestruxit M || et item 1 | et idem M || malis duabus G || facit BP | faciat G An 'praestruat — faciat'? || 66 predicimus BP | praediximus G || aliquid figurate G || per allegorian G ||

enim propter laudem Caesaris et amissos agros haec Vergilio conceduntur cum Theocritus simpliciter conscripserit, quem hic noster conatur imitari.

67 (100) Sequitur id quod in ipso carmine tractari solet, idest numerus ordo explanatio.

68 (101) 'Numerus' eclogarum manifestus est, nam decem sunt, ex quibus proprie bucolicae septem esse creduntur, quod ex his excipiantur Pollio Silenus et Gallus. Prima igitur continet conquestionem publicam, priuatam gratulationem de agro et dicitur Tityrus; secunda amorem pueri et dicitur Alexis; tertia certamen pastorum et dicitur Palaemon; quarta genethliacum et dicitur Pollio; quinta *ἐπιτάφιον* et dicitur Daphnis; sexta *μεταμορφώσεις* et dicitur Varus uel Silenus; septima delectationem pastorum et dicitur Corydon; octaua amores diuersorum sexuum et dicitur Damon uel farmaceutria; nona propriam poetae conquestionem de amisso agro et dicitur Moeris; decima desiderium Galli circa Volumniam Cytheridem et dicitur Gallus.

69 (102) Quod ad 'ordinem' spectat, illud scire debemus, in prima tantum et in ultima ecloga poetam uoluisse ordinem reseruare, quando in altera principium constituerit, ut in Georgicis ait (IV 566): 'Tityre te patulae cecini sub tegmine fagi', in altera ostenderit finem, quippe cum dicat: 'Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.' Verum inter ipsas eclogas naturalem consertumque ordinem nullum esse certissimum est. Sed sunt qui dicant, initium bucolici carminis non 'Tityri' esse sed: 'Prima Syracusio dignata est ludere uersu.'

70 (103) Superest 'explanatio', quam in ordinem digeremus, cum praedixerimus, illud inprimis tenendum esse, bucolicum poema usque adeo ab heroico charactere distare, ut uersus quoque huius carminis suas quas-
71 (104) dam caesuras habeant et suis legibus distinguantur. | Nam cum tribus his probetur metrum: caesura scansione modificatione, non erit bucolicus uersus, nisi in quo et primus pes partem orationis absoluerit, et tertius trochaeus fuerit in caesura, et quartus pes dactylus magis quam spondeus partem orationis terminauerit, *et* quintus et sextus pes cum integris dictionibus fuerint, quod tamen Vergilius a Theocrito saepe seruatum uictus

---

68 propriae G || genethiacum G | genethaliacum, corr. genethliacum P || ephitaphion G | ЄΝΙΤΑΦΙѠΝ B | enitaφιον P | *μεταμορφώσεις* scripsi | metamorfossis G | ΜЄΤΑΜΟΡΦѠΧΙϹ B | ΜЄΤΑΜΟΡΦѠϹΙϹ P | *μεταμόρφωσιν* M || octaua amores G | octaua mores BP || uel farmaceutria l | et pharmaceutria Müller || propriam GP | proprium B || Volumniam scripsi | noluminam G | polimniam B || citheridem l || 69 ad originem BP || reserseruare G || pastoralem conscriptumque G || sed sunt G | etsi sunt BP | 70 digeremus scripsi | degeremus BP | digerimus G || cum post dixerimus G || bocolicum poema l | carmen M || ab hercio G || carachtere B || habeat G || 71 probetur GP | probetur (m. I peribotur) B || modificatione G | edificatione B || ot pes primus ₜG || trochēus l || in caesura G, om. BP || *et* quintus scripsi | quintus l || ingegris G || fuerint quod tamen uirgilius a theocrito saepe seruatum uictŭs G | fuerint a theocrito saepe seruatum quod tamen uirgilius (in marg. m. II uirgilius B) uictus BP | fuerint quod a Theocrito saepe seruatum tamen Virgilius uictus M ||

operis difficultate neglexit, | in solo principio incertum industria siue 72 (105)
casu, bucolico uersu posito. Nam 'Tityre' dactylus pes partem orationis absoluit; 'Tityre tu patulae recubans' tertium trochaeum circa *re* praepositionem quamuis de composita dictione conclusit; 'Tityre tu patulae recubans sub' [tegmine fagi] quartum spondeum pro dactylo cum parte orationis exhibuit; 'tegmine fagi' integrum comma perfecit, cuius rei diligentiam licet in Theocriti multis uersibus admirari.

VERGILII VITAE SPECIMEN ALTERVM.

Publius Vergilius Maro genere Mantuanus dignitate eques Romanus, natus idibus Octobribus Gn. Pompeio M. Crasso consulibus, ut primum se contulit Romae, studuit apud Epidium oratorem cum Caesare Augusto, unde cum omnibus Mantuanis agri auferrentur, quod Antonianis partibus fauissent, huic solo concessit memoria condiscipulatus, ut et ipse poeta testatur in Bucolicis dicendo (I 6): 'Deus nobis haec otia fecit'. In quibus ingenium suum expertus [est] fauorem quoque Caesaris emeruit; ac deinde Georgica conscripsit et in his corroborato ingenio eius Aeneida conscripsit, cui finem non potuit imponere raptus a fatis; et ideo inueniuntur apud eum uersus non peracti, quibus non superuixit ad replendum. Vixit annos LII amicitia usus Imperatoris Augusti et aliorum complurium probatissimorum uirorum.

---

72 dactilus pes B | dactilus per P | dactilus per se G | pos om. M || circa pro^e^positionem G | *re* inserui || recumbens sub [tegmine fagi] G | recubans sub tegmine fagi BP | *tegmine fagi* uncis seclusi || cum parte orationis G | cum partem orationis BP || cuius regi G || theucriti G || Correxi interpunctionem | nam 'Tityre' dactylus partem orationis absoluit, Tityre tu patulae recubans'; tertium trochaeum circa praepositionem quamuis de composita dictione conclusit: 'Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi'; quartum spondeum pro dactylo. Cum partem orationis exhibuit 'tegmine fagi' integrum comma perfecit etc. Müller || VITA VIRGILII POETAE EXPLICIT B | EXPLICIT VITA VIRGILII POETAE G | VITA VIRGILII EXPLICIT P ||

Vergilii uitae specimen II. Adhibui codices Bernenses 172 = B, 167 saec. VIIII—X = C (F apud Müllerum) quorum B in aufe[rrentur] desinit. Nullus adest titulus in B | VITA VERGILII POETAE C | uergilius 1 || octobribus C | octobris B || gneo B | gneio C || et mareo crasso C || romae 1 immutare non ausus sum | Romam M || agri 1 (sic) || aufe B | auferentur C || solo C quod quia et Reginensis 1495 et Monacensis 18059 exhibet, non ausus sum mutare, cf. scholl. Prudentii cod. Bern. 394 saec. X f. 62^r: 'unus unius uni et unus uni uno dicimus sicut solus solius soli et solus soli solo' || expertus est C | [est] seclusit Reifferscheid || Extat uita apud Reifferscheidium Suetoni rell. p. 52. 53 not. ||

SCHOLIA

IN

VERGILI BVCOLICA ET GEORGICA.

BVCOLICA.

Ecloga I.

Hic loquuntur duo pastores inter se, Meliboeus, qui et Cornelius, uel unus ex Mantuanis, a quo agri adempti sunt; Tityrus qui et Virgilius, cui agri redditi sunt; Meliboeus inuidens felicitatem Tityri, idest Virgilii, quia ob suum ingenium redditi sunt sibi agri a Caesare Augusto. Si secundum historiam respicias, duo pastores inter se loquuntur, sed tamen Virgilius sic composuit, quasi alter cum illo contentiose locutus fuisset. Sed ille solus loquitur et adsumit secum personam loquentis. Si uero allegorice intentionem Virgilii consideras, omnino in laudem Caesaris et principum ceterorum, per quos agri sibi redditi sunt, loquitur et inde eclogam istam composuit, in qua sibi personam induit Tityri et Meliboei, alicuius Mantuani fugientis et felicitatem Virgilii admirantis uel inuidentis. Prima quae sunt in hoc libro, semper ad laudem et amorem Caesaris pertinent uel trium amicorum. — Nunc loquitur pastor ad alium uel unus de amicis Virgilii Cornelius Gallus, uel unus de Mantuanis a quo sunt agri adempti. Hic loquuntur duo pastores.

v. 1. *Tityrus* apud ueteres Latinos et Graecos intellegitur Satyrus. Tityrus Siculorum lingua hircus dicitur, uel Tityrus lingua Laconica uillosus aries appellatur. Tityrus dicitur qui oues pascit. *Patulae*, latae excelsae, uel *patulae*, idest ramis diffusae. *Recubans*, securus accumbens. *Sub tegmine*, per syncopam dixit, ceterum 'tegimen' dicitur, uestimenti scilicet uel culminis. *Fagi.* Fagus arbor fructifera, cuius fructu antiqui uescebantur.

Ecloga I.

Hic loquuntur — v. 49 *Palus* flumen Mincii ex solo codice Bernensi 167 = C petita sunt, desunt in cod. 172 = B et apud Muellerum, cf. praef. p. 689. A uerbis demum: 'Nunc loquitur pastor' etc. commentarius orditur perpetuus: quae antecedunt: 'Hic loquuntur — uel trium amicorum' a sequentibus seiuncta et in priore pagina separatim posita, conlatis ceterarum eclogarum argumentis, non dubitaui coniungere, praesertim cum eadem manu sint scripta, qua cetera, quamuis illis multo corruptius. ł uirgilius

tityrus qui ot cornelius || hystoriam || omnino in laudem scripsi | omnium laudem C || meliboe || admira^n^tis || inuidentis. Prima quae sunt scripsi | innidentis. Scopon idest intentio. Telos prima finis quae sunt (σκοπός idest intentio, τέλος finis) C ||

v. 1. apud uetes || saturus || loconica || patule late excelse uel patule || diffuse || securus scripsi | secus C || sincopam || fructu scripsi | structu C ||

v. 2. *Siluestrem*, agrestem. *Siluestrem*, quia Siluanus quasi in rure nascitur, uel pro possibilitate et facilitate dicitur. *Tenui*, subtili. *Musam.* 'Musa' graece a mussitando uel personando dicitur, pro omni carmine accipitur. *Meditaris* cantas, uel 'melitaris', l pro d, ut idem sit tropus. *Auena*, fistula. *Auena*, herba nocens messibus.

v. 3. *Dulcia*, formonsa, uel pro sapore. *Linquimus*, non uoluntate, sed ui Caesaris militumque eius compulsi uicto Antonio.

v. 4. *Nos patriam*, iteratio. *Fugimus*, ui. *Lentus*, securus.

v. 5. *Formonsam*, pro 'formonsa est', uel haeret ad 'patriam'. *Resonare*, ut resonent. *Amaryllida*, accusatiuus graecus est. Formonsam Amaryllida amicam Tityri dicit, uel *Amaryllidas*, sed excluditur de metro.

v. 6. *O*, execrantis et inuidentis interiectio. *Meliboee*, bouum curator, ex graeco et latino compositum. *Deus*, Augustus uel deus omnipotens, ut *Iunilius* dicit. *Deus.* Alii *enim* Imperatores post mortem in deos transferuntur; Augustus uero in uita, ut *Horatius* ait (Ep. II 1, 155). *Otia*, securitatem.

v. 7. *Namque erit ille mihi semper deus.* Nunc adorabo eum uiuum et iterum mortuum. Octauianus enim uiuens ut deus habitus est.

v. 8. *Ouilibus*, saeptis. *Inbuet*, sacrificiis initiabit frequentabit: 'inbui' autem dicitur ara noua dedicata.

v. 9. *Errare*, libere pascere. Et *ipsum*, me ipsum.

v. 10. *Ludere*, scribere. *Vellem*, pro uellet. *Calamo*, auena uel culmo.

v. 11. *Non equidem*, non ego quidem. *Totis* prosperis †. *Totis*, quia Sylla iussit dominos agrorum habere partes quibus uiuerent; hoc ergo negat Caesarem fecisse.

v. 12. *En*, ecce. *Capellas* diminutiue, 'capras' integro dicimus.

v. 13. *Protenus*, longe a finibus, idest porro tenus; 'protenus' per e aduerbium loci, 'protinus' per i aduerbium temporis est, statim.

v. 14. *Corylos*, arbores nuciferas appellant.

v. 15. *Spem.* Nam maxima spes gregis, cum bina nascuntur ab una. *Gregis*, agnos. *A*, aduerbium dolentis uel interiectio animi dolentis et execrantis partum ouium.

v. 16. *Saepe malum*, bella ciuilia significat. *Laeua*, stulta contraria.

---

v. 2 quia Siluanus cod. Bern. 165 saec. VIIII—X | quasi lucanus C || in ruere || graece scripsi | greca C || musitando || personando scripsi | prosondo C || ut idem sit tropus] Malim 'antistoechon tropus' cf. Figur. Graec. 23 et Seru. || 3 sed ui scripsi | sed iũ C || 5 formonsa est scripsi | formonsę C || heret ad patria || 5 resonet || 6 ut uinillius || alii *enim* scripsi | qui C || securitatem scripsi | fecunditatem C | otia idest securitates gloss. interlin. | haec otia idest hanc securitatem cod. 165 || 7 mortuorum || 8 nouo || ara noua sacrificio dedicata cod. 165 || 10 pro uellet scripsi | pro uelle C || 14 arbores nuciferas scripsi | arboris nucis C ||

v. 17. *De caelo tactàs*, fulmine percussas. *Quercus*, quae in tutela Iouis fingebatur, quoniam cum peccaret quis in Iouem, ipse percutiebat quercum et significabatur ira Iouis. Per Iouem allegorice significatur Octauianus. In templo Iouis Dodonaei quercus fuerunt dedicatae quae fata Romanorum cecinerunt.

v. 19. *Deus*, Octauianus. *Da*, dic, sicute contrario 'accipe' audi.

v. 20. *Vrbem*, pro in urbe *homines* significat, inuentum pro inuentore.

v. 21. *Huic nostrae*, urbi Mantuae. *Quo*, ubi, uel *quo*, ad quam.

v. 22. *Depellere*, idest depulsos a matribus deserere. *Depellere*, separare amouere auellere uel *ut* nunc uenales agere. *Fetus*, agnos uel haedos.

v. 24. *Noram*, per syncopam 'noueram'. *Componere*, comparare adsimilare.

v. 25. *Verum*, sed. *Haec*, Roma.

v. 26. *Lenta*, flexibilia uel non suspensa. *Viburna*, humilia arbusta, semper uirentia, uineis commodata.

v. 27. *Causa*, cupiditas. Agri acceptionem libertatem dicit.

v. 28. *Libertas*, honor fides. *Sèra*, sero. *Inertem*, infirmum uel parum curantem. *Libertas*, quae multo tempore per ingenium antecedens uix respexit. *Respexit*, ab antecedentì, quia antecedit *qui respicit.* Aliter: *libertas respexit*, hoc est: nunc maior mea libertas quam cum iuuenis essem.

v. 29. *Candidior*, pro candida. *Candidior*, idest nunc mea libertas maior, quam cum iuuenis essem. *Tondenti*, post acceptionem agri rasi barbam, quae in tempestate et tristitia excreuerat.

v. 30. *Longo post tempore*. 'Post' hic aduerbium temporis est: 'longum post tempus uenit' longum post spatium uenisse significat, sed opportune. Hoc quasi soloecismo est usus.

v. 31. *Postquam nos*, idest postquam Amaryllis amica me amare coepit. *Galatea reliquit.* Est autem et hoc alterius amicae nomen. *Postquam.* Quidam dicunt ut allegorice Galatea sit Gallia, Amaryllis autem Roma, sed errant. Nam Tityrus Romam ierat, quare moesta Amaryllis est. Sed profecto duarum inducta sunt nomina in eadem ciuitate uiuentum. *Galatea*, quam primam habuit Tityrus, Amaryllis, quam postea. *Iunilius Flagrius* dicit . . . . . .

v. 34. *Victima*, hostia, dicta quod 'ui icta' cadat. *Saeptis*, agris . . . . .

v. 35. *Caseus*, casando dicitur . . . . .

---

v. 17 de celo tactus || fingebatur scripsi | fiebat C || facta romanorum || 20 *homines* addidi || pro innentore scripsi | per inuentorem C an 'id quod continet pro eo quod continetur'? || 21 *quo*, ad quam scripsi | corde (sic) C || 22 *ut* addidi || foetus || 26 suspensa scripsi | sponsa C || 28 parum curantem scripsi | patre tantum C || *Respexit* lemma addidi || quia antecedit qui respicit scripsi | quam anteceditur C || 31 mea amare || sed erant || quare scripsi | cur C || profecto scripsi | profero C || quae postea || Post 'Iunilius Flagrius dicit' secuntur tres lineolae adeo manuum tritura enanidae, ut non nisi quae supra posui, legi possint ||

v. 37. *Mirabar*, deos iratos fuisse tibi, Roma; ac si dicat, discordiam inter deos fuisse Romae et inter reges et praepositos. *Moesta*, quia nemiuem habeat poetam uel G. Iulii leto. Nunc per ironiam loquitur.

v. 38. *Pendere*, a pendeo, secundae coniugationis. *Cui*, in cuius honorem. *Pendere*, inuiolata seruares. *Sua*, consueta, non insita. *Patereris*, sineres. *Mala*, poma. Vel *cui*, interrogatiue: Nonne diis fructus omnes parantur?

v. 39. *Tityrus*, Virgilius. *Hinc*, a Mantua uel a Roma, tempore discordiae secessit. *Pinus*, Roma.

v. 40. *Fontes*, senatores. *Arbusta*, scholastici. Vox pastoris uocantis alium de exilio; allegorice poetae ad poetam. *Ipsae te Tityre pinus.* Iuxta historiam Meliboeus dicit ad Tityrum, quod dum ab aliis pastoribus absens uocaretur, arbores et fontes ad uocem Amaryllidis resultarent.

v. 41. *Quid facerem*, quam rem agerem, dubius fui *quia* hac ferocitas est Antonii, ibi pauor est Augusti. *Seruitio*, seruitus condicionis indicium, seruitium multitudo seruorum. *Neque seruitio me exire licebat*, non deesse officio poteram.

v. 43. *Hic illum uidi.* Respondet ad illud quod dixit de Tityro. *Iuuenem*, Augustum Caesarem dicit. Decreuerat enim senatus ne quis eum 'puerum' diceret, ne maiestas tanti imperii minueretur. *Quotannis*, per singulos annos.

v. 44. *Bis senos*, omnes Idus omnium mensium.

v. 45. *Ille*, Octanianus mihi libertatem dedit primus.

v. 46. *Pascite.* Hortatur personas omnium agros ab Octaniano accipientium. *Vt ante*, permisit libere uiuere, idest, sicut ante solebatis, uel sicut ante errastis, sic nunc pascite.

v. 47. *Fortunate.* Rustici dicunt. *Senex*, Virgilius. *Senex*, quomodo supra (v. 29): 'candidior barba' dixit. Quod inde hic Virgilius 'senex' dicitur, non ad aetatem refertur, sed ad futuram felicitatem. Nam apud philosophos 'senes' dicuntur qui spem futuri temporis habent in uictu.

v. 48. *Magna*, perpetua. *Satis.* Est ordo: Satis omnia pascua. *Nudus.* Tityri ager non est cultus alienorum armentis.

v. 49. *Palus*, flumen Mincii. *Limoso iunco*, quia iuxta Mincium.

---

v. 37 nunc per ironiam scripsi | non per hironiam C ‖ 38 inuiolata seruares scripsi | inuiolatam seruaret C ‖ 40 ad uocem amarras ‖ 41 *quia* addidi ‖ 43 respondit ‖ quodannis ‖ 46 hortatur scripsi | trahit C ‖ 47 rustici dicunt scripsi | rustic dicuntur ‖ quomodo supra scripsi | quomodo si C ‖ ad futuram felicitatem scripsi | ad fortunitatem C ‖ 48 Est ordo scripsi | res ordo C ‖ Tityri ager non est cultus scripsi | tityrus ager sine cultu C ‖ 49 *Palus* flumen Mincii | Hucusque, quae in solo codice 167 leguntur. Exinde inprimis secutus sum codicem Bernensem 172 = B, adhibui praeterea cod. 167 = C, quem scholia dimidiata continere docui praef. p. 689. Notis l libros, M Müllerum editorem significari uolui.

v. 50. *Non insueta graues*, idest alienam terram minus quam suam amant. Ex hoc enim intellegitur Virgilius non propriam possessionem recepisse. *Insueta*, aliena. *Temptabunt*, idest abortus facient. *Fetas*, praegnantes nec iam partu liberatas; idest anticipatio quia 'fetae' post fetum dicuntur.

v. 51. *Nec mala uicini*, idest quia alienae oues tuis non miscentur, a quibus morbos transducere possint. *Nec mala uicini*, quia fiunt in bono. *Contagia laedent*, quia ex conuersatione pecorum morbus innascitur.

v. 52. *Inter flumina*, idest Padum et Mincium.

v. 53. *Et fontes sacros*, pro deabus, Nymphis. *Et fontes sacros*, idest habitacula Nympharum; quia omnibus aquis praesident, ideo habitacula earum dicuntur. *Frigus*, quia aestiuo tempore frigus fit sub umbra. *Frigus opacum*, idest nemorosum. *Captabis*, aeque capies. *Frigus opacum*, utrum pro opacis locis, nemoribus, an pro ualde frigidum, incertum sit.

v. 54. *Hinc tibi quae semper*, idest aberunt a te uicinorum saepes, dum remotus habites, quae semper adesse solent. *Quae*, aura. *Ab limite*, limes agri terminus.

v. 55. *Hyblaeis*. Hybla mons in Sicilia uel locus in Attica, ubi mel optimum nascitur. *Gaudentius* dicit. Set tamen *Iunilius* dicit ciuitatem Hispaniae. *Hyblaeis* apibus, idest aptum est hoc loco Hyblaeis apibus salicti florem depascere. Hybla autem mons est in Sicilia, ubi optimum mel fit. *Rorem depasta*, florem aptum depascere. *Salicti*. Salictum a saliendo idest crescendo dictum.

v. 56. *Saepe leui somnum*. Hoc est: dum leuiter susurrantes apes audieris, ad somnum inlicieris. *Saepe*, saepis. *Suadebit*. Hic prouocat rusticum ad delicias quas amat. *Susurro*, murmur quod de apibus nascitur.

v. 57. *Frondator*, rusticus, uel nomen auis, uel animal, quod frondibus uescitur. Tria tamen genera frondatorum sunt; frondator qui arbores amputat, et qui a frondibus manipulos facit hiemis tempore ad pastum pecorum, et qui manibus uitis folia auellit, quo ardor solis uuam reddat maturiorem.

---

v. 50 Virgilium M || aliena scripsi | digna l || abortus facient scripsi | abortiuos faceret l | abortiuas facere M || nec iam scripsi | eciam C | etiam B || libertas l || 51 tranducere B || quia fiunt in bono] An: 'quasi fiant et bona' —? || pecorum morbus innascitur scripsi | pecorum hominibus innascitur l || 52 Inter flumina — Mincium om. M || *Hic*, idest Mantua C || 53 praesedunt B || earum M | quorum l || fit scripsi cum Seruio | sit l || eque l | om. M || utrum per l || frigidis M || incertum est M || 54 aberuntate B | aberundate (sic) M || quao aura B | quae eruere C || Quae — terminus om. M || 55 set tamen l || mel fit rorem l. Illud 'rorem', quod Mueller uncis inclusit, nil aliud est nisi uarians scriptura pro 'florem', quo spectat uirgula super ēm posita. || *Rorem depasta*, florem aptum depascere scripsi | rorem florem aptum. Depasta depascere l || salicti salictum salictum l | 56 a somnum B || ad dilicias l || susurro murmur scripsi | susurro animal l || 57 *Frondatur*, rusticus, uel nomen auis, uel animal quod frondibus uescitur scripsi | uel nomen auis. Frondator rusticus uel animal quod de floribus nascitur l || manipulo l || uiam l || maturiore C ||

v. 58. *Nec tamen interea*, cum haec ita agantur. *Nec tamen interea*, idest inter haec, dum susurros apium et cantantem frondatorem audieris, non cessabunt palumbes tibi uel turtures gemere. Istae etenim aues proprie pro cantu 'gemitus' habent. *Raucae*, sono uocis. *Raucae* dicuntur, quia raucum sonant. *Tua cura*, quas diligis. *Tua cura*, de quibus tibi cura est, quae te delectant. *Palumbes*, uulgo 'tetos' uocant.

v. 59. *Nec gemere*, canere. Proprie de turture 'gemere' dicitur ut *Plautus* ait.

v. 60. *Leues*, ueloces. *Ante leues ergo* et cetera. Sensus: ante rerum mutabitur natura, quam possimus Caesaris obliuisci, qui nobis bona haec contulit. Dicit autem hoc Virgilius sub specie Tityri.

v. 61. *Freta*, maria. *Destituent*, relinquent. *Destituent*, idest subductis aquis in sicco dimitteut.

v. 62. *Ante pererratis* et cetera. Dicit Persas et Germanos mutuos a finibus suis exulare. *Pererratis*, *per* errorem confusis. *Amborum*, de Persis et Germanis dicit. *Exul*, pro exules, uel Caesar.

v. 63. *Aut Ararim Parthus* et reliqua. Tityrus qui uult diversissima inter se loca significare, dicit prius Parthum ex Arare potaturum, Germanum ex Tigride quam sibi obliuionem futuram non diuisi agri Caesaris beneficio. *Iunilius Flagrius* dicit. *Aut Ararim*, quia duce Caesare Germanis et Persis uictis milites eius Ararim biberunt. *Arar* flumen Germaniae. Tamen alii dicunt, flumen Galliae in Rhodanum iens. *Parthus*, colonus Parthiae. *Germania*, pro habitatore. *Tigrim*. Tigris flumen Armeniae et Parthiae, in Persicum sinum fluens.

v. 64. *Illius*, Iulii Caesaris. *Labatur*, separetur, obliuioni tradatur. *Pectore*, nostra cogitatione.

v. 65. *At nos hinc alii* et cetera. Vult hic diuersa inter se loca

---

v. 58 geuere B || istae enim M || raucum B | rauca M || tetos] cf. Seru. et schol. Persii ad sat. I 20 p. 253 Iahn: nam *titi* columbae suut agrestes. *Papias: titus* palumbes. — stecos B || 59 Proprie de turture gemere dicitur ut Plautus ait]. Si Seruium conferas, facile intellegas, misere haec esse coupilata stolideque excerpta. Nimirum legendum: Proprie de turture gemere dicitur . . . . . . ut Plautus ait: *Tu tibi istos habeas turtures* (Most. I 1, 44) || 60 etcetera. Sensus scripsi | etẽ sensus l quod si amplecti malis, lacunam ante statuas necessum | est sensus M || hoc Virgilius l | Virgilius haec M || 61 maria l | maris M || relinquant l | om. M || dimitteut l | demitteut M || 62 dicit Persas scripsi | hic persas B | Post 'exulare' adici 'dicit' uult M || 'per' addidi | errorem l | errore M || *Amborum.* Amborum M || 63 qui uult B (sic) || uerba 'Tityrus qui uult' corrupta esse ex 'per Tigrim et Ararim uult' (Seru.) suspicatur Wagner de Philargyro II p. 10 || in rodanum l || tygrim l || in Persicum sinum fluens]. Post haec talia iu C insuper adduutur: Quod difficultatem (dificiditatem) haberet, si Parthus bibisset fluuium Orientis *Isidoro* (ĩs) diceute (Orig. XIII 21, 13): 'Araris (ararim) fluuius Orientis, de quo Virgilius ait: aut Ararim Parthus bibet.' Tameu *Lucanus* dicit (VI 475 Rhodanumque): 'Rhodanum morantem praecipitauit Arar.' Sed sic soluitur, quod 'Arar' fluuius Galliae est, de quo hic Virgilius dicit, 'Araris' autem est in Oriente, de quo non dixit || 64 separatur B | respuatur Seruius || 65 ad

significare, idest, nos qui patria pellimur, alii ad Africam, alii ad Scythiam, alii ad Britanniam ibimus. *Sitientes Afros*, quia Africa sicca est. *Afros*, in Africam, in qua aqua rara. Ideo et ferarum generosa est. *Ibimus*, exilio. *Afros*, synecdoche, Afros pro Libya dicit, quae aquae indiga est.

v. 66. *Cretae Oaxen.* 'Cretam' albam terram dixit. Nam Oaxes fluuius Mesopotamiae est, non Cretae. *Rapidum cretae* dixit, quia raptim currit et ex uelocitate rapiens terram albam turbulentus efficitur, et ideo 'cretae' dixit. *Rapidum*, lutosum. *Oaxen. Philostephanus* ait Apollinis et Anchialae filium; hunc Oaxen in Creta oppidum condidisse, quod Oaxen suo nomine nominauit. Aliter: *Oaxen*, fluuius Scythiae, creteum colorem habens, et in Creta non est, sed cretei coloris est aqua.

v. 67. *Diuisos*, quia olim Britannia orbi terrarum fuit iuncta, uel quia inter se et orbem maria multa conueniunt.

v. 68. *En umquam*, aliquando. *Post*, aduerbium temporis, significat 'diu'. *En umquam* et reliqua, idest erit aliquando tempus, cum fines patrios et pauperis tugurii congestum super cespite culmen post aliquantos annos rursum uidebo, quae utique mea regna uoco, dilecta mihi rura in quibus natus sum.

v. 69. *Tuguri*, ì pro ii. Tugurium aedificium a tegendo dictum, idest casa pastoralis. *Cespite.* Cespes terra cum propria herba reuulsa, uel cespes fundamentum domunculae. *Culmen* ideo dicitur, qui culmo tegitur idest stipula. *Mea regna*, ubi dominatus sum.

v. 70. *Post aliquod aristas*, post aliquod annos. More rustico per segetes annos computat, qui rustici per aristas annos adnumerant; eorum enim physica in paleis et messibus est. *Post aliquod aristas*, pro annis 'aestates'. Hic tropus metalepsis ab eo quod praecedit *id* quod sequitur ostendens, quia per aristas grana, per grana anni significati sunt.

v. 71. *Impius miles.* Augustus, qui contra Antonium arma portauit. *Miles.* Hic Octauianum Virgilius laesit, sed hic ueritatem secutus est. *Impius*, quia bella ciuilia desiderat. *Impius*, epitheton est militis, eo quod uincendo pietatem praetermittit. *Impius* miles portando arma et uincendo alios nocendoque dicitur. Hoc Meliboeus iratus dicit, quod milites diuidentes uel quod bella ciuilia facientes essent. *Noualia* sunt noua rura, quae per singulos annos nouantur semine.

---

nos B || alii Soythiam M || brittaniam B || sinecdocheae B | sinecdoche C || pro libiae dicit B | pro libia dicit C || indiga scripsi | indega C || indegina B | indigens M ||

v. 66 terram dicit M || Oaxen om. M || philostenes 1 | Philostephanus Vsener Anal. Theophrast. p. 48. Philistides Stiehle Philol. X 171, conl. Plin. h. n. IIII 12, 22 | Philistenes Seruius || antalae (B m. I antelae) 1 || hunc oazen 1 || quod Oaxen scripsi cum Seruio | et ozen 1 || nominauisse M || incretae 1 || cretei scripsi | cretenei 1 | cretacei M || 68 idest om. M || patriae M || utique M | inique B || 69 tugurii pro ii 1 | Tuguri pro ii M || propria erba 1 | 70 aliquod B, ter || aestates 1 | aestatis M || metalemsis 1 || *id* post praecedit addidi || per grana anni] Videtur legendum esse: per grana [aestates, per aestates] anni || 71 laesis 1 || uicilia B || *Impius* miles portando scripsi | *Dum* miles portando 1 || nocendoque 1 | nocet [impius] M || haec M ||

v. 72. *En quo*, ecce ubi. *En quis*, ecce quibus. *Has segetes*, quae mihi sunt in Mantua.

v. 73. *Produxit*, pro porro duxit in alienos agros agris propriis.

v. 74. *Insere*, semet ipsum imperat. *Piros*, arboris genus. *Pone*, in alienis agris. *Insere*, se ipsum hortatur, siue hoc dolentis dicit affectu, quia nihil profuit illi hoc fecisse, quando excludebatur a propria possessione.

v. 75. *Felix*, quamdiu et ego felix fui. *Felix*, in finibus uestris. Inuidet pastor, *se* non habere quod Tityrus habet. *Quondam*, aliquando. *Felix*, quando habitastis in finibus uestris.

v. 76. *Non ego*, idest post haec non uos pascentes uidebo, uel in antro cubabo. *Posthac*, post hoc. *Viridi*, pro parua herba uirente.

v. 77. *Dumosa*, spinosa. *Pendere*, quia capra cum pascitur in spinoso pendet.

v. 78. *Carmina nulla canam*, quia tristis est sua possessione carens, et non licet tristi canere sua carenti.

v. 79. *Cytisum*. Herba est lacti habundantiam suggerens. *Cytisum*, genus fruticis uel herba in Cytisa ciuitate, quaeque inter campos et siluas nascitur. *Amaras*, hominibus non capris. *Amaras*, hominibus dixit; ceterum pecori dulces sunt.

v. 81. *Mitia*, matura. *Mitia poma*. Allegorice pro suauitate carminum dixit.

v. 82. *Castaneae*, mala. *Pressi*, emulcti uel casei.

v. 83. *Et iam summa procul*. Noctem per hoc superuenisse dicit. *Culmina fumant*, cena pastorum ad uesperum.

v. 84. *Maioresque cadunt*, duplicantur, augentur. *Maioresque cadunt*, idest uergente ad occasum sole umbrae montium crescunt. *Vmbrae*, uox imminet.

---

v. 73 pro porro duxit scripsi | porro produxit l || in alieno l || [ex] agris M || 74 in alienis agris l | indierat agris . . . . M || ortatur B || 75 *Ite*, idest discedite C || inuidet scripsi | hic uidet l, sed cf. Seru. unde scribas fortasse: Hic uidet se pastor (exclusum esse et inuidet se) non habere etc. || *se* addidit M || 76 uel in antro scripsi | sed in antro B || herba uirente scripsi | herba in se l || 77 in spinoso scripsi | in spinosa l || 78 tristem l | idest quia non libet rustico canere carenti possessione Seruius || carentem M || *pendere* a pendeo, *capellae* idest uersus C || 79 cithisum, cithisa B || lactis M || 81 alligoricae B, fere semper (uel alligorice) || 84 maioresque sunt duplicantur augeantur B || cod. C glossas interlineares has insuper exhibet: 78 *Carmina*, idest pastoralia sicut ante solebam. 79 *Amaras*, quia lac amarum de salice efficitur. 80 *Nocte*, uel noctem. *Hic*, uel hinc. 81 *Mitia poma*, idest matura carmina uel dogmata. 83 *Fumant*, signum finis diei est, quando fumant ad uesperum culmina domorum, et significat finem eclogae. 84 *Maioresque*, idest, quod descendente sole umbrae maiores fiunt. ||

Ecloga II.

Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis scripta est. Haec ecloga sic habetur, quasi in Sicilia, ut (v. 21): 'mille meae Siculis errant in montibus agnae.' Haec ecloga iu agro canitur, ut (v. 8): 'nunc etiam pecudes umbras et frigora captant.' In hac ecloga poeta solus loquitur, hoc est (v. 4): 'adsidue ueniebat, ibi haec incondita solus iactabat', idest amores pueri. Sub Alexis *nomine* nomina in hac ecloga tria intellegenda sunt; primo uetus pastor historialiter, quem Theocritus scripsit in amorem pueri arsisse; secundo Virgilius allegorice in puerum Asinii Pollionis, ut Asinio placuisset, qui Transpadanam prouinciam regebat; tertio Virgilius Octauianum superbum uidetur allegorice adolari ut ab eo honoratus fuisset. — Alexander fuit seruus Asinii Pollionis; hunc Virgilius rogatus ad prandium, cum uidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit eumque dono accepit. Nam Virgilius dicitur tres pueros habuisse in tali amore. Caesarem quidam, ut dixi, forma superbum et gloria accipiunt; alii puerum Caesaris, quem si laudasset, gratam rem Caesari fecisset. Tribus modis in hac ecloga amor persuadetur, primo diuitiis, ut (v. 21): 'Mille meae' et reliqua, secundo forma, ut (v. 26): 'Non ego Daphnim' et reliqua, tertio uoce, ut (v. 31): 'Imitabere Pana canendo' et reliqua. Haec ecloga proprie bucolicon carmen.

v. 1. *Pastor Corydon Alexim*, pastor introducitur amans puerum. Per Corydonem hic Virgilius, per Alexim Alexander puer intellegitur quem ei Asinius Pollio donauerat.

Corydon, de nomine auis quae corydalis dicitur, nominauit. Corydalis auis dulce canens. *Ardebat*, inpatienter diligebat, laudabat, ardenter amabat. *Alexin*, puerum sine responsu ac superbum. Hunc autem dilexit quo et Pollio pro formae decore delectabatur, qui eo tempore Transpadanam partem Italiae tenebat et agris praeerat diuidendis.

v. 2. *Delicias domini*, idest domini Pollionis, quem ille prius dilexerat. Puer enim dilectus ei eius deliciae dicuntur. Allegorice putatur Virgilius de se hoc et Caesare dicere. *Delicias domini*, filium Caesaris, uel *delicias domini*, puer dilectus deliciae dicitur Asinii uel pastor de se dicit. *Nec quid*, nec spem potiundi habebat quia puer eum exosus est.

v. 3. *Tantum*, tantummodo. Nec enim eum diligebat quod non credendum. *Vmbrosa cacumina*, caret coniunctione.

v. 4. *Incondita*, uerba insanientis incomposita, subito dicta, agrestia, insanientia.

Ecl. II cgloga ut fere semper l || assinii l || incendita l || iactabat idest amores Mueller | reitantum id est (nel C) amoris l || nomine addidi || sub alexis nomina l | sub Alexis nomine M || uidetnr allegorice scripsi | et alligoricae l || adolatur M || omnium M | nimium B || eumque dona accipit B || forma superbnm scripsi cf. supra 'Octauiannm superbum' | formonsnm operibns B | forma ut B | ut om. M || v. 1 corydalis B | coridalis C | corydalus M || laudabat ardenter amabat] An: uel *ardebat*, ardenter amabat —? || responsu scripsi | responso l || quę et l || transpadam l || 2 prius M | pius B || diliciae B || potiandi B || 4 inamposita B ||

v. 5. *Iactabat*, ineassum fundebat. *Inani*, inepto. *Inani*, nihil sibi procurans contra absentem loquebatur.

v. 6. *O crudelis*, quia mortem sibi praestabat Caesar. *O crudelis*, inexorabilis qui non flecteris meis scriptis et non das ereptos agros. *Nihil mea carmina curas*, siue ad puerum siue ad Caesarem dicit.

v. 7. *Mori me*, secundum contemptum.

v. 8. *Nunc etiam pecudes* et cetera. Vocat per has delicias puerum, uel omnia in requie esse dicit praeter se, quem amor requiescere non sinebat. *Vmbras et frigora*, aprica loca uitantes; quasi dixisset: 'ueni ad me', prouocat puerum per has delicias.

v. 9. *Virides*, quia in uiridibus fiunt. *Lacertos*, genus serpentis.

v. 10. *Thestylis*, nomen est rusticanae mulieris, quae messoribus aestu fatigatis diuersa genera herbarum contundens pulmentarium parat. *Thestylis*, concubina Corydonis quae cum testis ministrabat. *Rapido*, feruenti. *Fessis*, ardore solis uehementer fatigatis.

v. 11. *Allia*, olus. *Serpillum*, herba uel cepae. *Allia serpillumque* et reliqua, quasi diceret: non debueras haec tam bona pulmentaria deserere uel respuere. *Olentis*, cum bonis odoribus.

v. 12. *At*, uerum.

v. 13. *Sole sub ardenti*, potest et de amore accipi. *Cicadis*. Cicadae uermes quae cuculum fugant cantando in lignis, similiter istas cerui expellunt.

v. 14. *Tristes iras*, quia tristem me faciunt. *Amaryllidis iras*, allegorice Romuleas iras significauit. Alii Amaryllidos graece, Amaryllidis latine. *Nonne fuit satius*, idest melius mihi fuerat, Amaryllidis amicae meae iras perferre et superbe me fastidientem.

v. 15. *Fastidia*, contemptus. *Menalcam*, pastoris nomen. *Nonne Menalcam*, idest melius mihi fuerat Menalcan puerum amare. Hoc quidam Virgilium de Antonio putant dicere.

v. 16. *Quamuis ille niger*. Quia Antonius Aegyptios et Aethiopes in bello habuit. *Niger*, siue de Menalca dicit siue de Antonio. *Candidus*, siue Alexim siue Caesarem accipe. *Quamuis tu candidus*, quia Caesar cum Romanis et Gallis ad bellum ueniebat.

v. 17. *O formonse puer*. Si ad puerum, dicit: non te eleues de formae pulchritudine; si ad Caesarem, non te eleuet successus rerum quia saepe mutantur prospera. *Nimium*, non debet te praesens rerum successus inmitem facere; aeque enim rerum laeta mutantur.

---

v. 5 inopto l || 6 caesarum l || et non das l || 8 aprica loca uitantes scripsi | aprica loca aestate l | [Non] aprica loca aestate M cf. Seru. || 10 fatigatus l || contondens l || parat C euanuit in B unde faciebat M || 11 cum bonis scripsi | in bonis B || 12 *lustro*, idest inquiro uel inuestigo (inuestigio) 13 *resonant*, idest respondent *arbusta* idest ciues. *cicadis* idest discipulis C || 13 de comore B | do omore C || capi M || accipi et sub potestate Caesaris C || uermis que B | uermes qui M || istos B || 14 significabit B || fastidientis M || 16 dicit om. M || accipe scripsi | accipi l | accipi[endum esse dicunt] M || caesarem B || 17 eueles C || fomę l || laeta mutantur scripsi | leta mutatur B | laeta [conditio] mutatur M ||

v. 18. *Ligustra*, flores papauerum. *Vaccinia*, uiolae purpureae. *Ligustra*, flores sunt candidi qui de arboribus decidunt. *Vaccinia nigra*, uiolae purpureae. *Nigra*, quia quando maturescunt nigrescunt. *Leguntur* pro eleguutur, quia usui sunt.

v. 19. *Despectus*, contemptus quia despicis et spernis ingenium meum.

v. 20. *Pecoris niuei*, albae oues. Alii sic distinguut: 'pecoris'. *Niuei*, quia antiqui lanam albam admodum diligebant. *Pecoris niuei*, allegorice metri uel carminum. *Habundans*, ostendit habundantiam ingenii sui; plurimi enim incitantur ad amorem uoce forma diuitiis.

v. 21. *Mille*, inuumerabiles. *Agnae*, quia spes gregis magis in illis est. *Mille meae Siculis*, quia in Bucolicis Theocritum, poetam Siculum imitatus est. *Agnae*, uersus Bucolicorum.

v. 22. *Lac mihi non defit*, numquam carmina desunt. *Non aestate nouum*, quia id omni tempore habet, et per hoc pastor puerum prouocat.

v. 24. *Amphion*, idest Iouis et Antiopae filius. *Amphion*, Thebanus Musae studiosus omnibus notus qui et Dircaeus de fonte Dirce qui est Thebis in Boeotia, cuius cantu lyrae Thebanorum muri surrexisse dicuntur et cithara sic cecinisse dicitur ut montes et saxa aduocaret. Vult autem hoc dicere: sicut ille lapides mouebat cantu, sic te moueam carmine meo. *Dircaeus*, a Dirce fonte appellatus. *In Actaeo*, in Thessaliae prouincia. *In Actaeo Aracintho*, in Attico Aracintho; sed Aracinthus mons est Boeotiae uel Arcadiae unde mirum cur eum 'Actaeum' dixerit, sed melius 'Actaeum' nemorosum accipimus.

v. 25. *Nec sum adeo informis*, ingenium meum cognoui. *Nuper me.* Ne diceretur ei: in quo speculo te uidisti, cum sis rusticus? *In litore uidi*, sunt enim in litoribus fontes aquae dulcis. *In litore*, idest in margine aquae.

v. 26. *Cum*, quando. *Placidum uentis staret mare.* Hic totum pro parte idest mare pro aqua posuit. Allegorice dicit 'cum placidum', quando tranquillitas rerum fuit ut omnium rerum status esset quietus. *Mare* pro aqua, totum pro parte. *Non ego Daphnim*, idest non metuo, ut tuo iudicio mihi Daphnis quamuis pulcher sit, praeferatur. Allegorice hoc dicit, non timeo Pollionem, quamuis melius carmen texere possit.

---

v. 18 Nigra quia quando maturescuut nigrescunt. Leguntur pro eleguutur quia usui sunt scripsi | quae de omnium nigrescuut nigra quia ausui sunt leguntur pro eleguntur B || 19 dispectus dispicis l || spernis l | contemnis M || 20 Alii sic distiugunt: pecoris (idest 'niuei' ad 'lactis' trahentes). *Niuei*, quia etc. scripsi cf. Seru., Ribb. proll. p. 195 | Alii sic distiugunt pecoris niuei, quia etc. M || 21 uersibus bucolicorum B || 22 habet et scripsi | haberet l | habet per hoc etc. M || 23 *Canto*, a Virgilio sic obseruatum est (sit), ut omne uerbum o littera terminatum produceretur C || 24 Amphion idest scripsi | amphioni l | Amphion M || musa studiosus l || dercaeus dercao l || boetia l || in thesali prouincia B || 25 diceret M || cum sis scripsi | cum sit l || dulces l || 26 *Cum*, quaudo. Placidum etc. scripsi | Quando placidum u. s. m. BM || pro parte scripsi | proparate B | properate M || dicit cum placidum scripsi | dum placidum B || ut omnium scripsi | et omuium B || dicit: non metuo M ||

Non ego Daphnim, pulchritudinem eius. Daphnis rex pastorum pulcherrimus. *Non ego Daphnim*, nobilem poetam, cuius ingenium non timeo te iudicante. Daphnis filius Apollinis et Psamathes.

v. 27. *Imago*. Imaginem philosophi dicunt binam esse, uoluntariam et imaginariam; uoluntaria per temet ipsum, imaginaria per alium. *Fallat*, te.

v. 28. *Tantum*, magnum. *Libeat*, delectet *te*. *Sordida rura*, quae sordida existimas. *Sordida rura*, rusticum carmen.

v. 29. *Humiles*, sub terra. *Humiles*, quas humiles reris. *Casas*, quae mapalia dicuntur. *Figere ceruos*, uenari idest sagittare ceruos uel palos figere qui ramosi sunt et adsimulant cornua cerui, unde et 'cerui' dicuntur. Allegorice dicit, se cum Caesare uelle uenationi insistere aut in bello hostes persequi.

v. 30. *Viridi*, ne uim patiantur pecora. *Conpellere*, ad pastum inuitare. *Hibisco*. Hibiscum genus est uirgulti quo pastores pro flagello utuntur.

v. 31. *Imitabere*, futurum uel imperatiuus. *Imitabere*, imitaberis. *Mecum imitabere Pana*, sicut ille de amore canit, sic et ego. *Pana*, accusatiuus Graecus. *Imitabere Pana*. Dicitur enim Pan Syringa Nympham amasse, quam dum persequeretur, in calamum uersam esse, et exinde Pan fistulam fecisse unde Graece fistula syrinx dicitur.

v. 32. *Cera*, quia perforati c[alami cera coniungun]tur.

v. 33. *Curat*, sanat de morbis. *Magistros* . . . .

v. 34. *Nec te poeniteat*, non te pudeat, o puer, sic cantare. *Triuisse*, tero triui. *Triuisse labellum*. Dum haec Pan, deus pastorum, fecit, non te pudeat, o puer uel Caesar, ut audias carmina. *Nec te poeniteat* . . . . carmen tex . . . .

v. 35. *Haec eadem*, idest ut haec carmina discere possit, Amyntas omnia facere paratus erat. *Amyntas*, nomen pueri. *Amyntas*, pastor nobilis qui uoluit carmen rusticum scribere, insulsum tamen scripsit et auctoritate pulsus est. *Amyntas*, allig[orice] . . . . conatum esse c . . . . indorum sa . . . . et sem . . . .

v. 36. *Disparibus*, inaequalibus. *Conpacta* contexta. *Septem cicutis*. Allegorice significat septem pastorales odas quibus pastores praemia

---

v. 26 spamathis l || uel filius Mercurii add. C ||

v. 27 uoluntariam per — imaginariam M || 28 delectet l | *te* addidi || cura rusticum B || 29 sagitare B || se cum Caesare uelle scripsi | secum cesarem uelle B | secum uelle Caesarem M || 30 ad pastum inuitare (uel incitare?) scripsi | a pastum minare l || 31 *Imitabere*, imitaberis mecum, imitabere Pana M || Pan idest Theocritus; instituit idest composuit C || syringam B || Pana M || fistulam (sic) B || unde graece fistula syrinx dicitur scripsi | u . de . . ece fistula syringi dicitur B || 32 quia perforati c . . . . tur (trium fere uerborum spatium putredine euanidum) B || 34 sic cantaret B | si cantaret C || 35 pulsum est libri || In sequentibus imi folii pars abscissa desideratur || 36 contexta scripsi | excitata l || excitata septem cicutis. Allegorice etc. M ||

merentur, quia tres in carmine pastorali non reputantur: 'Sicelides' et: 'prima Syracusio' et: 'Extremum'. *Septem cicutis*, idest septem culmis uel calamis. Allegorice in septem calamis septem eclogae bucolicae intelleguntur; nam tres aliae idest: 'Sicelides' et: 'Prima Syracusio' et: 'Extremum hunc' ad singulos uiros specialiter factae sunt.

v. 37. *Damoetas*, nomen pastoris periti canere. *Damoetas.* Allegorice Theocritum uult Virgilius intellegi qui sibi facultatem canendi Bucolica tradidit, quia post Theocritum proximus Virgilius scripsit Bucolica cuique aemuli inuident.

v. 38. *Te nunc habet*, idest Virgilium. *Secundum*, dominum. *Secundum*, quia post Theocritum Virgilius bucolicum texuit.

v. 39. *Stultus*, quia inuidit. *Amyntas*, praenomen pastoris. *Amyntas.* Allegorice Cornificium dicit, qui contra Virgilium conatus est scribere.

v. 40. *Nec tuta*, in securitate. *Nec tuta ualle*, idest non secura, quia cum difficultate eos de capreolis adquisierit, quos puero pro amore daret. *Reperti*, reperti sunt.

v. 41. *Capreoli*, caprae siluaticae. *Sparsis*, maculosis, eleganter; ista enim pueri adpetere solent. *Albo*, uarii. *Duo capreoli.* Allegorice in duobus capreolis duos libros Georgicorum uel ut alii, Georgica et Aeneidos, quae cum difficultate condidit, uult intellegi, quos se dicit Augusto seruare, non, ut alii, Cassium et Brutum.

v. 42. *Siccant*, mulgent uel sugunt. *Ouis*, caprae.

v. 43. *Thestylis*, amica mea uel uicina mea, rusticana mulier. *Abducere*, auferre. *Orat*, rogat. *Thestylis*, allegorice Cleopatra uxor Antonii, et hoc accipitur quasi rogaret Virgilium ut ei cantaret. *Thestylis* desiderosam et uoluptariam significat.

v. 44. *Et faciet*, ne diceret: faciam. *Sordent*, sordida existimantur. *Sordent tibi.* Adnue precibus meis, o Caesar. Tibi enim omnis suauitas et omnis flos operis mei destinatur.

v. 45. *Huc ades.* Ades imperatiuus est. Delicias rusticorum laudat puero. *Huc ades.* Allegorice per diuersa genera olerum ad uaria metrorum carmina Caesarem inuitat.

v. 46. *Calathis*; calathus genus est canistri. *Tibi Nais*, tibi fert Nais, dea pastoralis uel una de Nymphis cuius dimiuutiuum est Naidis.

v. 47. *Pallentes*, uicantes. *Violas*, uaccinia. *Summa papauera*, herba quae in summo granum habet. *Carpens*, colligens. His omnibus Caesarem inuitat et gloriam eius multiplicat.

v. 48. *Narcissum.* Narcissus flos est qui credebatur de puero

---

v. 36 primas syracosio et extremum nunc B || facta B ||

v. 37 canere scripsi | caneret 1 | canendi M || eique M || 39 pronomen B || 40 eos de capreolis] Malim: 'eos duos capreolos' || 41 uel ut alii, Georgica scripsi | uelut alii georgica M || quos se dicit scripsi | quos edicit B || 42 mulgant uel suggent 1 om. M || 43 uoluptariam M | uoluntariam B || 44 ne diceret faciam scripsi cf. Seru. | me ut faciam 1 || distinatur B || 45 olerum B] an florum? || carmina om. M || cessarem B || 46 diminutiuum 1 || est om. M ||

transformatus. Narcissus fuit filius Apollinis qui dicitur puer conuersus in florem a Nymphis eas contempnens. *Olentis*, graue uel boni odoris.

v. 49. *Casia*, ablatiuus.

v. 50. *Mollia*, tactu plumae. *Luteola* rubicunda, in qua formae omnium pigmentorum pinguntur uel genus herbae propriae. *Pingit*, componit. 'Mollia uaccinia luteola caltha pingit', idest, dum flores isti inter se iunguntur, picturam imitantur. *Caltha*, herba quae prope stabulis pecorum nascitur. *Luteola caltha*, lutei coloris.

v. 51. *Ipse ego*, omni te carmine rustico persequar. *Lanugine*, uel de lanugine barbae suae dicit, ac si diceret: cum sim iuuenis, cur me refugis? hoc est Octauiane uel puer. *Cana*, alba. *Tenera*, cum tenera. *Cana mala*, candida poma uel genus hirsutum. *Tenera lanugine*, idest lanuginem habentia.

v. 52. *Castaneasque nuces*. 'Nuces' dicuntur omnia poma quae duram corticem habent; ideo cum adiectione 'castaneasque nuces' dixit; quae autem mollem, 'cerea mala'. *Amaryllis*, amica aut Roma. *Amaryllis*, ciuitas pro Octauiano dicitur.

v. 53. *Cerea*, matura. *Honos erit*. Diuersitas colorum picturam imitatur.

v. 54. *Et uos lauri*, nam gratas habetis bacas. *Carpam*, tollam. *Proxima*, loco uel dignitate.

v. 55. *Positae*, posuerunt; *positae*, quoniam passiua participia frequenter aguntur a poetis. *Miscetis*, siue Nymphae siue uirgulta praedicta.

v. 56. *Rusticus est Corydon*, ad semet ipsum loquitur poeta uel pastor. *Nec munera*, nec carmina quae ad honorem ei dixit. *Alexis*, puer uel Caesar. *Rusticus*. Ioco utitur et significat Pollionem diuitiorem se esse, quia erat dominus. *Rusticus*, pastor, poeta ad semet ipsum. *Corydon*, Virgilius. *Munera*, carmina. *Nec curat*, non amat. *Alexis*, Caesar. Significat nihil proficere sibi quia non mouetur Caesar eius ingenio.

v. 57. *Muneribus*, siue praedictis siue poemate. *Iollas*, dominus

---

v. 48 transformatus esse M ‖ 49 intexens idest coniungens C ‖ 50 in qua formae scripsi | in quo fome l cf. ad ecl. V 20 ‖ proprie C ‖ 51 omni te carmine rustico M | omni te carmina rusticum B ‖ hac si B ‖ diceret et cum M ‖ octauianae B ‖ 52 quae autem mollem 'cerea mala'] Scribendum: quae autem mollem *mala*, ut: 'cerea mala'. Contra statuit Seruius, ad quem caue nostrum diffingas. ‖ Amaryllis cinitas B | 'uuitas' sibi legere uidebatur M ideoque coniecit 'nditas' uel 'uniditas'. Cf. scholium praecedens: 'Amaryllis, amica aut *Roma*'. ‖ 54 nigratas M | ingratas l | nam gratas scripsi ‖ 55 Positae posuerunt l] an *Positae*, si positae eritis? ‖ aguntur a poetis scripsi cf. ecl. VI 61 | agunt cum poetis l ‖ Nymphas M ‖ praedicta scripsi | praedicit l ‖ 56 '*Rusticus*. Ioco utitur — ab Alexi contempnuntur', quorum in B nil nisi haec leguntur: Rusticus coco utitur et significat .... uiciorem se esse qui erat dominus. Rust ..... rydon uirgilius .... alexis caesar .... caesar eius ingenio .... ellus idest .... unc pollionem .... m idest .... est omnia tibi .... l proficiens .... s uentus .... temnuntur ex C suppleui ‖ Ioco scripsi | coco l ‖ quia erat scripsi | qui erat l ‖ 57 Iollas dominus eius

eius, idest Pollio, tamen per Augustum. *Iollas*, deus Mantuanorum; nunc Pollionem nunc Cornificium significat idest II poetas. [*Eheu quid*, o, interiectio dolentis.] *Austrum*, uentum idest Notum, floribus contrarium prae calore. Hic sensus est: omnia tibi praeparaui, tamen conturbata et conbusta sunt. *Perditus*, nihil proficiens. *Floribus austrum*, sicuti floribus collectis et depositis uentus contrarius spargit eos, sic mea carmina ab Alexi contempnuntur. *Iollas*, alius pastor, amator puerorum, uel Pollio qui et ipse poeta erat. *Muneribus*, poematibus. *Concedat*, idest non concedit Pollio ut carior illo sim.

v. 58. *Quid uolui floribus austrum*, et est sensus: omnia quae tibi praeparaui, conturbata sunt et sic dissipata, quemadmodum auster flores dissipat. Hoc uel ad puerum uel ad Caesarem dicit dolens sua munera despici.

v. 59. *Perditus*, demens. *Inmisi*, quia uolutantes se aquas fontium conturbant. *Fontibus apros*, idest quemadmodum apri fontes conturbant, sic a te conturbata sunt et conculcata omnia mea.

v. 60. *Quem fugis*, reuocat illum ad rusticum carmen. *A demens*, hoc in se, non in Alexin. *Habitarunt*, idest, non sit tibi uile ut illud facias, quod meliores fecerunt. *Habitarunt di quoque siluas*. Si ad Caesarem dicit, hoc uult intellegi, quia et di carminibus delectati sunt.

v. 61. *Dardaniusque Paris*. Parim Priami filium pastorem fuisse priusquam a patre agnosceretur, certum est, quem Dardanium uocat, quia in ea regione pastor fuit. *Pallas quas condidit arces*, fortasse Athenarum historiam attigit. *Pallas*, idest Minerua, quam Iuppiter de capite genuit, ut pagani, ut Iuno Vulcanum sine uiro peperit arte magica. Minerua enim prima condidit urbes. *Dardaniusque Paris*, idest Alexander filius Priami, pastor fuit in Dardania. *Pallas*, idest Minerua habitet in urbibus quas condidit; nobis habitatio siluarum placet. Allegorice 'siluae' carmen.

v. 63. *Torua leaena*, saeua irata truculenta aspera. 'Leaena' fit auctoritate, quamuis ueteres dicebant 'hic' et 'haec' leo. *Torua leaena* et reliqua, idest omnia se inuicem sequuntur amore uel odio conpellente; nos te, puer uel Caesar. *Sequitur capellam*, ad conprehendendum.

v. 64. *Cytisum* herbam. *Sequitur capella*, ad pastum.

v. 65. *Corydon* de aue dictus, non ut alii, nomen conpositum ex 'coro' et 'dono'. *Te Corydon, o Alexi.* Quomodo ferae cupiditatem

---

scripsi | iollas domicellus C (B) || tamen per Augustum] Haec oscitanter excerpta sic suppleas: tamen (alii) per (Iollam significari dicunt) Augustum || [*Eheu quid*, o, interiectio dolentis] uncis circumscripsi, quippe quae in B adfuisse per spatii angustiam non liceat suspicari | Eheu quid, o scripsi | eheu o inquid C || prae calore scripsi | pro calore C || '*Perditus*' lemma addidi || poatibus B || Concedet idest non concedet M ||

v. 58 carmina despici M || 59 uolutantes M | uoluntates B || 60 hic in se M || dĩ quoque B || et dĩ B || dilectati B || 61 pariami l || pastorem fuisse M | pastorem suis B | p. sui C || ut pagani [narrant] M || condidit arces M || 63 trunculenta B | trunculata C || lena fit l || ad conprehendendam B unde fortasse: 'ad conprehendendam *eam*'. || 65 Corydon de aue dictus

patiuntur, sic ego, Caesar, te. *Trahit*, quia omnia ad uoluptatem suam *se* inuicem persecuntur. *Voluptas*, cura se inuicem capiendi.

v. 66. *Aratra*, aratrum dicitur sed propter uersi mensuram 'aratra'. *Aspice aratra*, ad semet ipsum loquitur. *Referunt*, post laborem ad domum portant et ad requiem festinant.

v. 67. *Et sol decedens*. Ad occasum properat et ad refrigerium; amor nec requiem habet nec refrigerium. *Duplicat umbras*, iam tempus preces meas finire; dies enim defecit ueniente nocte nec ego finem amoris inueni. *Duplicat*, noctem facit.

v. 68. *Me tamen urit amor*, requiem non inueniendo. *Quis modus*, nullus pietatis modus est. *Quis modus*, idest nullus est finis amandi.

v. 69. *A Corydon, Corydon*. Figura utitur et reprehendit se, quod carmina scribat, per quae nullum sibi mereat nutritum. *Quae dementia*. Tam demens sum rogando Caesarem. *A Corydon*. A interiectio dolentis uel mirantis. Sub Corydone poeta se intellegi uoluit dementemque se dicit, ingratum officium exhibentem.

v. 70. *Semiputata*, ex parte amputata. Queritur tarditatem donaudi. *Semiputata*, idest: tua dereliquisti propter laudem uel amorem pueri uel Caesaris. Vel quia Numa, cum ad uini cultum uellet prouocare Romanos, edicto monuerat, dementiam facile contrahere eos qui de inculta uinea uinum bibissent, dicit se dementem, quasi de tali uinea biberet.

v. 71. *Quin tu*, idest incipe, aliquid operare, quod necesse est. *Quorum*, ciborum. *Saltim*, uidelicet. *Quorum indiget*, ut placatum habeas Caesarem. *Indiget usus*, ad necessitatem uictus.

v. 72. *Viminibus*, uirgulis mollibus; *detexere*, uiminibus caseum praebere. *Paras detexere*. Vult se intellegi Aeneidos scripturum pertinentes ad stirpem Caesaris.

v. 73. *Inuenies alium*, idest Alexim. Siue inuenies alium, cui carmine placeas si Caesari non places. *Inuenies alium*. Si non Caesari carmina placuerint, alii placent, uel aliud opus adgredimur in quo placebimus Augusto, idest Aeneidos, non, ut alii, eclogas sequentes.

---

cf. v. 1 ‖ Caesar te scripsi | caesarem B ‖ ad uoluptatem scripsi | ad uoluntatem B ‖ *se* addidit M ‖ Voluptas cura se inuicem capiendi scripsi | uolupta causa ubi capiendi B ‖

v. 66 uersus mensuram M ‖ 69 mereat nutritum scripsi | nutriat meritum l ‖ quo dementia B | quod dementia C ‖ 70 ad uini cultum scripsi | sd omnē usū B ‖ clementiam B ‖ liberet B ‖ 71 operari M ‖ ad necessitatem usus M ‖ 72 detexere u. c. p. transposui | u. c. p. detexere B ‖ 73 placebimus scripsi | placebit B ‖ eclogas sequentes scripsi | egloga sequentes B | eclogae sequentes M ‖

Ecloga III.

Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis scripta est. Haec ecloga sic habetur quasi in Hispania uel in Gallia ut (v. 64): 'Malo me Galatea petit.' Haec ecloga in agro, ut (v. 55): 'Dicite quandoquidem molli consedimus herba.' Haec pari numero epigrammatum gaudet, et pars eius ultima distichon, continet enim duos uersus. — Menalcas pastor melior Damoeta, hoc est Cornificius poeta consularis, fascinat Damoetae, idest Virgilio, agrum suum, quasi sui umquam non esset, ut moris apud eos omnes non habere agrum nisi a Palaemone idest Caesare accepissent. — Menalcas Cornificius, Damoetas Virgilius, Palaemon Caesar. — In hac ecloga tres introducuntur personae, idest personae duorum pastorum, certantium de uariis rebus coram iudice, et allegorice personae poetarum et militum coram Caesare et iudicibus eius certantium, sed maxime poetarum. — Allegorice Menalcas, idest Cornificius, loquitur, poeta Antonii, quasi ex Cremona uel Mantua, qui contra milites Octauiani contendit; Damoetas, idest Virgilius, qui a Roma contra Antonii milites pugnat; Palaemonem Caesarem uel Meliboeum uel Gallum accipimus, qui poetarum iudex factus est. In hac ecloga Virgilius nunc personam Menalcae accipit, nunc Damoetae. Haec ecloga proprie bucolicon dicitur. In hac ecloga saepe personae mutantur, ideo obscura est.

v. 1. *Dic mihi Damoeta.* Hic fascinat Menalcas Damoetae pecus. *Dic mihi*, contumeliosa interrogatio prouocantis ad pugnam. *Damoetas*, mercennarius Menalcae uel custos gregis Aegonis. *Cuium*, pro cuius, antiqua locutio ueterum, qui 'cuium' neutro, 'cuius' masculino, 'cuia' feminino dixerunt; nos 'cuius' tribus generibus dicimus. *Pecus*, ager quem tu non habes. *Meliboei*, Antonii allegorice.

v. 2. *Aegon*, custos gregis, uel amicae nomen. *Tradidit*, ne uideatur mercennarius, quasi ab amico acceperit. *Aegon*, allegorice Pollio uel Caesar, ut (ecl. V 72): 'Lyctius Aegon', idest Cretensis.

v. 3. *O*, interiectio dolentis. *Ouis pecus.* Omnia animalia excepto homine 'pecus' appellantur; hic ergo ut ostenderet, de quo loqueretur, addidit 'ouis'. *Pecus*, allegorice agrum uel ciues Mantuanos spoliatos significat. *Neaeram*, nomen proprium amicae suae idest amicae communis. *Neaeram*, allegorice Mantuam uel Caesarem, uel 'nouitatem' uult intellegi, idest agrum recipiendi.

v. 4. *Fouet*, amplectitur. *Ne me.* Ne me Caesar praeponat sibi, ne me magis amet quam illum. *Sibi*, idest Damoetae uel Neaerae.

Ecloga III. asynii B || epigramatum B || disticon B || ut moris apud eos omnes] An: sed moris apud eos homines *esset*? || idest a Caesare M || accipissent B || et allegorice personae scripsi | et allegoricę p. B | et allegoricae p. M || ex cremone B || qui a Roma scripsi | quiaroma B | quia Roma M || Palaemonem scripsi | palemon B || qui poetarum iudex scripsi | qui postea iudex B || propria bucolicon B ||

v. 1 cuium pro cuius l | cuium pecus M || 2 acceperit scripsi | accipit B || *Aegon*, allegorice Pollio uel Caesar ut 'Lyctius Aegon' idest Cretensis scripsi | licitus aegon idest cretensis aegon alligorice pollio uel caesar B || 3 de quo loqueretur addidit scripsi | de quo loquitur addit l || 4 amplectitor B | amplector C ||

v. 5. *Alienus*, Damoetas. *Bis mulget in hora*, siue historialiter in muletram, siue 'bis mulget' allegorice seruitutis grauitas intellegitur. *Alienus custos*, Caesar uel milites quibus distributa fuit terra.

v. 6. *Sucus*, pinguitudo uires. *Subducitur*, furto tollitur. *Lac agnis*, quia spoliantur agris.

v. 7. *Parcius*, loquere non iniuriose sed parcius. *Viris*, uiris fortibus praeda. *Tamen*, quamnis dicis .l. ...l.a consideranda.

v. 8. *Nouimus.* Non ignorat populus; quia scimus te ea passum quae uiris inhonesta sunt. Haec ad Cornificium. *Et qui te*, de turp... ...[*transue*]*rsa*, retro conuersa idest trans dorsa uel trans... ... ..ntes fornicatorem uerecunde stuprum tra... ... ... limis intueri. *Tuentibus*, pro intuentibus.

v. 9. *Faciles*, propitiae, quia non animaduerterunt. *Faciles*, propitiae ad ueniam dandam, uel ad culpam consentientes. *Risere*, inde ... ... *Sacello*, diminutiuum ut alii al... ... ...

v. 10. *Cum*, quando. *Cum me*, cum ego uel me cum. *Miconis*, Caesaris.

v. 11. *Mala falce.* Hic probatur Virgilius quod sit ei studiorum instrumentum. *Falce*, poemate.

v. 12. *Aut hic.* Nonne te uidi? *Ad ueteres fagos*, ubicumque, quia fagi ubique sunt, uel priuati loci indicium. *Daphnidis.* Daphnis Amyclaei filia ab Apolline adamata quae cum fugeret uim amatoris, in laurum conuersa est. •*Daphnis.* Alii eum Neptuni filium dicunt. *Daphnidis*, Augusti, quia haec omnia certaminibus Antonii et Augusti conueniunt. *Daphnidis.* Alii dicunt Daphnim, unam de Nymphis, ab Apolline uitiatam et prae pudore, ne apud sorores esset infamis, ab Ioue petisse ut in laurum uerteretur. Ex ea arbore Apollinem diadema amoris gratia sibi parasse, quod uirens est semper, ut sol nouus. *Arcum*, pro carmine uel exercitu Augusti.

v. 5 *Bis mulget in hora*, siue historialiter in mulctram siue 'bis mulget' allegorice seruitutis grauitas intellegitur scripsi | bis mulgit in hora siue historialiter siue in mulctram (multram C) bis mulget alligorice etc. B | 6 furtu B || quia spoliantur scripsi | cui spoliantur B | qui sp. M || 7 Scribendo: '*Tamen*, quamuis dicis *obicienda*, *uirilia* cousideranda' lacunae spatium completur || 8 Non ignorat popnlus] In Philargyrii igitur uerbis: 'non ignorante populo' non debebant haerere. In eis quae secuntur lacunis ternorum fere uocabulorum spatia desiderantur supplenda | In C solo insuper leguntur: *Tuentibus hircis: Isidorus* (is; Origg. XII 1, 14). 'Hircus lasciuum est animal et petulcum feruens semper ad coitum (coeticum) cuius oculi ob libidinem in transuersum aspiciunt unde et nomen traxit. Nam 'hirci' sunt oculorum anguli secundum *Suetonium* (cf. Reiffersch. p. 272); cuius natura adeo calidissima, ut adamantem lapidem quem neque ignis nec ferrum domare ualet, solus cruor dissoluat (desoluat)' || 9 propitiae quia scripsi | proprię quae l || consentientes l] an 'coniuentes'? || 10 Tum quando l || mecum l || 11 quod sit ei studiorum instrumentum] an: studiorum '*bonum*' instrumentum? || 12 amiclei l || et prae pudore ne apud sorores esset infamis scripsi | et proprio pudore nec apud sorores esset et infamis B | et proprio pudore nec apud sorores esse et infamem M || diadema amoris gratia M | dm̃ amoris gratiam B | an *in* amoris gratiam?

v. 13. *Calamos*, pro scriptura. *Peruerse Menalca.* Illo tempore quo dedisti operam ut me ingratum Caesari faceres studiaque mea apud illum reprobares.

v. 14. *Puero*, Theocrito uel Caesari.

v. 15. *Aliqua*, aliqua ratione. *Nocuisset*, uel me uel illum detraxisses.

v. 16. *Domini*, sinceri uel liberi. *Quid domini faciant.* Quid faciant, qui possunt, mali, cum tu qui furto possides agrum meum, fiduciam aduersus me sumpseris? *Fures*, serui. *Fures.* De officiis nomina inponuntur hominibus; ut philosophus de philosophia, ita et fur de furto quia 'furuae' dicuntur tenebrae.

v. 17. *Non*, nonne. *Non ego te* et relíqua. Crimen crimini obiciunt, iste stuprum ille furtum. *Damonis*, Antonii quia cum Antonio Mantuani erant, antequam uincerentur ab Augusto. *Caprum*, agrum.

v. 18. *Excipere*, uelle percutere. *Lycisca*, canis de lupo et de domestica cane conceptus. *Multum latrante*, allegorice plurimis reclamantibus. *Lycisca*, allegorice Mantua.

v. 19. *Se proripit*, ingerit inmittit. *Ille*, fur.

v. 20. *Tityre*, allegorice Antoni. *Coge*, collige. *Tu*, Damoeta. *Carecta*, carice saepta, ut (G. III 231): 'carice pastus acuta', et allegorice sub tutella Pollionis.

v. 21. *An*, pro 'num'; rectius pro 'ergo' ut *Cominianus* dicit. *Victus*, superatus cantando. *Non redderet*, nonne debuerat reddere mihi agrum quem merui carminibus? *Ille*, Damon, allegorice Octauianus.

v. 22. *Caprum*, agrum

v. 23. *Caper*, ager. *Damon*, Caesar.

v. 24. *Reddere posse negabat*, quia distributus erat militibus.

v. 25. *Cantando*, ad magnitudinem. *Aut umquam*, numquam.

v. 26. *Vincta*, iuncta. *Non tu*, ad despectum. *In triuiis.* Romae pastores cum ouibus circumeunt et in locis triuiis stantes cantu pastorali eos admonent qui lac emere uolunt, itaque sub praesentia emptorum lac uenditur; inde dixit: 'Non tu in triuiis.' *In triuiis*, triuiae tres uiae. *Indocte*, aduerbium; homo nullius momenti eras.

v. 27. *Stipula*, culmo frumenti uel ordei. *Disperdere*, cum socordia spargere. *Miserum.* Miserum carmen a te canitur, uel quod in tri-

---

v. 13 qnod dedisti B || 14 uel caesare B || 16 quid facinnt qui possunt l || forto l || possideas M || agrum menm l (sic) || 17 nonne ego te et relíqua l || 18 domestico l || 20 alligorice atoni B | allegoricae antoni C || tntella B || 21 An pro nnm scripsi cnm Fabricio. Charis. II p. 229, 15 K. *An pro cum* (?) Maro bucolicon: 'an mihi cantando' etc. nisi, ut de distinctionibus diximus, *ὑπακονόμενον* sit 'an aecum uideatnr', sed Marcins Salutaris uir perfectissimns *pro ergo rectius* sensit | pro cum l || dicit om. M || coñinianns l || superatus scripsi | pastus B | pastor coniec. M || nonne debnera redderet B || quemerui B || 24 distributus erat scripsi | distributũ erat l || 26 Notu ad dispectnm l || Non tu om. M || nincta functa C || circumcnnt et scripsi | circumenntes l || uenditor l || nullns momenti B || 27 ordei l || cnm socordia spargere scripsi | concordare spargero l || a te canitur scripsi | ante canitur B || uel quod in triuiis — pastores ulnlabant

uiis, ubi ululans Ceres filiam suam Proserpinam quaerebat, et pastores ululabant.

v. 29. *Experiamur*, probemus. *Vitulam.* Si uitulam, cur dixit: 'Bis uenit ad mulctram'? 'Vitulam' dixit pro uacca. *Ne forte recuses.* Hic sensus est non, ne uitulam recuses sed ne contendere recuses. *Hanc uitulam*, allegorice Bucolicam. *Recuses*, Menalca.

v. 30. *Bis uenit*, mane et sero. *Mulctra*, uas in quo mulgetur. *Bis uenit ad mulctram.* Duplici sensu Bucolica intellegitur, historiae et allegoriae.

v. 31. *Depono*, promitto. *Quo pignore*, qua sponsione quia pignus sponsionis est.

v. 32. *Non ausim*, non ausus sim. *Non ausim*, Allegorice Cornificius negat se uelle contendere.

v. 33. *Est mihi*, sub cuius imperio uiuo. Pater uel nouerca, inpedimenta captiuitatis uel infirmitatis. *Iniusta*, odiosa, inimica priuignis.

v. 34. *Alter et haedos.* Quidam synaloepham putant; sed ad naturam humanam respicere debemus; si quando enim mixtos uidemus uiros et feminas: 'qui' nos 'illi'? dicimus, non 'quae'. *Bis numerant ambo*, dum exeunt mane, et sero cum redeunt, ab ambobus numerantur pecora. *Alter*, nouerca.

v. 35. *Fatebere*, fateberis.

v. 36. *Insanire libet*, idest, ego cantare debeo; quia poetae 'insanire' dicuntur cantando. *Pocula*, allegorice duo libri Georgicorum.

v. 37. *Fagina*, non recte dicitur; 'faginea' enim dicendum ex fago, tam quam 'ulmea' ab ulmo et 'populea' a populo. *Diuini opus*, artificem gloriatur. *Alcimedontis*, allegorice Hesiodi qui duos libros Georgicorum composuit.

v. 38. *Facilis superaddita*, flexibilis. 'Facilis' ad materiam refertur uel ad laudem artificis; sed magis ad uitem. *Vitis*, quia de uitibus ibi mentionem fecit. *Superaddita*, torno addita.

v. 39. *Hedera*, folio uiridi, ab aerendo arbori dicta. *Vestit*, idest magister.

v. 40. *Conon*, Samius genere, mathematicus, stellarum peritissimus magister, uel ut quidam, Alexandrinus qui cum Ptolomaeo fuit. *Quis*

---

scripsi | uel quod in triuiis ubi ululauit filiam suam proserpinam et querebat et pastores ululabant. ceres. B | an potius: uel quod in triuiis *sub ululatu* et Ceres filiam suam Proserpinam quaerebat et pastores ululābant —? ||

v. 29 Hic sensus est: Non, ne uitulam recuses sed ne contendas, recuses M || bucolicam B | bucolica M || 31 quo pignore ...... a pignus sponsionis est B | Suppleui ex C qui tamen habet '*qui* pignus'. || 32 Non ausim non ausus . . B | suppleui ex C || 33 Est mihi sub cuius imperio .... dimenta captiuitatis uel infirm ... B | suppleui ex C || adiosa B || 34 sinalypham B | sinalipham C || 'qui nos illos' uel 'qui nos de illis' M || mane om. M || 37 allegorice om. M || 38 ad matheriam refertur † ad laudem B || 39 aberendo 1 | ab aerendo scripsi cf. Philargyrium || 40 paeritissimos B | peritis sumos C || uelud quidem 1 || ptholomeo B | tholo-

fuit alter. Quis, quidam. Cur nomen huius non posuit? Quia a Romanis occisus est. Et acute, ut eruditum pastorem induceret, et edoctum mathematicum significat et eundem philosophum, Platonis discipulum, uel ut quidam, Arati.

v. 41. *Radio*, idest uirga philosophorum, per quam inuenta est Geometrica. Quoniam Nilus totam Aegyptum operuit, inde philosophi in aere mensurabant fines singulorum, qui deturbati per aquae dilnuium fuerant.

v. 42. *Tempora quae messor* et *arator haberet.* Allegorice Hesiodus, qui artem georgicam de temporibus et aratris scripsit.

v. 43. *Necdum illis labra admoui*, ad usum conuiuii. *Necdum*, allegorice, necdum cantaui.

v. 45. *Circum*, circiter. *Ansas.* Sicut ansae additae sunt, sic duos libros addimus. *Amplexus*, Alcimedon. *Acantho*, genus herbae.

v. 46. *Orphea*, accusatiuus. *Orphea.* Nomina pomposa ad poculorum laudem non ineleganter adiunxit. *Sequentes*, motatas quia motatae sunt siluae illius cantilena.

v. 48. *Vitulam*, quam deposui nomine pignoris. *Nihil est quod pocula laudes.* O Palaemon, idest Caesar. Allegorice: si Bucolica uolueris, quid Georgica laudas?

v. 49. *Quocumque uocaris*, ad quodcumque uocaueris.

v. 50. *Audiat*, aliquis. Is audiat, inquid, quem casus obtulerit, uicinus noster. *Qui*, aliquis. *Palaemon*, iudex causae, allegorice Caesar.

v. 51. *Efficiam*, pro effigiem, imaginem. *Posthac*, posthoc. *Lacessas*, non prouoces [Propone quicquid uelis, Incipe dicere].

v. 52. *Quin age*, immo potius. *Age*, aut aduerbium temporis aut uerbum imperatiuum. *Si quid habes*, dic, propone quicquid uelis, incipe dicere. *Non erit*, non erunt.

v. 54. *Sensibus haec imis.* Adhuc iratus est. *Reponas*, ut facile possis nostram discernere discrepationem.

v. 55. *Dicite quandoquidem*, allegorice, quoniam ubique nunc pax est. *Quando*, quatenus. *Molli consedimus herba*, quoniam suauiore odore herbarum consedimus et delectamur, incipite.

v. 56. *Parturit*, fetum reddit, pullulat.

v. 57. *Annus*, totum pro parte; uernum enim tempus dicit, quo aues incipiunt cantare.

---

meo C || inducit M ||

v. 41 geometria M || mensurabam l || post 'singulorum' *agrorum* excidisse suspicatur M || 45 additae fiunt l | sunt M || 46 ineliganter adinnexit B | ineligantur adiuxit C || motatas et motatae scripsi | mutatas et mutate B || 48 deposui scripsi | adposui l || 49 uocaberis l || 50 uicinus noster q̊ aliquis B | qui aliquis C | uicinus noster aliquis M || 51 effugiem l | delirat scholiasta || 52 *Non erit*, non erunt.] Deliranti scholiastae Vergilius uidebatur *inmemora* scripsisse || 54 sensibus haec *in* imis l || 55 quoniam ubique nunc pax est scripsi | qnoniam subicent pax est l || incipite scripsi | incipere B || 56 fetu redit B | fetum reddit M || 57 nernum enim B ||

v. 58. *Damoeta*, Virgili. *Menalca*, Cornifici.

v. 59. *Alternis*, sermonibus. *Dicetis*, pro dicite. *Alterna*, carmina. *Camenae*, deae carminum uel cantionis.

v. 60. *Ab Ioue.* Iouem enim quidam uolunt dicere calorem hominum animis inhaerentem. *Ab Ioue principium*, adolatur Augusto quia ab Ioue duxit originem. *Iouis*, Caesaris. *Omnia*, omnipotens. *Plena*, plena sunt.

v. 61. *Illi mea carmina curae*, fecunda fecit aut quod poeta est. *Illi mea carmina curae*, ...

v. 62. *Et me Phoebus amat.* Ideo, ait, amat me Phoebus, aut quod originem geniturae ex isto uersu conpraehendit. Nam fertur mater Virgili Maia cum eundem paritura grauis esset, somniauisse, lauri fructum se peperisse; denique de poeta ille uersus ostendit. *Phoebus*, allegorice Caesar, filius Iouis. *Et me amat.* Alter amicitia Caesaris, alter familiaritate contendens *se* iactat. *Phoebus*, Apollo, quem solem esse uolunt. *Et me Phoebus*, quia honorauerunt me Iuppiter et Apollo. *Phoebo sua semper aput me.* De Virgilio hoc allegorice intellegendum.

v. 63. *Lauri*, quia in tutela Apollinis erant. *Suaue*, odore. *Rubens*, rubei coloris flores. *Hyacinthus.* Puer prope amnem Eurotam, dum cum Apolline ad discum iaciendum ludit per inprudentiam incautus interiit, eumque Nymphae fleuerunt, earum ut lacrimis inriguus flos crearetur. Inde rubeus Hyacinthus dicitur, colori solis comparatus. *Hyacinthus.* Puer pulcherrimae formae fuisse traditur; ab Apolline dilectus et ab eodem inprudenti ludicro disco peremptus est, de cuius cineribus flores nati sunt et nomine eius inscripti sunt.

v. 64. *Malo*, carmine. *Galatea*, filia uel concubina. *Petit*, percussit adpetit. *Galatea*, allegorice Mantua uel Gallia, quae blandimentis petit. *Lasciua*, luxuriosa, ultro uolens. *Lasciua*, allegorice: mihi mens optata contigit praesentia Caesaris.

v. 65. *Ad salices*, ad poetas peiores.

v. 66. *Ignis*, amor. *Meus ignis Amyntas*, allegorice meus amor Antonius.

v. 67. *Notior*, ut Amyntas non minus notus sit nostris canibus quam Delia. *Delia*, nomen amicae uel concubinae Menalcae. *Delia*, allegorice Diana de Delo insula.

---

v. 59 pro dicite l | producite M || cantionis scripsi | canciones B || 60 horiginem B || 61 *Illi mea carmina curae* ... ... lacunam signaui | *Et me Phoebus amat* lemma addidi | Illi mea carmina curae ideo ait amat me phoebus etc. B || 62 horiginem B || uirgili (sic) B || somniauisse scripsi | somnia· esse B || *se* iactat scripsi | iactat B || 63 in tutella B || Eurotam M | erodotum l || ad discum iaciendum scripsi | ad discendum l | ad discum M || enm quae l || flos crearetur scripsi | fons crearetur l || rubens M || pulcherrima forma M || traditor B || peremptus M | pertus B || et nomine eius M | et nomen eius B || inscripti scripsi cf. v. 106 cum schol. | conscripti B || 64 *Malo*, carmine scripsi cf. Ecl. II 51 | malo omni ora B || uel percussit M || lascini (a superscr.) et lasciuia B || 65 *Ante*, idest priusquam exeat C || 67 non minus notior l || *Delia* lemma ante 'nomen' addidi || dedelon insula B ||

v. 68. *Parta*, pro parata. *Meae*, amicae Galateae. *Veneri*, adolatur Caesarem qui de stirpe Veneris uenit. *Munera*, myrti. *Namque notaui*, inueni quae cupiebam mihi contingere, idest amicitiam Caesaris.

v. 69. *Locum*, altare in nomine eius. *Aeriae*, aerii coloris. *Congessere*, nidificando. Allegorice loquitur. *Aeriae palumbes*, aliquando 'hi' palumbes.

v. 70. *Puero*, Antonio uel Augusto. *Siluestri*, agresti. *Arbore*, carmine. *Puero siluestri ex arbore lecta aurea mala decem misi.* Allegorice ex agresti carmine decem eclogas misi Octauiano scriptas.

v. 71. *Cras*, pro futuro tempore. *Altera*, Georgica uel Aeneidos.

v. 72. *O quotiens.* Ad Caesarem allegorice loquitur, ut sciat, quomodo eum diligat Mantua.

v. 73. *Partem aliquam.* Si non totum. *Referatis*, optatiuo modo.

v. 74. *Quid prodest*, amor tuus, dum in diuersis locis moramur. *Non spernis*, sed diligis. *Amynta*, Antoni uel Caesar.

v. 75. *Ego retia seruo.* Virgilius tangit allegorice pugnantem Octauianum contra Antonium ... ... et Virgilium non dimittebat dimicare. *Retia seruo*, stabilis sum. *Ego retia seruo*, tu uoluptatem capis uenando.

v. 76. *Phyllida*, accusatiuus casus. Nomen mulieris, cum qua fuit amica eius. *Natalis*, dies natalicius. *Iolla*, uocatiuus casus, amica communis. *Natalis.* Natalem pro recipiendis agris dicit. *Iollam*, deum accipimus Mantuanorum, *Phyllida* uero felicitatem, idest mitte mihi felicitatem. *Iolla*, allegorice Augustus.

v. 77. *Cum faciam*, cum aliis sacrificem. *Vitulam.* Antiqui antequam messes meterent, uitulam ducebant circa messes, ac post sacrificium incipiebant secare. *Ipse uenito*, ut tibi sacrificem.

v. 78. *Phyllida*, accusatiuus casus. Dicunt ambo Phyllidam amare. *Ante alias*, super alias. *Phyllida*, dea, et sub eius nomine Antonius uel Caesar allegorice intellegitur.

v. 79. *Longum*, diu. *Iolla*, Antonius.

v. 80. *Triste*, aduerbium. *Lupus*, inimicus uel herba quam pecora ... ... *Maturis frugibus imbres.* Vi enim pullulantis frugis spem eiciunt. Hic Cornificius poeta sub Damoeta intellegitur, et hic sensus est: Sicut haec contraria contrariis repugnant, sic nobis Romae irae, quia exul fuit, ut alii.

v. 81. *Arboribus uenti*, decutiunt enim flores. *Nobis*, Mantuanis.

v. 82. *Dulce*, aduerbium. *Satis*, seminatis. *Vmor*, pluuia uel ros. *Dulce satis* et reliqua. Vt amant sata umorem, haedi arbutum, sic ego

v. 69 aerei B || hii palumbes B || 72 allegorice ad Caesarem M || 74 antonii B || 75 contra antonium et uirgilium B | lacunae signum posui || uolnptatem M | noluntatem B || 76 agris M | agros B || deum (dm̃) B | dominum M cf. Ecl. II 56 || 77 ducebantur ca messes 1 || 78 Phyllidem M || 80 Post 'pecora' lacnnae signum posui: supplendum 'edunt' nel 'pascuntur' nel simile quid. Et renera in codice B aliquid erasum est || ui enim B | hi enim M || Romae irae scripsi | romanae irae B ||

unice Caesarem diligo. Hic Virgilius sub persona Menalcae intellegitur. *Arbutus.* Puto autem poetam hoc loco nomine arbuti non certum arboris genus definire sed solita figura orationis speciem unam pro genere posuisse, hoc est frondes arborum. Agnis praegnantibus autem salices gratas significat esse.

v. 84. *Pollio amat nostram,* Caesar. Hic adolatur consulem. *Pollio.* Hic magister equitum fuit Caesaris et hic apparet quod in honorem Pollionis haec ecloga scripta est.

v. 85. *Pierides.* Nymphae Pierides. *Vitulam,* optimum carmen uel honorem uel amorem. *Lectori,* amatori ut ei sacrificetis.

v. 86. *Pollio et ipse.* Nunc respondet sibimet quod ideo non diligitur a Pollione quia ipse sibi cantare possit. *Noua,* mirabilia. *Pascite taurum,* quia erat praemium poetis taurus propositus. Allegorice taurum amorem maiorem quia meliora carmina cano.

v. 87. *Cornu petat,* feriat.

v. 88. *Qui te Pollio* et reliqua. Asinius Pollio, consularis uir, tragoedografus, cuius beneficio Virgilius in amicitiam Caesaris *uenit,* et sensus est: qui te amat, ei rerum natura mutabitur uel ad amoenitatem uel ad utilitatem. *Quo te quoque,* una tecum. *Veniat,* ad consulatum. *Gaudet,* uenisse.

v. 89. *Mella fluant illi,* aurea saecula dicit. *Fluant,* stillent. *Rubus,* spineta. *Amomum,* genus herbae uel flos.

v. 90. *Amet,* pro poena dicit. *Maeui.* Hic Cornificius Virgilium uituperat sub nomine Maeui. *Maeui,* allegorice Virgilius. Bauius et Maeuius, duo poetae pessimi sui temporis, ut *Haterianus* ait, ex quibus Bauius curator fuit, *et quibus omnia sua erant communia, ut spiritus unus geminis corporibus diceretur inesse; sed postquam alterius uxor cum altero concubuit, alter amicitiam dissoluit, et noua regna accipiunt.* De Maeuio nihil repperi. Quorum quoque carmina ob humilitatem abiecta sunt, et inimici Virgilio erant. Sensus est: Hic qui Bauium, pessimum poetam, amat, *amet* etiam Maeuium peiorem ut duplum habeat malum. *Eusebius* dicit: 'M. Bauius poeta, quem Vergilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.'

---

v. 82 difinire B || 84 saesar l || 85 piherides B | pierides C || 85 sacrificet M || 86 respondit M || non diligitnr a Pollione M | diligit ab apollone l || propositus scripsi | praepositus B || meliora M | meliorem B || 88 apollio l || Caesaris] *uenit* suppleui | caesaris et sensns etc. l || Caesaris [uenerat] M || ei rerum natura mutabitnr transposni | rerum n. m. ei l || ad amoenitatem scripsi | ad amorem l || Venia ad consolatnm B || 89 aurea saecnla dicit. *Fluant,* stillent scripsi | aurea secula distillant l || 90 pro pena l || uiteperat l || sui temporis nt Haterianus ait scripsi cum Sauppio | athenienses sui temporis B | ait ... ... Reifferscheid Suet. rell. p. 41 || uauius, et sic semper B || et quibus omnia — noua regna accipiunt] cf. Domitii carmen apnd Philargyrinm h. l. || *alter* addidi ex Philargyrio || ab hnmilitatem B || amat amet scripsi | amaet B || Eusebius dicit scripsi cf. Ecl. X arg. | eũ dicit B | chron. dicit Reifferscheid | Hieronymus dicit Sauppe. Hieronym. Ol. 186, 2. Cf. de toto hoc loco Reifferscheidii Suetoni rell. p. 41. 42 not. ||

v. 91. *Iungat*, aratro. *Vulpes*, haec pro inpossibilitate dicuntur. *Et mulgeat hircos*, hoc est: rerum odiosarum pereat sterilitate, ut malam rem habeat.

v. 92. *Qui legitis flores*, ad suos ciues dicit ante indulgentiam. *Et humi nascentia fraga*, poma iuxta terram nata.

v. 93. *Frigidus*, aut nocens aut quia in frigore moritur aut natura frigidus, aut per morsum frigidos facit. *Frigidus anguis*, milites quibus agri dati sunt. *Frigidus o pueri* et reliqua. Allegorice Claudius, qui putauit se inpune agrum Virgilii habiturum, si cum occideret. Aliter: ad eos dicit, qui tunc populati sunt ciues suos, ut moderate agerent. Serpentem se dicit.

v. 94. *Parcite*, ad ciues dicit. *Nimium procedere*, ulterius ingredi. *Non bene*, pro impetu militum uel pro se ipso.

v. 95. *Ipse*, Virgilius ipse uel Octauianus. *Aries*. Aestiuo tempore oritur quo maxime incalescit. Quidam Virgilium interfici uoluit; is uero transnato fluuio uix potuit uestitus euadere ibique uestem suam in ripa contraposita siccauit. Allegorice: Mantuani, uidete, ne quid temere faciatis, cum ipse Virgilius periculum euaserit praeceps. *Vellera siccat*, uestes ad pugnam cingit.

v. 96. *Tityre*, de se dicit. *Reice*, amoue fuga.

v. 97. *Ubi tempus erit*, post indulgentiam. *In fonte*, non in fluuio. *Lauabo*, purificabo. Allegorice de agris recipiendis intellegendum est.

v. 98. *Cogite*, seruate. *Praeceperit*, exsiccauerit, praeoccupauerit. *Aestus*, ardor. Nam solis calore lac consumitur, nisi mulsum fuerit. Allegorice turbida bella Augusti et Antonii,

v. 99. *Nuper*, heri. *Frustra*, inane, quia lac non habent.

v. 100. *Eheu*, dolentis interiectio. *Macer*, exilis. *Taurus macer*. Allegorice: licet agri redditi sunt, tamen timore consumor, uel quamuis in opulento statu aput Romanos sim, tamen lacerat me amor agri.

v. 101. *Exitium pecori*. Allegorice, ciues taedet reseruari ad sua. *Pecorisque magistro*, tauro, uel se magistrum dicit. *Magistro*, magistro est.

v. 102. *His*, agnis meis, allegorice Cornificio. *Haerent*, mouentur.

---

v. 91 sterelitate B || nt malam rem scripsi | ut maiora B || 92 ante indulgentiam l] an: 'ante militum licentiam'? Nam agri redditio nereor ut 'indulgentia' simpliciter possit dici, et agitnr de *inminenti* periculo || 93 aut per scripsi | et per l || occideret scripsi | occiderit B || Serpentem se dicit. v. 94. *Non bene*, pro impetu militnm uel pro se ipso scripsi | serpeutem se dicit. Non bene etc. B | Serpentem *si* dicit, non bene pro impetu militum M || 94 Parcite oues M || nel pro se ipso om. M || 95 stino tempore l || interficere M || in rapi l || contrapossita C || sicauit l || mantnã nidete l || 97 post indnlgentiam l cf. v. 92 || 98 preciperit exicauerit l || ardor. Nam scripsi | adornam B cf. E. II 50 || turbida bella M | turbido belli B || 99 haeri l || 100 maces l || redditi sint M || lacerat] an macerat? || 102 mouentnr scripsi | mouent B || nimia macie ac tabe scripsi | nimia maciaetate B || maciei causam non amor praestat scripsi | macies causam non amori prestat B | macies causa, nam amori praestat M ||

Vix haerent, nimia macie ac tabe conficiuntur; maciei causam non amor praestat. Allegorice: ciues non sperant et exilio torquentur.

v. 103. *Nescio quis*, nescio unde haec mala.

v. 104. *Dic*. 'Dic' dedit locum soluendi quaestiones, ut (Aen. I 8): 'Musa mihi' et reliqua. Pastor pastori, poeta poetae proponit problema. *Quibus in terris*. Siue in Graecia siue in Italia. *Et eris mihi magnus Apollo*, in honore Apollinis te adorabo.

v. 105. *Caeli spatium* et reliqua. Alii dicunt, clipeum Alacis trium ulnarum, in quo expressa caeli forma fuit. Alii specum in Sicilia angusto ore, profunda altitudine, per quam rapta est Proserpina a Dite patre. Alii 'mundum' in sacro Cereris, et caelum pro 'mundum' positum dicunt. Aliter: aput antiquos fuit altissimus puteus, in quem descendebat puer, quo cognosceret anni prouentus ad sacra celebranda, cuius putei orbis, idest summus circulus, non amplius quam trium ulnarum mensuram habebat, cumque descendisset, sursum aspiciens non ampliorem caeli partem, quam quod puteus habuit, poterat uidere. Dicit *Cornelius*, ab ipse Virgilio audisse *se*, quod Caelium Mantuanum quendam tetigit, qui consumptis omnibus facultatibus nihil sibi reliquit, nisi locum trium ulnarum, spatium ad sepulturam et Caeli pro Caelii dixit. Item *caeli spatium Ouidius Naso* † orificium ait, quia tantum caelum patere uidetur, quantum orificium patet. Item *Asconius Pedianus* ait, se audisse Virgilium dicentem, in hoc loco se grammaticis crucem fixisse; quaesituros eos, si quis studiosius occuleretur. Dicit autem propter Caelium Mantuanum. Hoc tantum posuit allegorice, idest in illo loco noluissem te adloqui, hoc est: noluit Virgilius Octauianum uid*ere in* . . . *Ga*lliae loco.

v. 106. *Dic*, responsio. *Inscripti nomina regum*, Aiacis, Hyacinthi, alii Adonis. Allegorice flores omnia poemata, nomen Octauiani demonstrantia et Antonii.

---

v. 104 *Dic*, dedit M || problesma l || 105 treum ulnarum l || caeli forma fuit [Hoc est iacinthum significat quem aiax occidit] alii specum l | Vncis inclnsa patet ad v. 107 pertinere, quem cf. || discendebat l || quo cognosceret anni prouentus ad sacra celebranda transposni | ad sacra celebranda quo cognosceret anni prouentus l || urnarum l || discendisset sursum aspiciens l | descendisset et snrsum aspiceret M || Cornelins] cornutns l. De *Cornelio Gallo* acutissime cogitauit Ribbeck proll. Verg. p. 97. 98. Apud Philargyrium *Cornificius* male dicitnr, cf. praef. p. 712 || audisse quod l | *se* addidit M || Caelium] caelum l || nil M || et Coeli pro Coelii dixit M || Item caeli spatinm ouidius naso torificium ait qui B || Idem M || quia M || Apud Philargyrium 'Oledius Nasso' iste grammaticus dicitur. De *putei orificio* (cf. snpra) agi patet. Nec qnin in isto *Naso* uel *Nasso* uitium lateat, quod semel natnm *Ouidius* secum traxerit, dnbitari potest, cf. praef. p. 713 || torrificlnm patet B || Asconius Pedianus] de eius loci indole cf. Ribbeck proll. p. 97. 98 et praef. l. l. || se uidisse M || quaesituris res M || occuleret M || propter Caelium] poeta Caelium Philargyrius editus, prořcaelū Philargyrii codices, in quibus alternm Caelii nomen latere uidetnr Ribbeckio proll. p. 98 not. || octauiannm uid. . . . . lliae loco B | uid*ere in Ga*lliae suppleui; unius etiam nocabuli spatium uacat | idest m — llo — — — noluissem te adloqni hoc est Virgilius Octauianum u — — — llnce loco M || 106 acinthi B || Adonidis M ||

v. 107. *Nascantur flores.* Eos flores qui litterarum demonstrant formam, nominari optat. Aiax cum se interfecit gladio Hectoris, flores uiolae e terra sanguine concreto exortae litteras habuerunt nomen Aiacis exprimentes; habuerunt enim duo ae ae. *Phyllida,* accusatiuus casus. *Solus habeto,* tua erit amica et Antonii, *si* reseres quaestionem.

v. 108. *Non nostrum,* non nostrae peritiae. *Non nostrum,* non est certantum, idest uestrum, sed iudicantum componere.

v. 109. *Tu,* Damoeta. *Dignus,* more iudicis. *Et hic,* dignus Phyllida. *Et quisquis,* idest, qui amet quid, uideat ne odiat. Allegorice recapitulatio de amore Octauiani et Antonii. *Et quisquis amores* et reliqua. Recapitulatio: qui amat, ne amittat, et qui studiorum amore flagrauit, ne labore desit.

v. 110. *Aut metuet dulcis,* donec amat; *aut experietur amaros,* postquam impetrauerit. Si metuet dulcis, experietur amaros, sin autem non metuet amaros, experietur dulces.

v. 111. *Claudite* et reliqua. Palaemon ipse processerat agros suos inrigare, sed iudex residens seruis suis hoc facere permiserat. Ideo ergo dicit, sufficienter esse inrigatos agros. *Claudite,* hoc est cantare desinite; satiati enim audiendo sumus. *Isidorus* ait. *Claudite* et reliqua. Allegorice carmen finiendum dicit. *Riuos,* linguas. *Prata,* mentes uel aures audientium.

Ecloga IV.

Hanc eclogam scriptam esse aiunt in Asinium Pollionem; quidam, in filium eius Saloninum, alii in ipsum Caesarem. Saloninus dictus a Salonis, ciuitate Dalmatiae; nam Pollio pro consule Dalmatiae constitutus progeuuit eum. In hac ecloga solus poeta loquitur de restauratione noui saeculi, hoc est: Saturni regnum aureum sub Octauiano adulanter restauratur, quod secuudum Christianos ad nouum testamentum per Christum et Mariam renouatum de prauato conuenit. — Hanc eclogam alii dicunt in laudem Pollionis eum fecisse, alii autem in filium eius Salonium, qui ab eo nomen accepit, quod illo tempore pater eius Salonas expugnauit. — Alii in laudem Caesaris siue Marcelli, filii Octauiae. — In hac ecloga simpliciter poeta canit genesim renascentis mundi sub Caesaribus.

v. 107 nominari optat scripsi | nomine optinent l || e terra sanguine concreto exortae litteras habuerunt nomen scripsi | et terra sanguine concrete litteras haberunt exorte nomen l | niolae et terra sanguine concretae litteras habuerunt nomen M || aee l || *si* reseres scripsi | resere B || 108 certantium M || ne odiat] an *ne perdat?* || quia amat B || nec labore desit B | ne l. d. M || Et hic Phyllida, om. dignus M || 111 satiati enim audiendo sumus Seruius | satiat enim audiendo sonns l || Isidorus] isiō ait B | osiō ait C, cf. ad E. IX 29. G. I 50. 88 et praef.

Ecloga IV. dictus est M || de prauato (sc. testamento) scripsi | de pranate l | deprauate M | an potius *de parte?* || alii autem in filium eius (sic) l || nomen accipit l || nascentis mundi M ||

In hac ecloga poeta duobus modis Augusto adolatur habundantia rerum et carminis modulamine. In hac ecloga *palingenesiam* inducit idest mundi iterum infantiam. Haec ecloga sic habetur, quasi in Sicilia *ut* (v. 1): '*Sicelides Musae*'. Haec ecloga aliquando sic habetur, quasi in agro, ut (v. 2): 'Non omnis arbusta iuuant', aliquando in urbe, *ut* (v. 62): 'Incipe, parue puer, risu cognoscere matrem.' Haec ecloga non proprie bucolicon dicitur. — Noui sacculi interpretatio, quod praedixit Sibylla.

v. 1. *Sicelides.* Siciliae facit mentionem, quia Theocritum Siculum imitatur in Bucolicis. *Musae*, uocatiuus casus. *Paulo maiora*, maiorem laudem. *Sicelides Musae*, Musas Siculas inuocat, quoniam Siculus fuit Theocritus, quem in Bucolicis imitatur. *Sicelides* idest Sicilienses. *Paulo maiora canamus*, quia nouum saeculum, de quo dicturus est, uetus praecellit.

v. 2. *Omnis*, pro omnia. *Non omnis arbusta iuuant*, idest non omnis delectat pastorale carmen. *Iuuant*, delectant. *Myricae*, genus frutecti. *Non omnis arbusta iuuant*, allegorice ac si diceret: non omnes populi laudem amant, uel uicem laudis suae reddunt; ideo regnum Octauiani et consules laudabo et cantabo; uel omnia ad Christum referuntur. *Myricae*, uirgultum infructuosum, allegorice carmina humiliora.

v. 3. *Si canimus siluas*, si de rusticis rebus scribimus. *Sic animus siluas*, idest: sic animus meus digne siluas idest pastorale carmen expedlat, uel sic animus Pollionis siluas diligat, hoc est carmen meum. *Siluae sint consule dignae*, idest, possim et ego in Bucolicis digne aliquid de Pollione scribere, qui utique erat designatus consul eo tempore, quo agris praeerat diuidendis.

v. 4. *Vltima*, suprema. *Cymaei*, Sibylliaci. *Cymaei*, quia Sibylla quattuor deorum descripsit regna; quae Cymaea dicitur de monte Cymo, et haec est Sibylla, quae de Christo cecinit multa; sed melius 'Hesiodei carminis' qui Cymaeus de Cyme, Asiae ciuitate dicitur. *Aetas*, tempus. *Vltima Cymaei.* Alii Sibyllam, quae Cymaea fuit, intellegunt, quae quat-

---

carminis M | carmine B || palingenesiam scripsi | talem genesim B || inducit | iudicit FP apud Thilonem mus. Rh. XV p. 120 || ut: 'Sicelides Musae' addidi, cf. argumenta ecl. II. III | quasi in sicilia haec ecloga B || in urbe *ut*: Incipe scripsi | in urbe incipe B || bucolicon M | bucolico B || sibilla B ||

v. 1 Sicelides C | sicilides B || Siciliae scripsi | sicilide l | Sicelidis M (idem coni. Siciliae) || uocatiuus casus scripsi | uōc accs l | unde uocatiuus accusatiuus M | Solet casuum nominibus *casus* notio addi cf. ecl. III 76. V 25 et alibi || quem] quaẽ B || *Paulo maiora*, quia M || 2 Iuuant delectant FP l. l. p. 120. 124 | iuuat delectat l || allegorice ac si diceret scripsi | hac si allegorice diceret B (hac si = ac si, cf. ad v. 11. Ecl. II 51. IX 53. X 42) | haec si allegorice diceret M || amant M | emunt B || et consulis M || et cantabo et cantabo B || referunt M || carmen humiliora B || 3 sic de l || sic animus meus — carmen meum | Patet ex scholii habitu, scholiastam *sic animus* pro *si canimus* per delirantiam legisse, quare illud in lemmate quoque posui | si animus utroque loco M | Similem oscitantiam glossator cum aliis locis tum inprimis ad Ecl. IX 1 prodidit || 4 supprema l || Hesiodei carminis scripsi | hesiodi carminis l || quo cyncus l || eias tempus l ||

tuor saecula libris suis digessit, aureum argenteum aereum et ferreum. Alii uerius Hesiodum, qui aput Cymen, urbem Asiae uixit quique per ordinem, ut Sibylla, deorum regna scripsit et ait, regna in caelo esse diuersa; primum Saturni fuisse aureum, deinde Iouis argenteum, Neptuni aeneum, ferreum postremo Apollinis. Hoc sequitur Virgilius regnum, quod posteritatem significat, et ad Apollinem pertinere ait, et in honorem Caesaris, quia Apollinem se Augustus uult accipi. *Vltima Cymaei carminis*, quod Cymae *carmen* Sibylla descripsit, in quo praedixit futuris saeculis tempora meliora.

v. 5. *Magnus ab integro*, ab origine, de nouo, ab initio, denuo, hoc est: ut fuerunt bona, ita et nunc erunt.

v. 6. *Virgo*. Iustitia, inter rusticos morata, fugiens mores hominum malos, in caelum abisse fertur et nunc redisse. *Virgo*, iustitia, quae *redire* decreuit propter hominum conuersiones, uel Terra, quae nunc frugifera, sicut et tunc, uel secundum nos Maria. *Iam redit et uirgo*, idest incorrupta iustitia, quae fugiens malos hominum mores in caelum dicitur abisse. *Redeunt Saturnia regna*, quae credebantur aurea fuisse; quattuor etenim saecula dixerunt extitisse, idest aureum argenteum aereum ferreum. Ergo aureum dictum est esse rediturum.

v. 7. *Iam noua progenies*. Salonium dicit, filium Pollionis qui multis cum prodigiis natus esse dicitur et risisse statim et locutus esse et XX digitos in manibus habuisse et nono die obisse, unde propter praesentia mala, cupiditate temporum meliorum coniciebat aliud saeculum secuturum. *Progenies*, Saloninus uel Augustus uel Christus uel Marcellus, Octauiae filius. *Caelo*, a caelo uel de caelo, quia uolebat eum credi a diis genitum, uel per hoc Pollioni adolatur, dum eum habere dicit honorem deorum.

v. 8. *Tu*, Diana. *Puero*, Phoebo uel Salonino. *Quo ferrea primum*, gens laboriosa uel lex uetus, uel aemulos Romanorum compescet puer. *Tu modo nascenti puero casta faue Lucina*, idest, Salonio faue, Diana,

---

degessit B || argentum (e supra u) B || cymem B || iouis argentum B || ferrenm omisit M || Hoc sequitur Virgilius. Regnum etc. M || quod Cymae *carmen* Sibylla descripsit scripsi | quod cyme sibilla descripsit B ||

v. 6 abisse fertur et scripsi | abysse seruiret nunc redisse (redis C) l || institia quae *redire* decreuit scripsi | iustitiaque decrenit l || connersiones scripsi | conuersationes l || uel Terra scripsi | nel terrae l || uel secundum nos maria cod. Leid. | uel sałmn; maria l || in caelnm abiisse seruiret, nunc redisse uirgo iustitiaque decreuit propter homiuum conuersationes uel terrae, quae nunc frugifera sicut et tunc, nel Saturni (!) Maria M || aurum dictnm est esse redditurum B || esse om. M || 7 cum prodigiis M | cum prodignis B || et locntus esse omisit M || ex XX digitos B || abuisse B || alium seculum B | ex codice Bern. 165 saec. X: Quaeritur de quo filio Pollionis ista dicantur, de Gallo an Salonino. Gallum enim constat natum designato Pollione, Saloninum (salouinō) uero iam ipso consule; qui multis cnm prodigiis natus esse dicitur. Statim enim ut natus est legitur risisse et etiam locntum esse et uiginti digitos in singulis manibus habnisse et nono die postquam natus est perisse, nnde propter praesentia mala — aliud saeculum (sec.) secuturum || geuitum C | gentium B ||

quam nascentes pueros in lucem educere putabant. *Quo ferrea primum*, idest desinit ferreum saeculum ut oriatur aureum.

v. 9. *Gens aurea*, Romani in deliciis, aut aurea domus Romae uel noua lex aurea. *Desinet*, cessat.

v. 10. *Lucina*, idest Diana, quae apud Latinos Lucina dicitur, apud Graecos ilithyia. *Lucina*, dea, quae parturientibus lucem praebere dicitur quae duas lampades duasque pupillas habere dicitur, quod nascentibus pueris lucem perennem det, uel quod luci praesit. *Tuus*, o Diana. *Iam regnat Apollo*, quia dixerunt Apollinem quandoque regnaturum, qui frater Dianae putabatur, uel per Apollinem Caesarem uult intellegi.

v. 11. *Teque*, adolatur consulem. *Teque adeo decus hoc*, ad Pollionem loquitur ac si diceret, haec bona tuo consulatu prouenient. *Inibit*, incipit.

v. 12. *Magni*, longi, uel pro populis intellegendum est lucida opera quasi dies habentibus. *Procedere*, uenire. *Magni menses*, duodecim qui ante decem fuere uel magni menses pro magnis populis.

v. 13. *Te duce*, te ueniente, o Salonine. *Te duce*, te principe. *Sceleris*, peccatorum. *Sceleris uestigia*, proscriptiones Syllanae et Caesarianae, uel corpus liberatum a peccatis significat, quia tempore Augusti Saluator uenit. *Sceleris uestigia nostri*, mali mores, si quod est uestigium sceleris, unde est magna formido.

v. 14. *Soluent*, homines. *Soluent terras*, idest si quod uestigium sceleris remansit, unde est magna formido, soluetur; uel 'scelera' pro bellis posuit, quae cessatura dicit; uel proscriptiones Syllanas et Caesarianas dicit esse soluendas, et hoc de Augusto uult intellegi. *Formidine*, Pollionis.

v. 15. *Ille*, Caesar. *Deum uitam accipiet*, adfirmat Caesarem esse inmortalem. *Ille deum uitam accipiet*, de Salonio dicit, deorum uitam habebit.

v. 16. *Permixtos heroas*, potestates caelestes. *Permixtos heroas*. quos dicebant deus de hominibus fieri.

v. 17. *Pacatumque reget orbem*. Si de Salonio, paterna uirtute reget Salonas; si de Caesare uirtute Iulii reget terrarum orbem. *Reget*, Octauianus orbem, Saloninus Dalmatas, uel Caesar Romanos, vel Christus Christianos. Aliter: quia Iulius Caesar orbem terrarum pacasse uidetur, qui Augustum sororis suae filium heredem imperatoremque reliquid.

v. 18. *At tibi prima puer* et reliqua; idest tibi, Saloni, inculta munus dabit, uel nullo colente terra tibi munuscula sponte praebebit. *Nullo cultu*, sine humano cultu uel dona magorum. *Munuscula*, apte diminutiue, tamquam puero, munuscula dicit.

---

v. 9 in diliciis B || uel aurea M || 10 Ilithyia scripsi | iathias B | iathia C || duas (sic) I || *Tuus*, o Diana scripsi | o tuus diana B || 11 hac si B || 12 lucida opera scripsi | lucido opera B || 13 sceleris nostri uestigia B || 14 remansit unde M | remansi inde I || cessatura dixit M || 15 caesa B || 17 si de Caesare C | si de .... B | si de Octauiano M || Dalmatas scripsi | dalmata B | Dalmatiam M || qui Augustum scripsi | quia augustum B || reliquid B || 18 munus dabit scripsi | munus

v. 19. *Errantes passim*, passim serpentes. *Baccare*, genus herbae florisue iucundi odoris.

v. 20. *Ridenti*, laeto uel patenti. *Colocasia*, herba aput Alexandrinos uastae radicis, cibo digna, et in Aegypto circa Nilum nascitur. *Acantho*, herbae uel flores purpurei.

v. 21. *Ipsae referent*, ipsae capellae per se ultro, non per pastores. *Distenta*, plena.

v. 22. *Magnos*, feroces. *Nec metuent*, mansuescent enim; *magnos leones*, homines feroces.

v. 23. *Blandos flores*, non omnes blandos sed ex omnibus meliores. *Cunabula*, initia generis. Cunabulum genus arboris, in quo pueri conantur molimina gressuum.

v. 24. *Occidet*, abscondetur. *Fallax herba*, herba aconitana, quae in Sardinia nascitur, quam si quis comederit, moritur; alibi autem nata somnum tantum hominibus facit. *Occidet et serpens*, idest non orientur noxiae pestes. Assyrium et serpens, signa nocifera in caelo, quae occidere dicuntur.

v. 25. *Occidet Assyrium*, idest abscondetur nociuum Syrii sidus, uel Assyrium amomum ubique nascetur. *Vulgo*, ubique, passim, promiscue. *Amomum*, genus floris, quod tantum in Parthia nascitur, quo amomum unguentum conficitur.

v. 26. *At*, uerum. *Simul*, una. *Heroum laudes*, Pollionis et Caesaris, uel duodecim libros Aeneidum. *Laudes heroum*, idest laudes Pollionis uel Caesaris canere poteris, cum ad uirilem togam perueneris, uel scriptas ab aliis legere.

v. 27. *Legere*, liceat canere. *Iam legere;* fecit enim Pollio noua carmina, faciens uelut Christus in templo.

v. 28. *Paulatim*, sine studio hominum terra fructus reddet. *Flauescet.* Omnia tibi dulcia.

v. 29. *Rubens*, matura. *Sentibus uua*, ulnels, arbustis.

v. 30. *Sudabunt*, effluent. *Roscida mella*, quia mel ex rore colligitur, aut quia cum rore de caelo cadit.

---

daho l || magorum] cf. mus. Rhen. XV p. 125, 18 || Munuscula — dicit omisit M || ahte l || diminutiue l ||

v. 20 apud Alexandrin — — — aste radicis M || accentho herbe B | floris B || *Acantho*, herba M || 21 ultro omisit M || 22 *magnos*, *feroces*, homines feroces] unde non temptanda erat codd. FP scriptura: 'Magnos feroces homines' mus. Rh. XV p. 122, 7 || 23 gressuum C | gresuum B graecum Mueller || 24 abscondetur scripsi cf. v. 25 | abscondet l | abscondet *se* Thilo l. l. p. 122, 10 || aconitana B | aconitata C | aconita M || somnum scripsi | somnium l || idest non orientur noxiae pestes scripsi | idest morietur noxiae pestes B | idest morietur. Noxiae, pestes M || qui occidere B || 25 ubique nascetur scripsi | ubique nascitur l | ubi nascitur M || 26 *Simul*, una scripsi | simul cum l | *Simul heroum laudes*, Pollionis etc. M || idest laudes Pollionis] laudes omisit M || scriptas M | scripta B || 27 liceat M | liqueat l || fecit enim scripsi fuit enim l || 28 Omnia tibi dulcia] omnia tibi erunt (terunt) duplicia FP mus. Rh. XV p. 122, 19 ||

v. 31. *Pauca tamen.* Siue Gallorum siue Gothorum proturbationem prophetat, sed uerius Parthicam, de qua portas Iani clausas legimus duodecim annos. *Priscae uestigia fraudis*, antiquae discordiae, astutiae hominum. *Priscae fraudis*, uetera bella raptusque coniugum et perfidiae hospitum remanebunt.

v. 32. *Temptare*, pro temptabunt. *Thetim*, mare.

v. 33. *Iubeant*, cogant.

v. 34. *Alter*, allegorice Antonius. *Tiphys*, gubernator nauis Argo, qui in Ponto cum superiore parte nauis perisse dicitur in loco qui Symplegas dicitur. *Argo*, nauis aput Danaos, eiusdem Tiphys *gubernator*.

v. 35. *Delectos heroas*, idest fortes viros. *Delectos* pro electis dixit, qui Argonautae dicti sunt et cum Iasone Colchos profecti. *Altera bella*, imperii tui.

v. 36. *Troiam*, Italiam uult intellegi per longiorem sensum quia a Troianis est constituta. *Achilles.* Pyrrhus Epirota de genere Achillis, uel Pyrrhus qui contra Romam dimicauit; allegorice Antonius. *Ad Troiam*, ad Asiam. *Achilles.* De Augusto Caesare idest Octauiano dicit. Iulius enim Caesar, cum Octauiano per testamentum nomen suum et regnum tradidit, etiam Troiam eum iussit restaurare.

v. 37. *Hinc ubi iam formata aetas*, quasi tunc puer esset Augustus uel non natus ita dicit. *Virum te fecerit*, uel ad puerum Salonium loquitur, quasi diceret, ubi adoleueris uel ubi uirilem togam sumpseris; uel ad Augustum, quasi puer esset tunc Octauianus, siue non natus esset, ita uaticinatur.

v. 38. *Cedet et ipse mari uector*, idest is qui merces uehit, dabit locum mari, nec necesse erit negotiari, quia omnia in omnibus terrae locis habundabunt. *Nec nautica pinus*, non indiget nauigare quia omnia ad te ferentur. Pro timore et pro honore regni eius haec omnia dicuntur. *Cedet et ipse mari*, abstinebit mari, sponte aduenient. *Vector*, pro uectores, uel *cedet*, omnia tibi cedent quamuis primo putaueris bella. *Nautica pinus*, nautarum nauis. Omnia habundabunt.

v. 39. *Merces*, pro mercedes. *Feret*, procreabit.

v. 40. *Rastros*, aratra, uel *rastros*, quibus operiuntur grana. *Non uinea falcem*, non amputabitur.

v. 41. *Robustus quoque* et reliqua. Ordo: Robustus arator tauris iuga soluet; propter ubertatem terrae infatigabilis non iniciet se labori.

---

v. 31 perturbationem M || portas M | porta l || Iani scripsi | iam l || ospitum B || 32 pro temptabunt C | qui (pro) temptabunt B || 34 typhis B || superiore] posteriore FP l. l. p. 122, 28 || simplecas B || *gubernator* addidit M || 35 colcos l || 36 de gerere cachillis l || 37 formata aetas l || ŭbi adoleueris B || siue non M | siuenus B || 38 negotiari C | negociari B || ad te ferentur prae timore, et pro honore M || regni, om. eius M || nautorum B || omnia habundabunt] pertinet ad v. 39 et intercidit lemma *Feret omnia tellus* cf. mus. Rh. XV p. 122, 35. 125, 38 || 39 fert procreabit (m. I — uit) B || 41 *Robustus quoque* et reliqua. Ordo addidi | Robustus arator etc. l ||

v. 42. *Varios colores.* Plagae enim signum aput gentiles creditur diuersos colores in uno uellere esse. *Mentiri.* Fucata lana mentitur alios colores.

v. 43. *Aries*, arietem pro omni pecore dicit, et per arietem ceterum pecus uult intelligi. *Suave*, aduerbium.

v. 44. *Murice*, tinctura purpurea uel rubra tinctura, uel flos. *Croceo luto*, hyacinthio colore, uel genus floris.. *Croceo luto*, idest tinctura crocei coloris. *Mutabit*, idest naturam suam ex alio in alium colorem. Haec omnia pro habundantia rerum dicuntur.

v. 45. *Sponte sua*, nemine serente; hyperbolice loquitur. *Sandyx*, genus herbae rubeae, cuius radices infantes cum coxerint, tabularum ceras ex eis tingunt, unde et 'sandines' uel 'sandices' uestes dicuntur.

v. 46. *Talia*, praedicta. *Talia saecla suis*, idest dixerunt concordes Parcae fusis suis, idest cum fusis suis haec statuerunt, in quibus putabantur fata continere.

v. 47. *Parcae.* Parcae enim fata hominum per fusos suos exposuerunt, alia nendo, alia texendo, alia rumpendo, ut *Lucanus* ait.

v. 48. *Adgredere*, o Salonine. *Adgredere magnos honores*, idest incipe ascendere.

v. 49. *Cara deum soboles.* Deum pro deorum posuit. Hoc uel ad Saloninum puerum loquitur uel ad Octauianum quos uult a diis originem trahere. *Magnum Iouis incrementum*, idest cui Iuppiter magnum dederit incrementum, hoc est augmentum, aut est incrementum Iouis, ut in numerum deorum accesserit. *Iouis*, de gente eius. *Incrementum*, siue hominibus siue diis.

v. 50. *Conuexo*, uecto rotundo uexato. *Nutantem*, exultantem gaudio aut trementem sub onere.

v. 51. *Tractus*, latitudinem. *Profundum*, excelsum.

v. 52. *Laetentur ut omnia*, laetatur mundus in aduentu tuo.

v. 53. *O mihi* et cetera, idest: O si mihi uitae spatium esset, sufficienter tua facta canerem. *Vitae*, quo uita mihi liceat.

v. 55. *Nec Thracius Orpheus.* De Thracia Calliopae Musae et Oeagri filius, qui tantum putatur cithara potuisse ut ab inferis Eurydicen coniugem reuocaret. Huic Orpheo mater Calliopea.

---

v. 43 pecore dixit M ‖ intellegit M ‖ 44 purpurea M | purpura l ‖ hyacinthio scripsi | iacincto colore l | hycinthino M ‖ naturam suam scripsi | natura sua B ‖ 45 nemine serente C | ferente B ‖ tingunt scripsi | tingnntur B ‖ contineri M ‖ 47 fusus B | *Lucanus* III 19 'lassant rumpentes stamina Parcas' ‖ Parcae snnt triplices (? triapata), Megaera (michera) Allecto (cillecto) Tisiphone (thesifone); sunt filiae Plutonis (plautonis) et Noctis, quarum una filat, altera noluit et tertia frangit C. Dis Orcus Plnton (planton) februus dens infernalis est secundum paganos cnins filiae III (·II·) Parcae fuerunt C ‖ 49 horiginem l ‖ ant est scripsi | antẽ B | aut M ‖ 50 sub onere scripsi | sub honere B | honore M ‖ 53 sufficienter [ut] tua fata canerem M ‖ Vtae quo uita mihi liqueat B | *Vitae*, quo uita mihi liceat M | *Pars ultima uitae* quo uitam liceat eam mihi uiuere FP (liquiat) mus. Rh. XV p. 123, 28. ‖ 55 thrachius B | trachius C ‖ oegri l ‖ putabatur M ‖

v. 56. *Nec Linus.* Hic dicitur fuisse Apollinis et Psamathes filius, Thebis oriundus, qui cursum solis lunaeque et omnium astrorum, omniumque rerum carmen scripsit uersibus non infacundis. *Atque huic*, Lino.

v. 59. *Pan etiam Arcadia*, ubi maxime colitur. *Iudice*, iudicante. *Mecum si iudice certet*, quae possit eius uictoriae fauere.

v. 60. *Incipe parue puer* et reliqua usque *cubili est.* Horum uersuum, nisi in nimis doctos inciderent, facilis erat intellectus. Profecto enim nihil aliud dicit quam hoc: Incipe puer parentibus iucundus esse et risu cognoscere matrem; sed curiosi aliud putant. *Risu cognoscere*, quoniam sic uidentur filii parentes suos agnoscere, cum ultro eis adrident, quod post quadragesimum diem faciunt; sin uero ante quadragesimum diem riserint, indicium mortis est.

v. 61. *Decem menses*, quia mares in decimo mense nascuntur, feminae uero in nono.

v. 62. *Cui non risere parentes.* Iuppiter sine concubitu dicitur de capite suo Mineruam genuisse, Iuno Vulcanum claudum, cui propter deformitatem abiecto nec Iuppiter illi nec Iuno adrisit, nec epulis eum Iuppiter accepit, nec Mineruae matrimonio copulatus est. Loquitur autem ad Salonium puerum, ne si parentibus non adriserit, Vulcano similia patiatur. Putabant autem ex hominibus duabus ex causis deos fieri: si aut mensas cum diis habeant aut uxores deas ducant, unde ait Aeolus Iunoni (Aen. I, 79): 'Tu das epulis accumbere diuum'. Proinde nobilibus pueris editis, in atrio domus Iunoni Lucinae lectus, Herculi mensa ponebatur. Siue hoc uult dicere: incipe parue puer iucundus esse et agnoscere risu matrem quia qui parentes suos non laetificauerant, uitae fructum non receperunt, idest uitales non fuerunt.

v. 63. *Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.* Iuppiter et Iuno, cum ex altercatione sine coitu filios edere susciperent, Iuppiter de capite edidit Mineruam, Iuno Vulcanum claudum. Hic praecipitatus

v. 56 psamatis B || infacundis scripsi | iufecuudis B | iuiucundis M | cod. 165: Hic Linus fuit filius Apollinis oriuudus ex Thebis composuitque non insulsa carmina ex solis cursu et lunae. || 59 archadia l | Arcadiae M || se indice M || quae possit eius uictoriae fauere scripsi | quae possit etiam uictor fabere B | quae possit etiam nictor fauere M || 60 nisi in nimis doctos inciderent scripsi | nisi nimis doctos incederent l | nisi uimis docti incederent M || facile l || qnam ho l || curios l, cf. mus. Rh. XV p. 124, 6 || quadragisimum et quadragismum B || agnoscere] cognoscere FP mus. Rh. XV p. 123, 37, cf. ad v. 63, et l. l. p. 126, 11. || riserunt M || 62 cui propter deformitatem abiecto ne iuppiter illi B | Scriptum olim fuit, ni fallor, *qui* propter deformitatem *abiectus est.* Nec Iuppiter illi etc., unde postquam 'qui' in 'cni' et 'abiectus est' in 'abiecto' abiit, *illi* remansit pristinae scripturae indicium || epulis M | epulas B || ex homiuibus M | ex omnibus B || dicant B || esset et B || laetificauerunt M || parentesuo B || reciperunt B || 63 cubile est l || filios edere susciperent Vsener | filios se debere suscipere l | suscipere [putarent]

de caelo arti fabrili operam dedit *et* fecit sellam miram, in qua cum Iuno sedisset, dicitur haesisse. Quae cum rogaret, ut solueretur, ille petit, ut suos parentes ostendisset. At risisse dicitur Iuno, unde ille matrem agnouit. *Nec deus* et reliqua. Ili sunt, qui parentes suos non laetificauerunt uitaeque fructum non ceperunt, hoc est uitales non fuerunt, sed hi parentes suos adfligunt, tamquam deos qui epulis et conubiis praesint ... ... quod Vulcano factum est: non enim Mineruae matrimonio copulatus est. *Nec deus*, Iuppiter, quia de conuiuio eum trusit, uel Hercules de mensa sua. Hoc allegorice ad Saloninum refertur, quasi in conuiuio deorum non esset, cum cito obisset; nonnulli ad Christum. *Nec deus*, quia epulis et conubiis deos praeesse putauerunt. *Dea*, Minerua Iuno uel Venus, quia nuptias Veneris petierat sed ab illa contemptus est, idest Vulcanus historialiter.

Ecloga V.

In hac ecloga pastor Menalcas regem pastorum Daphnim coram Mopso, contubernali pastore historialiter deflet; allegorice uero poeta Virgilius Flaccum fratrem suum coram Aemilio poeta, Vergilii amantissimo, deflet; alii Saloninum, alii Iulium Caesarem. Haec ecloga epitaphion dicitur. Haec ecloga proprie bucolicon dicitur. Haec ecloga in agro canitur, ut (v. 3); 'Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos'. Haec ecloga in Gallia canitur ut (v. 8): Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas'. Haec ecloga inpari numero epigrammatum maxime gaudet. — Quidam autem hanc eclogam dicunt ad Saloninum pertinere. In hac ecloga personae II inducuntur. In hac ecloga historia*liter uita* rustica, et allegorice ciuilis intimanda est. In hac ecloga nomina duorum pastorum inducuntur, quorum alter obitum fratris deflet, alter sacrat eum. Haec

---

M Thilo || dedit *et* fecit scripsi | dedit fecit 1 || ostendisset. At risisse scripsi | ostendisset adrisisse 1 | ostendisset (ostenderet Thilo) et risisse FP l. l. p. 124, 3. || hii 1 || recepernnt C || nitales non fuerunt scripsi, cf. v. 62 || hii tales 1 || sed hi parentes suos adfligunt tamquam deos qui epulis et conubiis praesint .... quod Vnlcano etc. transposui lacunaeque signnm statni | tamquam deos qui epulis et connbiis praesint sed hii parentes suos adfligunt quod uulcano etc. 1 | Lacnnam his explenerim: *unde nec epulis nec conubiis digni habentur*, uel similiter || Salonium M || idest om. M ||

Ecloga V. contubernali pastore historialiter cod. 165 | contubernali pastorem istorialiter B || contubernali historialiter M || Vergilii amantissimo scripsi cf. argumenti finem | certe amantissimo B | sibi amantissimo cod. 165 || epetaphion B || propriae B || hanc eclogam scripsi | ad hanc eglogam 1 || personae II indncuntnr scripsi | persone inducuntur 1 || historа*liter uita* rustica scripsi | historia rustica 1 || intimanda est scripsi cf. argum. ecl. VIII | intnenda snnt (s̃ C) 1 || alter sacrat eum scripsi | nisi manis 'sacrat *ei aram*' | deflet et consacrat eum 1 | consecrat M ||

ecloga in personas *duas* diuisa est, Virgilii scilicet et Aemilii Macri; fuit enim et ipse poeta Virgilio amantissimus. *Eusebius* dicit: 'Aemilius Macer, Veronensis poeta, in Asia moritur'. In hac ecloga Virgilius quasi sub persona Menalcae loquitur, et Macer quasi sub persona Mopsi.

Menalcas, Virgilius hic intellegitur, qui obitum fratris sui Flacci deflet, uel, ut alii uolunt, interfectionem Iulii Caesaris. Mopsus uero Aemilius Macer, Veronensis poeta, amicus, Virgilii amantissimus, qui et ipse poeta fuit accipitur. Menalcas, Mopsus: hi duo Daphnim flent.

v. 1. *Boni*, ad cantandum, docti, idonei. Ordo est: Cur non, Mopse, hic inter mixtas corylis ulmos consedimus, quoniam boni conuenimus ambo? *Cur non*, idest, non incipimus cantare: 'incipe' enim est infra (v. 10).

v. 2. *Inflare*, intus flare.

v. 3. *Corylis.* Corylus genus arboris. *Consedimus* pro considimus.

v. 4. *Tu*, elige locum, quia tibi parebo. *Maior*, aetate. *Aequum*, iustum. *Parere*, oboedire. *Tu maior.* Sub persona Menalcae se uult Virgilius intellegi, ut Mopsus eum maiorem et se minorem pronuntiet. *Iunilius* dicit.

v. 5. *Sub incertas*, sub diuo, sub motu arborum inconstantes. *Sub incertas umbras zephyris motantibus.* Ex uentorum enim flatu rami arborum commouentur et umbras mobiles faciunt.

v. 6. *Siue antro*, pro in antrum, ut (Aen. VI, 126): 'Facilis descensus Auerno'. *Vt antrum*, ubi Pan †.

v. 7. *Labrusca*, uitis siluestris, labrusca dicta eo, quod labris adponitur, siue quod in labris ruris, idest in saepibus nascitur. In conparatione uineae uituperabiliter dicitur, quando uero sola profertur, laudabiliter dicitur. *Iunilius* dicit.

v. 8. *Amyntas.* Cornificius hic per ironiam intellegitur. *Amyntas*, pastor. *Amyntas*, allegorice Cornificius, uel per ironiam dicitur. Nemo enim potest praeter se.

v. 9. *Phoebum*, Apollinem, uel te, o Virgili, fulgentem. *Phoebum superare*, idest: nonne potuisset me uincere? Vel potuisset uincere etiam Phoebum.

---

in personas *duas* diuisa scripsi | in personas diuisa l || amantissimus. *Eusebius dicit*: 'Aemilius Macer — moritur' scripsi. Hieron. Ol. 191, 1; cf. ad ecl. III 90, argum. ecl. X et praef. p. 711. Reiff. Suet. rell. p. 43. Ribbeck proll. p. 195 | amantissimus quia emilius macer etc. l || Veronensis poeta] poeta om. M || amicissimus M || deflent M || Quae conprehenduntur uerbis: 'Menalcas Virgilius — Daphnim flent' ad commentarium rettulit M, cum ad argumentum pertineant. ||

v. 1 ad cantan B | ad cantan[dum] M || mixtos B || bini B || 3 Consedimus pro considimus scripsi cf. argum. Ribbeck proll. p. 195 | in textu fuit consedimns, corr. considimus | Consedimus pro consedimus B | Considimus pro consedimus M || 4 elige C | eligi B || pronunciet B || seniorem M || 5 nobiles B || 6 in antrum scripsi | in antro l || facilius C || discensus l || *Vt antrum*, ubi Pan †] an *Vt antrum*, ut pro quemadmodum? In C certe in textu super *ut* scriptum est 'quemadmodum' || 8 per hφroniam B | per hironiam C || 9 nonne potuisset me nincere? scripsi | non potuisset m. v. B. || uel potuisset] an 'qui potuisset'? ||

v. 10. *Phyllidis ignes*, Phyllidis amores. Phyllis, *Lycurgi uel S*ithonis filia, regina Thracum, quae adamauit Demofonta, filium Adrasti, qui cum Troiam expugnabat, non poterat amorem eius extinguere illa. Inpatienter *enim* eum desiderans laqueo uitam finiuit in arbore folia non habente. Reuersus ergo Demofon ad illam arborem lacrimauit. Illa autem sensit amantis affectum et pro lacrimis folia pullulauit, ex quo et Phyllis est uocata. *Iunilius* dicit. *Phyllidis ignes.* Phyllis regina Thraciae, Lycurgi uel Sithonis filia, Demofontem, Adrasti *uel* Thesei filium redeuntem a Troia adamauit, qui iuxta promissum non rediens, illa sibi mortem laqueo adsciuit. Reuersus est ergo Demofon ad arborem illam foliis carentem et coepit lacrimare, illa autem sensit amantis affectum et folia pullulauit, ex quo et Phyllis uocata est.

v. 11. *Alconis.* Alcon genere Cretensis, sagittarius nobilis cum Dianae sacrificaret, filium suum ludo fatigatum et a somno correptum draco conplexus est quem librata sagitta inlaeso puero transfixit et occiso dracone filium incolumem liberauit. *Alconis.* Alcon peritissimus sagittariorum iter agens puerum aspexit a serpente circumplexum et direxit sagittam pueroque intacto serpentem occidit. *Iunilius* dicit. *Codri.* Codrus Atheniensium dux; cum inter Lacedaemonios et Athenienses bella gerebantur et nullo modo poterant conpesci, accepto responso Apollinis, eorum fore uictoriam, quorum rex hostium manu cecidisset, et ex quacumque acie princeps fuisset occisus, illam et uincere; cum ergo nemo auderet principem occidere, Codrus iste seruili et rustico habitu quasi unus pabulatorum ad hostes ueniens tanta iurgia ingessit ut mortem mereretur. Sic ergo ab eis occisus suis uictoriam praebuit.

v. 12. *Tityrus haedos*, pastor, quia quisquis haedos uel oues pascit, Tityrus dicitur. *Seruabit Tityrus haedos.* Non te retinebit hoc.

---

v. 10 Phyllis Lycurgi uel Sithonis filia scripsi cf. Seru. et Ouid. Her. II 111 | utrumque abiit in: Phyllis githonis (*gy*thonis infra!) filia l || demofonta l. sic semper || extinguere illa. Inpatienter *enim* enm scripsi et interpunxi | extinguere illa. inpacienter (illa. Inpacienter C) eum l | extingucre. Illa impatienter enm M || ille autem l || Pyllidis pyllis B || trachiae B || Lycnrgi uel Sithonis scripsi cf. supra | gythonis B || Adrasti *uel* Thesei scripsi cf. supra et Sern. | adrastitcsei B || non redeuntem coniecit M || ex Troia M || quia iuxta promissum non rediens] Epitomatoris nimia oscitantia accidit nt et hoc dicendi nitium committeretur et Demofontis *causa profectionis* celaretur. || illa aut B || Phyllis regina Thracum, adamanit Demofontem (demonfontem) renertentem a bello Troiano quae mandauit ei, ut eam acciperet (accipiret) uxorem, qui ait ita se facturum, si (sed) prius ordinare iret regnum. Qui cum moraretur extra placitos dies, contempni se putans amoris impatientia uersa est in amygdalnm. Postea Demofon reuertens, ut eam dnceret, conperit casum (causam) eins: [*eam*] uersam esse in arborem. Qui amplexatus est trunenm aridum [*qui*] statim ad amplexus eins emisit folia. C. m. II sed saec. X—XI || 11 qnem. librata scripsi | quam liberata l | qnem uibrata M || inleso l || incolomem l || circumplexum M cum Wagnero II 11 qui praeterea pro *puerum Phalerum* coniecit p. 12 | circumflexum B || intacti B || accidit (corr. o — m. I) B || inter lacedonios B || rustico M | rnstici B || t2 Tityrns — dicitur omisit M || retinebit hoc om. C || carta l ||

v. 13. *In cortice fagi.* Antiqui carmina in cortice scribebant quia charta non erat.

v. 14. *Modulans*, modos conponens carminum.

v. 15. *Experiar*, dicam. *Amyntas*, Cornificius.

v. 16. *Lenta*, flexibilis. *Salix pallenti cedit oliuae*, quia salix similia folia habet oliuae, et paene similes sunt salix et oliua.

v. 17. *Puniceis*, rubeis. *Saliunca*, genus herbae florem minutum gerens suauissimi odoris. *Iunilius* dicit. *Rosetis* a rosa, ut: 'Rubentes rosas.'

v. 19. *Desine*, dicere. *Successimus*, intrauimus. *Successimus antro*. Hucusque conloquium. Nunc luctus incipit.

v. 20. *Crudeli funere*, saeua morte. 'Crudele funus' est uiuis parentibus mori. Vel de Caesare dicit qui uiginti tribus plagis in curia confossus est. *Daphnim.* Daphnis eximiae formae, rex pastorum et non diu uixit. Alii allegorice luctum Salonini relatum dicunt, sed magis epitaphium fratris intellegimus, et Virgilius specie Daphnidis fratrem suum, Flaccum nomine, deflet, quamuis alii de Iulio Caesare dicunt. *Iunilius* dicit. — *Daphnim.* Daphnis pastor. Hic cum amaret Caedinam Nympham et fidem ei dedisset, expertem se omnium feminarum *fore* praeter eam iurauit, et in quamdam Nympham lapsus est, et ob hoc peiurium luminibus orbatus est; carminis tamen meruit scientiam et uenerabilis inter pastores fuit pro carmine. *Iunilius* dicit. *Daphnim.* Daphnis Mercuri et Hersae filius, in Sicilia pastor, eximiae formae fuisse dicitur, sub cuius nomine uel Flaccum, germanum suum uel Iulium deflet.

v. 21. *Flebant*, lamentabantur. *Vos*, estis. *Coryli et flumina*, populum et senatores appellat; notandum tamen, quod feminino nomine et neutri respondit dicendo 'testes coryli et flumina.'

v. 22. *Cum conplexa sui.* Si de Flacco dicit, Maiae matris eius mentionem facit, qua superstite mortuus est; si de Caesare, matrem eius uult intellegi. *Conplexa corpus.* Superstite enim Maia matre Flaccus defunctus est, quae eius mortem grauiter ferens non diu superuixit. *Iunilius* dicit. *Miserabile*, miseratione dignum.

v. 23. *Astra crudelia*, per quae hominum fata moueri atque impleri uel mutari putabant; sane dicendo 'crudelia' etiam deos, quod masculinum nomen est, conclusit.

---

v. 16 poene B || 17 ut: 'Rubentes rosas'] Aen. XII 68 'mixta *rubent* ubi lilia multa alba *rosa*' || 19 hucusque scripsi | hoc ẽ B || 20 est uiuis B | est om. C || 20 formae C | fomae B || Caedinam] *Lycam* nominant Philargyrius et Seruius Reginensis || dilectus a Nympha *Lyca vel Aedina* Philargyrius excerpt. II || feminarum *fore* praeter scripsi | feminarum praeter B || luminibus Philargyrius | luminis B || urbatus B || scientiam B | scientia M || mercuri B || 21 Vos [t]estis M || coryrili B || quod feminino nomine et neutri respondit scripsi | quod femino nomine et neutro respondit B | quod feminino nomini et neutri respondet [testes] M || Quod autem ait 'coryli testes et flumina' usurpatum est; nam 'testia' non dicimus, unde per definitionem debemus dicere: 'testes sunt Nymphis'. C m. II || 22 quae superstite B || matrem B | ma[t]rem M || miserationem B ||

v. 24. *Non ulli*, pastores nulli. Nullus erat qui pecora Daphnidis pasceret, uel nullus gregem proprium pro luctu requirit, uel ipsa pecora pro maerore pascere nolunt. *Non ulli*, uersus XIII syllabarum. Nullus ogit pecus suum propter planctum, *uel* pecora ipsa non pascebant se pro taedio. *Egere*, egerunt; ago egi.

v. 25. *Daphni*, uocatiuus casus est.

v. 26. *Libauit*, gustauit, uel leuiter ore attigit. *Graminis*, campi.

v. 27. *Poenos*, crudelis. *Poenos leones*, idest Africanos uel Carthaginienses uult intellegi Iulium fleuisse. *Leones*, pro montibus in quibus sunt leones.

v. 28. *Interitum*, mortem Iulii Caesaris. *Interitum*. Non optime morte inmerita interitus dicitur. *Iunilius* dicit. *Montesque feri*, praerupti, uel in quibus sunt ferae, uel si de Iulio accipis, feros montes eius interfectores, siluas Romanum populum intellege.

v. 29. *Daphnis*, deest 'nam.' *Armenias*, reliquias Liberi patris, quas Iulius deduxit de Armenia ad Romam. *Curru*, pro currui, idest: inmanes enim et feros homines domuit religione. *Armenias tigres*, uel quia inter pastores Daphnis primus tigres domuit, uel allegorice de Iulio intellege, quod Armenias tigres, idest feras gentes, perdomuit. *Tigres*, bestias.

v. 30. *Instituit*, inuenit, non primus, quia alius tigres domuit, sed inter pastores primus *Iunilius* dicit. *Daphnis thiasos*. Iulius enim reliquias Liberi patris et sacra Romae adduxit. *Thiasos*, hastas uariis sertis indutas quibus Bacchae idest mulieres debacchantes in sacris Liberi patris utebantur. Hoc genus ludi more certantium. *Bacchi thiasos*, coetus uirginum uel puerorum bacchantium plangentibus Nymphis. Item: *Thiasos*, saltationes. Sunt enim thiasi coetus uirginum atque puerorum bacchantium plangentibus Nymphis. *Bacchi*, Liberi patris, qui postquam bibebat uinum, bacchabatur.

---

v. 24 *Non ulli*, pastores nulli scripsi | Nonnulli pastores non nulli 1 | N. p. non ulli M || Nullus erat scripsi cum C | non nullus erat B | non nllns erat M || gregem propriam M || pro merore 1 || pecora B | *uel* pecora scripsi || 26 Gramminis B || 27 crudeles M || cartaginenses 1 || 28 morte inmerita scripsi | morte iam merita 1 | mors iam merita M | mors etiam immerita Wagner II 21 non obitum ne morte iam merita uideretur extinctus Laurent. Phil. (leg. ne morte *in*merita) mus. Rh. XV p. 131 || montesque fieri B || 29 Paphnis B | Panis C || qne iulins 1 || et fero 1 || domuit religione scripsi cf. sequ. | docuit religione (docnt C) 1 | docuit religionem M || uel quia B | uult quia M || intellege scripsi | intellegi B || 30 quia alios tigros B | an 'quia Liber'? || 'non primus — inter pastores primus', qnae olim post 'Tigres bestias' seqnebantnr, huc transposui || quia alins tigres] quia ante Bacchus tigres Wagner de Phil. II 13 || Romam adduxit M | 'Romae' non ausus sum temptare cf. Verg. uit. II || *Thiasos*, hastas] Nisi male errasse huius scholii anctorem malis statuere, eum pro thiasos *thyrsos* (C thyasos) legisse crediderim, cf. Seru. || mulieres debacchantes scripsi | mulieres dibachautis B | dibacandis C | bacchantes M || Hoc genus ludi more certantium. *Bacchi thiasos*, coetus etc. scripsi cf. sq. | hoc genns ludi more certantinm bachintia coetus 1 | et, nisi quod *bacchintia* maluit, Mueller || qni postquam bibehat scripsi |

v. 31. *Intexere*, inligare innectere.

v. 34. *Tuis*, parentibus sis propitius tuis. *Tulerunt*, abstulerunt.

v. 35. *Ipsa Pales*, dea frugum uel pabulorum uel dea pastoralis ut putabant.

v. 36. *Grandia saepe quibus*. Morte Flacci uel Iulii uniuersa mutata sunt adeo ut sterilitas fieret.

v. 37. *Infelix*, sterile ut e contrario 'felix' fecundum. *Lolium*, zyzaniam. *Infelix lolium*, quia qui lolium manducant, caecitatem patiuntur. *Auenae*, herba messibus nociua.

v. 38. *Molli*, purpurea. *Purpureo*, pulchro. *Narcisso*, puer in florem conuersus.

v. 39. *Carduus et spinis surgit paliurus acutis*. Sensus est: post obitum Daphnidis idest Flacci, omnia quae fecunda erant, sterilia *facta* sunt. *Iunilius* dicit. *Palliurus*, herba spinosa.

v. 40. *Spargite humum foliis*. Genus planctus est, hoc est, desuper folia congregate, uel humum super folia spargi dicit. *Inducite*, idest tegite circumflexis uel circumfixis arboribus.

v. 41. *Mandat fieri sibi Daphnis*, carmen post mortem. *Talia*, funesta.

v. 42. *Addite*, superscribite. *Carmen*, epitaphium, hoc est in eulogio superscribite duos uersus sequentes.

v. 43. *Daphnis ego* et reliqua, sit scriptum supra tumulum. Haec allegorice Iulio conueuiunt uel Flacco. *In siluis*, in siluis positus. *Hinc usque ad sidera notus*, ut alibi (Aen. I, 379): 'Fama super aethera notus.' Aut quia deus, aut quia futurus erat. *Iunilius* dicit. *Ad sidera notus*, quia deus futurus existimabatur.

v. 44. *Formosi pecoris*, Romani populi. Si ad Caesarem referas, hoc dicit: boni populi optimus imperator. Ellipsin epigrammata amant ut (Aen. III, 288): 'Aeneas haec de Danais.'

v. 45. *Tale*, dulce.

v. 46. *In gramine*, in campo.

v. 47. *Restinguere*, infinitiuo modo. *Saliente*, scatente.

v. 48. *Calamis*, scriptis. *Aequiperas*, coaequaris, adsimulas. *Aequiparas*, accusatiuo casu et ablatiuo seruit. *Voce*, cantu. *Magistrum*, Theocritum. Allegorice dicit Virgilius de Theocrito.

---

qui postquam libebat B | quia postquam libabàt M cf. ad ecl. II 70 (liberet pro biberet) ||

v. 34 sis propitius tuis] An: siue propinquis tuis? cf. ad v. 65 || Tu decus idest fuisti C || 35 I pales C | Pales B || 36 stelelitas l || 37 zyzaniam B | zizaniam C | zizanium M || lolium om. M || cecitatem B || 39 sterilia facta sunt scripsi | sterilia sunt B || spinona l] fuitne spinonsa? || 40 genus plactus l | planctus M || desuper congregare M || idest tegite scripsi | idem tegite B || et circumfixis M || 43 conueniunt B | conuenit C || super hethera B || exestimabatur B || 44 romani populi optimus imperator C omissis ceteris || Ellipsin scripsi cf. schol. Veron. p. 75 K | Semper B || 45 Tale C | tela B || 46 in uersu 'lassis', in margine 'fessis' || 47 scantente B || 48 coaequaris scripsi | quo equaris B | quo aequaris M || equiperas, equiparas B ||

v. 49. *Fortunate*, honorem coeptum seruat. *Alter ab illo*, secundus a Theocrito.

v. 50. *Nostra*, carmina.

v. 51. *Tollemus ad astra*, inmortalem faciemus.

v. 53. *Maius*, melius.

v. 54. *Et puer iste fuit*, modo Daphnis uel Flaccus, non Iulius. *Ordo*: et ipse puer fuit.

v. 55. *Stimicho*, poeta uel pastor. Figurauit nomen Echo Nymphae resonando. *Stimicho*, quasi stimulante Echo.

v. 56. *Candidus*, pulcher. *Insuetum*, aut sibi aut hominibus, aut insuetam hominibus caeli uiam. *Limen Olympi*, ianuam caeli, uel limen pro templo posuit.

v. 57. *Daphnis*, Iulius.

v. 58. *Alacres*, sine laceratione, iucundas. *Et cetera rura uoluptas*, adiuuat caelo.

v. 59. *Panaque pastoresque tenet*. 'Tenet' delectat, ut: 'nos lectio tenet.' *Dryadas*, Nymphas inter arbores habitantes. *Dryadas*, Nymphas agrestes.

v. 60. *Nec lupus insidias*. Sensus est: omnia bona sunt adiutorio eius. *Nec lupus insidias*. Securitatem dicit.

v. 61. *Meditantur*, praeparant. *Otia*, pacifica.

v. 62. *Ipsi*, idest Menalcae intellege hanc uocem colles et siluas dedisse respondentes. *Iatant*, laudant.

v. 63. *Intonsi montes*, metaforice, intacti umbrosi nemorosi siluestres, uel montes pro habitatoribus.

v. 64. *Deus*, *deus ille*, *Menalca*. Hic quaestio ab imperitis Virgilio obicitur, qui confundi personam hoc loco a poeta arbitrantur. Duos enim inducit pastores in principio huius eclogae alternis cantantes, Mopsum et Menalcam, unde cum 'Mopse' dicere debuit, 'Menalca' suum nomen dixit. Sed qui diligentius sensum horum uersuum adtenderit: 'Ipsi laetitia uoces', intelleget hanc uocem colles et siluas dedisse respondentes Menalcae cantanti: 'Deus, deus ille, Menalca.' *Iunilius* dicit. *Deus*, *deus ille Menalca*, idest cantanti Menalcae montes et siluae haec respondebant. *Ille*, Daphnis scilicet.

v. 65. *Sis bonus*, idest propitius, ut ibi (Aen. I. 734): 'Adsit laetitiae et Bacchus dator et bona Iuno.' *Felixque tuis*, quos superius

---

v. 49 Fortitudine C || 54 *Ordo*: et ipse puer fuit. *Stimicho*, poeta uel pastor scripsi et transposui | Stimicho (Stimico C) poeta uel pastor et ipse puer fuit 1 || 55 echo nymphe B | Echo nympha M || stumulante B || 56 aut insuetum 1 | aut insuetam hominibus om. M || 58 adiuuat caelo] An 'ut uidet de caelo'? || 59 pastoresque tenet 1 || egrestes B || 60 Ne lupus B | Nec lupus C || 62 idest idest menalce 1 || Menalcae; intellege M || 63 umbros 1 || 64 manalca 1 || personas M || hoc loco om. M || alternis scripsi | alterius 1 | alternos M || cum 'Mopse' scripsi | eum mopsus 1 | cum Mopsum M || Menalcam M || ipsa laetitia uocis coniecit M || idest cantandi B || 65 et bona uino 1 | unde de bonis uinis cogitabat M, 'et bona *uina*' coniciendo, haud inebrie || quos superius occupauerat maeror scripsi cf.

occupauerat maeror. *Felix*, feliciter usus. *Quattuor aras*, 'arae' enim hominibus ponuntur, diis tamen 'altaria.'

v. 66. *Duas tibi Daphni.* Semper inpar numerus ad superos pertinet; par autem ad inferos, siue mortuos homines. *Phoebo*, Apollini, idest sic tibi ut Phoebo uota feremus.

v. 67. *Vina*, pro uinea, uel 'uina' pro 'bina.' *Nouo*, recenti. *Lacte*, quia et caseus lac dicitur, ideo dixit 'nouo' idest recenti.

v. 68. *Craterasque duos*, idest duo sextaria; quoniam duas aras consecrat, eleganter adiunxit duas crateras. *Iunilius* dicit. *Craterasque*, fit crater et cratera. *Oliui*, pro olei, quia tantum Mineruae oliuum consecratur.

v. 69. *Baccho*, uino.

v. 70. *Si frigus erit*, si hiemps fuerit. *Si messis*, si aestas.

v. 71. *Nouum*, magnum. *Calathis*, calicibus. *Calathis*, genus poculi, hoc est fialis in angustum sursum collectis. *Ariusia.* Ariusium uinum Chium significat ex Graecia quod est optimum. *Nectar*, dulcedo saporis. *Ariusia*, oppidum Italiae, ubi Picenum uinum nascitur, uel uina Ariusia, quae sunt nouum nectar, uel *Ariusia*, promuntorium est Chi insulae, uel *Ariusia*, Lesbium uinum, ubi portus Ariusius in insula Lesbo est, uel Chio monte, qui est in insula Chio.

v. 72. *Damoetas*, allegorice Virgilius. *Aegon*, allegorice Pollio. *Lyctius*, Cretensis, a Lycto urbe Cretae. *Iunilius* dicit.

v. 73. *Saltantes*, ad mobilitatem corporis pertinet. *Satyros*, pueros uel homines siluestres. Sensus est: Sic laeti sicque saltantes erimus, quasi satyri simus. *Alphesiboeus*, quidam pastor, uel allegorice Cornelius Gallus; quem inuenisse boues significat, cum sibi restituisse agrum.

v. 74. *Solemnia*, dona sunt quae certis diebus celebrantur. *Solemnia uota*, anniuersaria sacra, quae certis diebus celebrantur propter fetus. Cenarum autem genera tria sunt, unum ut dixi 'solemne', aliut 'uiaticum', cum ad cenam conuocentur, tertium 'geniale', quod genio nostro indulgemus.

v. 75. *Lustrabimus*, purgabimus, unde et 'ambarualis' dicitur hostia, ab ambiendo arua. *Lustrabimus*, idest purificamus sacrificiis.

---

v. 20 sq. et ad ecl. VII 51 | quo superius occupauerat memor l | quos opertus occupauerat memor M || diis tamen] tantum l | diis altaria M ||

v. 67 recenti. lacte B | recenti lacte; quia M || caseos B || idest recenti scripsi | uel recenti B || 68 duos crateras M || *Craterasque* lemma addidi || oliuum consecratur scripsi | oleum consecratur B || 71 *Nouum*, magnum cf. Seru. || fialas l || ariusiccariusum l || Chium M | ciori l || uina aruisa B || uel aruisa promontorium B || chi B || uel [a] Chio monte M || 72 lictius, licta l | Lycto Wagner de Phil. II 11 || 73 ad nobilitatem B | ad ᵐnobilitatem C || quas satyri B || quem inuenisse boues] Patet adludi ad uocis Ἀλφεσίβοιος etymologiam || 74 sacraque l | sacra M || propter fetas M || Cęnarum C | caenarum B, semper || aliut B | aliud C || uiaticum ut Terentius: 'Ad cenam uocant aduentum gratulantur' Philargyrius || quo genio coniecit M || 75 *Lustrabimus* lemma post 'arua' addidi || aruambalis dicitur ostia B ||

v. 76. *Dum iuga montis aper.* '*Dum*' hic in perpetuum, ut (Aen. I, 607): In freta dum fluuii current, dum montibus umbrae'. Alibi enim ad tempus.

v. 77. *Thymo*, genus uirgulti florentis. *Dum rore*, donec ros est. *Cicadae*, uermes.

v. 78. *Honos*, honor. *Honos*, in sacrificiis, *nomen*, in praedicatione, *laudes*, in meritis.

v. 79. *Baccho*, Libero patri. *Vt Baccho Cererique*, sic tibi, Daphnidi, quasi tertio deo. 'Cereri' autem propter aridos 'Libero' propter humidos fructus, Daphnidi propter pecudum prouentus. *Iunilius* dicit.

v. 80. *Damnabis*, alligabis. 'Damnatus, addictus et absolutus' ut *Agroecius* dicit. *Tu quoque uotis*, uota tua multi adorabunt. *Tu quoque uotis*, discessio hic. *Damnabis*, deuincies uotis, reos facies, condemnabis et reos uotorum facies, hoc est alios damnabis non sacrificantes, uel superabis alios deos sacrificiis tuis. *Gaudentius* dicit.

v. 81. *Quae tibi*, ut ibi (Aen. IX, 252): 'Quae digna *uiri* pro laudibus istis.' *Iunilius* dicit.

v. 82. *Venientis sibilus austri*, molliter et leniter uenientis. *Neque me*, iuuat.

v. 83. *Percussa*, leni strepitu. *Iuuant*, delectant.

v. 84. *Saxosas*, quoniam iucundus auditur sonus, quoties aqua prosaliens saxis inpeditur.

v. 85. *Hac te nos ante*, ac *si diceret:* te carmine donabimus bucolico. *Fragili cicuta* hoc est carmen bucolicon. *Hac*, cum qua de ouibus pastoribusque cantaui. *Hac te nos*, ad memoriam iucundae contentionis alter alterum muneraiut. Hic duas illas eclogas superiores dicit. *Donabimus*, allegorice Octauianum. *Cicuta*, carmine bucolico.

v. 86. *Ardebat Alexim*, sic te diligimus.

v. 87. *Docuit*, cecinit, idest illa cicuta tibi dabitur, in qua illud expressum est carmen: 'Dic mihi Damoeta' et reliqua.

---

v. 76 *Dum iuga montis aper.* 'Dum' hic in perpetuum ut: 'In freta' etc. Alibi enim ad tempus scripsi et transposui | Dum iuga montis aper hic ad tempus alibi enim in perpetuum ut in freta — umbrae 1 || 79 pecudum M | peculum 1 || 80 ut Agroecius dicit] cf. p. 2270 Putsch: 'Damnatus et addictus et absolutus. Virgilius (Aen. XII 727): 'Quem damnet labor.' . . . Idem alio loco: 'Damnabis tu quoque uotis', sicuti uoti reos dixerat, ita et absoluendos dicit.' || 80 discessio scripsi | discissio B || deuincies uotis scripsi | denoces uotis 1 | deuouebis, uotis reos facies M || sacrificis 1 || 81 Quia et ibi 1 || ut ibi (Aen. IX 252): 'Quae digna *uiri* pro laudibus istis' scripsi | quae digna pro laudibus istius 1 Mueller || 82 Venientes B || 84 anditur B | auditu[r] C || prosaliens 1 | prosiliens M | profluens Philargyrius || 85 ac *si diceret* te carmine etc. scripsi | ac te carmine C | hac te carmine B | hoc te carmine M cf. ad ecl. IV 2, 11 multisque aliis locis || hac cumq; C || actenos B || muneranit M | numerauit B ||

v. 88. *Pedum*, baculum incuruatum, quo pedes ouium praepediuntur; *pedum*, accusatiuo casu tantum inuenitur. *Pedum*, aliam laudem quam nulli alii uolebam dare. *Quod me cum saepe rogaret, non tulit Antigenes et erat tum dignus amari*, idest, quod munus, puer cum esset Cornificius uel Antonius speciosus, et cum concupisceret, non inpetrauit quamuis ob aetatem dignus esset.

v. 89. *Antigenes*, quidam pastor, allegorice Cornificius uel Antonius.

v. 90. *Paribus nodis*, pari interuallo distantibus, aut aequalibus. *Iunilius* dicit. *Menalca*, Daphni idest Octauiane.

Ecloga VI.

In hac ecloga historialiter notandum, pastores ad senem quendam idest Silenum isse et eum sciscitasse antiquas fabulas uariasque mundi series, quod allegorice significat amicos uel socios Pollionis et Vari Virgilium postulasse Bucolica. Quanto magis Pollio et Varus postulauerunt, qui amici Virgilii erant? Haec ecloga in honore Vari scripta est et Pollionis. In hac ecloga solus poeta loquitur. — In hac ecloga ostenditur quod primo Virgilius Aeneidos adgressus est scribere, sed Augusti rogatu humillima idest Bucolica conscripsit, ut est (v. 3): 'Cum canerem reges' et reliqua. Alii dicunt hanc eclogam principium esse Bucolicorum. Haec ecloga non proprie bucolicou dicitur. Haec ecloga quasi in Sicilia canitur ut (v. 1): 'Prima Syracusio' et reliqua, et in urbe canitur. In hac ecloga Virgilius se Silenum fingit, qui canebat; Chromem et Mnasylum Pollionem et Varum, uel Cornelium et Tuccam qui uinctum quasi Silenum *Bucolica* postulabant, esse aiunt. — Fauni et Sileni et Satyri. Haec animalia sunt et alas habent et prius uermes sunt, qui in lignis nascuntur, ut aiunt, et postmodum petulca animalia fiunt. *Faunorum*, hoc est antiquorum Sicanorum, uel genus Fauni, pastoris Latini. Sed genera daemoniorum a quibusdam creduntur; alii uero tria genera pastorum in Italia fuisse dicunt antiquitus. Fauni a fando dicti. *Leonymus* eo libro

---

v. 88 accš caš l | accusatiuus casus, tantum M || Quid me B || ob aetate B] an: ob aetatem *amore*? || Menalca — Octauiane om. M ||

Ecloga VI. amico l || uel Vari M || in honorem M || scripta et M || Virgilius Silenum M || qui canebat scripsi | quia canebat B || cromem et mnasilum B || et Varum uel Cornelium et Tuccam qui uinctum quasi *Silenum Bucolica* postulabant, esse aiunt scripsi | et uarum *et sillam* uel coruilium et tuccam qui niuctum quasi postulabant efficiunt B | et Scyllam coni. Seruio couiecit M sed cf. v. 13 || postulant M || *Faunorum* hocest etc. (idest M)] Genetiuus iste, qui et in sequentibus conspicitur, eius eclogae titulum respicit, qui est is: FAVNORVM SATYRORUM ET SILENORVM DELECTATIO. titulos quoque scholia excitasse, en uide alterum exemplum ad argum. ecl. X || pastoris Latini scripsi | patris latini l (latiuis C) || demouiorum l | daemonum M || Fanni a fando dicti. *Leonymus eo libro* quo de mirabilibus diuersorum deorum

quo de mirabilibus diuersorum deorum ac dearum sacramentis loquitur, dicit: 'Fauni *a* Fauno pastore, qui et deus, dicti, Sileni a Sileno poeta, Satyri a Satyro pastore'. Hisque omnibus haec ecloga modulabilis est. *Faunorum* et reliqua, quia de diis dicit pro inhabili qualitate uel feritate ab hominibus disiunctis, quos his nominibus uocat. *Faunorum*, antiqua genera pastorum in Italia, idest antiquorum Sicanorum nomina, uel socii Pollionis et Vari, qui Bucolicam postulauerunt.

v. 1. *Prima*. Non quia primus Bucolica Latina scripserit, sed hoc ait: prima haec me uoluit Thalia conscribere, mox et alia facturum; uel laudatiue *prima*, idest principalia, ideo quia Syracosio uersu scribuntur, qui uersus praecellit, quia Theocritus Syracusanus fuit qui primatum obtinuit apud Latinos. *Syracusio*, pro Syracusano, proprium pro appellatiuo posuit. Syracusano enim debuit dicere a Syracusis, ciuitate Siciliae, sed poetica figura usus Syracusio dixit. *Syracusae* urbs Theocriti in Sicilia, quia hic Syracusanus auctor Bucolicon fuit. *Dignata est*, digno et dignor. *Ludere*, eleganter ait 'ludere', carmen iucundum et remissum et minime triste describens.

v. 2. *Nostra*, idest Itala, Romana. *Nostra*. Musa namque poetarum. *Neque erubuit siluas habitare*, idest Bucolica scribere. *Thalia*, nomen proprium Musae uel Musa siluestris.

v. 3. *Cum canerem* et reliqua, hoc est, cum canere uellem, ut ibi (Aen. II, 111): 'Et terruit Auster euntes', pro 'ire uolentes.' Eleganter declaratur hoc uersu Virgilius ante hoc carmen coeptos Aeneidos libros habuisse in honorem regum Romanorum, et proposito omisso Augusti imperio minora potius carmina scripsit. *Iunilius Flagrius* dicit. *Aurem uellit*, aurem a meis carminibus *abstulit*, uel *aurem uellit*, idest aurem

---

ac dearum sacramentis loquitur, dicit: 'Fanui a Fauno — a Satyro pastore'. Hisque omnibus haec ecloga modulabilis est scripsi et transposui | Fauui fauno pastore qui et deus dicti leouimus dicit fauni (leoni|||mus dic̃. fanni C) a fando dicti sileni a sileno poeta satyri a satyro pastore. Hisque (His quoque C) omuibus haeo egloga modulabilis est quia de mirabilibus diuum suorum (diuũs norũ C) haec (hec C) dearum sacramentis loqnitur libri, qnos secutus est M || *Leoninus* M || [a] Fauno pastore M || dinum snorum *et* dearum M cf. praef. cap. X 3 || quia de diis dicit pro inhabili qualitate uel feritate ab hominibus disiunctis, quos his nominibus nocat scripsi et transposui | quia de diis dicit qnos his nomiuibus pro inhabitabili qualitate nel feritate ab hominibus deseunctis nocat B | nnde: deiunctos M || bocolicam B cf. Ecl. III 29. 30 bucolicum M ||

v. 1 Nou quia M | cum quia B || Thalia scripsi | talia B || uel laudatiue. — *Prima*, idest M || apud Romanos M. cod. 165: Non quia primus carmen bucolicum (bocnlicum) aput Latinos scripserit sed hoc ait: prima haec me uoluit idest Thalia (t^h^alia) scribere carmen bucolicum mox et alia facturum, uel laudatiue *prima*, idest praecipua — primatum tenuit aput Latinos. || Syracusauo enim scripsi | syracuso antem l || debuit C | debut B || poetice l || Syracusae — Bucolicon fuit om. M || eliganter l fere semper || iocundum C || 2 *Nostra Musa*, namque poetarum [est] M || Talia B || 3 pro hire B || ante hoc carmen om. M || coeptos M | ceptus B || omisso M | amisso B || scripsit] nisi manis 'scripsisse' ||

mihi tetigit. *Cum canerem reges*, Idest cum canere uellem reges Romanorum siue Albanorum, uel uelicm Aeneidos scribere. *Cynthius*, Apollo, a Cyntho monte qui iu Delo insula est. Sic appellatus allegorice Augustus qui se rogauit Bucolica scribere; eum per Apollinem pro honore eius uult intellegi.

v. 4. *Et admonuit pastorem*, de se dicit. *Tityre*, o Virgili.

v. 5. *Pascere oportet oues*, ad illud refert, quod coepisset Albanorum reges et bella describere Virgilius, sed territus insuauitate carminis desisset. *Iunilius* dicit. *Deductum*, in obliuionem ductum renouare. *Pascere oportet oues*, idest Bucolica scribere. *Deductum*, subtile tenue ieiunum. *Dicere*, subtiliter canere. *Carmen*, Bucolica.

v. 6. *Erunt*, habundabunt. *Laudes*, Bucolica.

v. 7. *Vare*. Varus consul fuit qui praepositus est ab Augusto diuisioni agrorum et idcirco ei a Virgilio adolatur, quique Romanis Germaniam domuit. *Tuas condere*, historias scribere Vari. *Vare*, quia Varus consul Germanos Romanis domuit. Victo enim Antonio Caesar Varum in loco Pollionis substituit, qui praeesset Transpadanae regioni, cui idcirco Virgilius adolatur. *Ed tristia bella*, Ausonium bellum.

v. 8. *Agrestem Musam*, carmen bucolicum. *Agrestem*, scriptura Bucolicorum. *Harundine*, scriptura quae est per calamum.

v. 9. *Non iniussa cano*, uel a Musis uel a Varo, idest: non cano quae prohibitus sum aut certe cano quae iussus sum; ut enim adgrederetur Georgica scribere petit Augustus. *Non iniussa*, idest Bucolica. *Haec quoque si quis*, idest: etiam in his inuenies laudem, o Vare.

v. 10. *Captus amore*, adolatur in omnibus Varum. *Vare*, allegorice Caesar. *Myricae* uirgultum humile, cui eclogas suas et carmina sua comparat.

v. 11. *Te nemus*, nemus nobis cantantibus resonabit, uel pro his qui in nemore sunt. *Nec Phoebo gratior ulla est*, idest nulla, idest Apollini, uel allegorice Augusto non est gratior pagina quam quae de Varo loquitur. Fuit autem Varus condiscipulus Virgilii quem fraterno amore dilexit. *Canet*, respondebit. *Nec Phoebo gratior*, idest Apollini uel Augusto, ut audiat uel suas uel consulis sui laudes.

v. 12. Hucusque praefatio.

v. 13. *Pergite*, dicite, perseuerate. Hortatur Musas uel Inuocat

---

v. 3 Cyncius 1 || quis erogauit C ||

v. 5 desisset scripsi | desistit 1 || seges 1 || bocolica B | bucolicum M || ieiunum scripsi | iucundum B || carmina M || 7 praepositus augusto C || idarco 1 || adolatus C || domuit om. C || domuic B || Ausonium bellum] *Perusino* bello Philargyrius || 8 musa, bocolicum B || 9 quae iussus sum scripsi | quae iussum 1 | quae iussa M || Non iussa B || 11 nobis cantantibus scripsi | uobis cantantibus (cantantibus C) 1 || uel pro his om. C || qui in memore sunt C || *Nec Phoebo gratior ulla est*, idest nulla, idest Apollini scripsi | Nec phebo gratior Nulla (gratior. nulla C) est idest apollini 1 || *Nec Phoebo gratior ulla est*, i. e. Apollini M || de uora C || fuit autem uarus est C || fraterno M | frater non 1 || respondebit scripsi | respondit B | respondet M || gratio B || consuli B || 13 Pergite dicite pergite ortatus (fuit: ortatur) C || ortatur B ||

Musas et sic incipit canere. *Pierides*, Musae, ut quidam uanius uolunt, dicta quasi 'piae heredes', et 'Pierides' corrupte dicitur. *Chromis et Mnasyllus.* Silenorum et Satyrorum nomina; hos pro condiscipulis Virgilii accipere debemus, Varo scilicet et Tucca, qui poetam quasi Silenum petierunt scribere Bucolica. *Silenum.* Poeta se facit Silenum, Chromin et Mnasylum Varum et Pollionem, uel Cornelium et Tuccam, qui quasi uinctum carmen sibi bucolicum pangere postulabant. *Chromis et Mnasylus in antro.* Pastorum nomina, qui Fauni et Satyri dicuntur propter solitariam et agrestem uitam, qui Silenum adorti sunt, ut carmen excierent. Allegorice condiscipuli Virgilii intelleguntur Varus et Tucca, qui Virgilium petierunt quasi Silenum carmen bucolicon scribere. *In antro*, dormientem uino gustato grauatum.

v. 14. *Silenum*, idest uetus quidam, qui rogatus a Virgilio exposuit ei Cosmopoeiam; ut dicunt quidam, Panos filius uel Terrae, uel Thaumantis, comitis Liberi patris, uel ipse comes Liberi patris.

v. 15. *Inflatum uenas*, figurate dixit pro inflatas uenas habentem, ut (Aen. I, 320): 'Nuda genu.' *Ut semper*, tota die bibebat. *Iaccho*, uino ebrium. *Iaccho*, idest tempestate antiqua uel Iacchus uel Liber pater dicitur.

v. 16. *Serta capiti delapsa iacebant.* Serta idest coronae ei ceciderant de capite suo, pro ebrietate autem. 'Sertum' corona de floribus. *Procul*, pro prope. *Serta procul* et reliqua. Allegorice uult poeta intellegi honorem suum exilio minoratum esse.

v. 17. *Et grauis attrita*, eleganter ebriosum ostendit attrita frequenti potu. *Cantharus*, uas non grande, quo merum datur. *Attrita*, ex usu tenendi splendens. *Cantharum* dicit uas in quo datur merum. *Cantharus*, uasis species, idest pictum uas cum pigmentis. *Cantharus*, allegorice quidam uolunt Hieriam *intellegi*, Maecenatis ancillam, quae dicitur uinosa fuisse, quidam Vari amicam.

v. 18. *Senex*, pro senes. *Ambo*, pro ambos, hos ambo. Sic et *Homerus* †. *Iunilius* dicit.

---

v. 13 ut quidam uanius uolunt scripsi | ut quidam nauis uolunt 1 | ut quidem nani uolunt M || quasi pie heredes 1 | quae pie heredes M || corrupte dictae M || mnasillus 1 || uarro scilicet 1 || cornilium 1 || postuhant C || ut carmen excierent scripsi | exierent B | audirent M || uino gustato grauatum scripsi | in angustia grauatum B ||

v. 14 uetus] An: *uates?* || cosmopeiam B || ut dicunt scripsi | ut dicant B | et dicunt M || taumantis commetis B || 15 Iaccho idest tempestate scripsi | uino idest tempestate B || Iacchus uel Liber scripsi | iaccus liber B || 16 serta C | ferta B || coronae ei ceciderant C | corona ei ceciderat B || hebrietate C || *Procul*, pro prope scripsi | procul prope 1 || 17 potu] poto 1 | usu M || post ostendit interpunxit M || datur M | dat' B | dat uel sciphus C || Cantharum scripsi | craterem B || mesum B || uasi species B || Hieriam scripsi. Est Plotia Hieria in Donati uita Vergili conmemorata p. 57, 4 Reiff. | ieram B | Hieram M || *intellegi* add. M || uinosa scripsi | Canthari nomen Hieriae inditum non tam ad ingeniositatem, quam ad uinositatem respexisse cogitari potest nisi nos fallit epitomator | ingeniosa B || uarri B] An Vari pro Varii? cf. Donat. l. l. et praef. p. 688 || 18 Verba

v. 19. *Luserat*, dum carmina repromittit. *Iniciunt*, nectere incipiunt. *Ipsis ex uincula sertis.* Ordo est: ex ipsis sertis uincula iniciunt. Ligationes de lino tenero factae 'serta' dicuntur.

v. 20. *Timidis*, pro timentibus: natura enim 'timidi' sumus, 'timentes' metu interueniente. *Aegle*, una Nympharum uel amica. *Naiadum*, dearum uel Nympharum, quae in fontibus sunt. *Aegle*, allegorice Roma, quae illum blanda manu mulcebat.

v. 21. *Iamque uidenti*, Sileno; *uidenti*, pro uigilanti, uidere incipienti.

v. 22. *Sanguineis moris*, sanguineum colorem habentibus. *Moris*, nomen oleris rubicundi coloris, quo uultus unguntur, idest blandimenta Nympharum.

v. 23. *Ille*, Silenus, quem se uult intellegi Virgilius. *Dolum*, faciebant enim timidum gressum solliciti ne ante uideantur. *Quo*, quare. *Nectitis*, obligatis.

v. 24. *Satis est*, sufficit ad poenam. *Satis est potuisse uideri*, idest alligatum me, uel leuem a praesentibus uideri.

v. 25. *Carmina uobis*, deest 'dabo'. *Carmina quae uultis cognoscite*, propter quae alligastis carmina discite.

v. 26. *Carmina uobis*, *huic aliud mercedis erit*, uos quidem carmina, mulier uero capiet pro suo sexu munera. Venerariam uoluptatem significat; uel allegorice 'huic Aeglae', idest Romae uel Mantuae. *Huic*, idest mulieri. *Huic aliud mercedis erit.* Si de Nympha uel amica dicit, stuprum intellege, si de Roma, georgicon carmen, uel 'erit' dicendo per syllepsin etiam superiora conclusit. *Simul incipit ipse*; ipse Silenus. Eleganter perseuerat ut describat amantem senem. *Aliud*, idest Georgica.

v. 27. *Tum uero*, persona cantoris dicit, *Tum uero*. Nunc uenit ad modulationem. *Tum uero*, ad certam modulationem. *Faunos*, deos pastorales, uel homines siluestres, allegorice discipulos. *Innumerum*, aduerbium est, uel pro 'innumeros', uel in uersuum mensuram, sine ad certam modulationem.

v. 28. *Tum rigidas*, inflexibiles. *Motare*, mouere. *Motare cacumina quercus*, idest motatae sunt siluae. *Tum rigidas* et reliqua. Allegorice uult omnia dura mollescere, uel Caesarem et consules intellege.

v. 29. *Nec tantum* et reliqua, quantum haec loca mirantur Sileni cantum. *Parnasia*, Parnasus, mons Boeotiae uel Thessaliae Apollini et Libero consecratus.

'Ambo — dicit' in rasura B || sic et Homerus] legendum: sicut ait *Verrius*, cf. praef. cap. X 5 et ad E. VIII 30 ||

v. 19 Ordo est scripsi | sensus est B || 20 interueniente M | interuenientes B || 22 Moris — Nympharum om. M || 23 silenos l || timidum M | tumidum l || uideantur C | u͘deantur B || 26 mulies C || pro sui sexu C || uoluptatem scripsi | noluntatem l || camen B || per silem sin B || Ante 'eleganter' uidetur excidisse lemma 'Huic aliud mercedis erit' || 27 Innumerum, innumeros scripsi cum B | In numerum, in numeros M || 28 rigida l || inflixibiles C || querecus C || ᵛult B || molliscere B || et consulem M || 29 sileni tantum l || parnasius B || boetiae B ||

v. 30. *Rhodope*, mons Thraciae, uel mons in Macedonia Apollini consecratus, habens duo promuntoria, Cyrrham Appollini, Nysam Libero patri *consecratam*. *Rhodope* et *Ismarus*, montes Thraciae, uel Ismarus mons Macedoniae. *Orphea*, accusatiuus graecus est.

v. 31. *Namque canebat*. Secundum Epicureorum sectam ex solidis et atomis constare caelum et periturum putat. *Inane*, quod putant mundi materiam. *Coacta*, collecta coniuncta. *Namque canebat*. Inducit poeta Silenum ea, quae ab aliis inuestigata fuerant, tractantem seque Silenum uideri uult. *Per inane*, uel chaos magnum dicit, quod philosophi dicunt esse materiam omnium rerum, in quo omnia confusionem habebant et sine forma erant, hoc est aerem aquam ignem terram, quattuor elementa naturae. *Inane*, idest omnium rerum materiam, quia ipsam in seminibus esse adfirmat ex atomis; Epicureus enim fuit.

v. 32. *Semina*, elementa, uel atomi. *Animae*, aëris. Artificiose sapientium dogmata persona Sileni retractantur. *Maris*, aquae. *Terrarumque animaeque marisque fuissent et liquidi simul ignis*. Quattuor elementa dicit ex atomis collecta et coniuncta, sed alii Oceanum uolunt patrem esse rerum omnium.

v. 33. *Liquidi* idest puri. *Liquidi ignis*, speciem caeli, quae in sideribus est. *Vt his exordia primis*. Hic anastropha est. *Exordia*, principia, uel *ut his exordia primis*, 'primis' principiis: nam ex his omnia principiis, ex quibus omnia sunt.

v. 34. *Tener*, recens natus. *Mundi concreuerit orbis*. Saeculum sine materia. Alii dicunt omnia inprimis ex aqua et igni creari, alii ex Oceano, materie omnium. *Concreuerit orbis*, conglobatus sit aër submotis nubibus et in altum collocatis.

v. 35. *Durare*, pro durescere; *solum* ……… sed melius, nominatiuo legi, uel *durare*, durum fieri. *Solum*, terrae. *Discludere*, terram a mari separare. *Nerea*, animalia, uel deus maris, ut putant, uel *Nerea*, dea filia Neptuni.

v. 36. *Coeperit*, proprium statum accipere. Haec omnia de initio rerum sub Sileno indicat. *Sumere formas*, species uarias.

---

v. 30 Rodope C || thrachiae B || trachiae C || machedonia l || promontoria l || cyrram l || Nysam scripsi | misam l || Libero patri om. C || consecratam addidi | [consecrata] M || Rodope B || 31 matheriam B | mat^{h}eriam C || coniuncta om. C || caos B || confusionem (sic) B || elimenta B || naturae. *Inane*, idest scripsi | natura meae idest B | naturae, idest M cf. snpra || epicorius B || 32 elementa scripsi | alimenta l || persona Sileni retractantnr scripsi | persona C | per persona B pueri retractant l | per personam pueri retractat M || Terrarum M || nolunt nolunt B || 33 anastropha *est* scripsi | anastrophae B | anastrophe M || nam ex his scripsi | non (corr., fuit nnn) ex his B || 34 materie omnium scripsi | matre omnium l | patre M cf. ad v. 32 || 35 Post *solum* lemma lacunae signum statui, qua 'solnm' accusatinum casnm esse docuit olim interpres, cf. seq. || nominatiuo legi-[tur] M || a maris separare B ||

v. 37. *Iamque nouum,* ante non uisum, idest anaphora. *Terrae stupeant,* hoc est homines qui in terris sunt. Sol, stellae, luna, fulgura. *Nouum,* aut primitus uisum aut ante non uisum.

v. 38. *Altius* et reliqua. Caelum enim quasi aqua congelata est. *Summotis,* sursum motis.

v. 39. *Surgere,* crescere, ut ibi (Aen. X, 725): 'Surgentem in cornua ceruum.' *Iunilius* dicit.

v. 40. *Rara,* primum facta.

v. 41. *Hinc*, subauditur 'canebat', cui uerbo omnia posteriora iunguntur. *Lapides Pyrrhae iactos.* Deucalione Thessalo fugiente diluuium in montem Parnasum cum Pyrrha, *respondente Themide, sacer*dote Terrae uel filia Terrae factum est, ut lapides iactarent in terram; lapides quos Deucalion iactauit, in masculos uersi sunt, lapides uero, quos Pyrrha, in feminas. Hinc genus humanum uel hinc 'lapides Pyrrhae iactos'. *Gaudentius* dicit. Themis, dea iustissima, petentibus propter raritatem hominum responsum dedit ut ossa matris [siue Terrae] post tergum posita tollerent. Illi cum peruidissent Terram omnium *matrem esse,* lapides sustulerunt et in aquam iactauerunt, et hinc homines nati sunt. *Lapides Pyrrhae iactos.* Iuppiter, ut putant, ut hominum scelera uindicaret, diluuium in terris effudisse memoratur, et omnibus deletis Deucalion Hellenis filius et uxor eius Pyrrha Epimethei filia, in monte Parnaso euaserunt, ignemque fecerunt, ut nocte face uterentur; sed reputans Deucalion eo facto Iouem posse offendi, ut prius commento igneo Prometheus ostenderat, ignem extinxit. Ob hoc miseratus Iuppiter per Mercurium monuit, post se lapides iacerent nec respicerent, qui in homines dicuntur mutati. Idem dicitur et Themis fecisse. — *Saturnia regna.* Sine ordine posuit; ante enim 'Saturnia regna' et tunc 'Pyrrhae' 'furtumque Promethei'. *Saturnia regna,* quae perhibentur aurea fuisse.

v. 42. *Caucasias.* Caucasus mons Scythiae. *Refert,* Silenus. *Volucres*, pro aquila. *Furtum,* ignis. *Promethei.* Prometheus, Iapeti filius, dicitur per sollertiam ignem a fulmine ferula furatus esse et hominibus dedisse, eum Iuppiter in Caucaso monte Scythiae, catenis religasse

---

v. 37 nouo 1 || fulgora B | 'Sol — fulgura' argumenti loco esse uidentur || *Nouum,* aut primitus uisum aut ante non uisum 38 *Altius* et reliqua. Caelum enim quasi aqua congelata est transposui lemmaque 'nouum' addidi | Altius et reliqua. Caelum enim quasi aqua congelata est aut primitus uisum aut ante non uisum 1 | congelata] conglobata Phil. || nouisum C || 41 deocalione thesalo 1 || diluuium C | diliuium B || pharnasum 1 || cum Pyrrha *respondente Themide sacerdote* Terrae uel filia Terrae factum est scripsi | cum pyrrae (pyrre C) dea terrae uel filia terrae (inde in B duorum fere uocabulorum spatium scriptura uacat) Factum est libri | cum Pyrrha dea terrae etc. M || deocalion 1 || ut ossa matris] Glossema apertum [siue Terrae] uncis circumscripsi || siue terrae C | suae terrae BM || matrem esse add. M || sustulerunt M | tullerunt 1 || memoratur scripsi nisi mauis *mentionatur* | mentitur B || effundisse B || helinis B || Epimethei scripsi | pymethel B | Promethei M || ignemque scripsi | ignem qui B | ignem ibi M || et nocte face utebantur M || Deucalion eo facto M | deocaleonio facta B | an: igni facto? || ostenderat]. Malim 'offenderat' || extincxit B || et tunc scripsi | et sic B || futurumque B || 42 ferola B || alligasse M ||

et aquilam siue uulturem ei adposuisse ut iecur eius exederet, quod semper dicitur renasci semperque lacerari. — Caucasus mons Armeniae uel mons Scythiae, ubi Prometheus ligatus ab aquila consumitur, propter quod ignem de caelo furtim abstulit, et ideo ab Ioue condemnatus in montem Caucasum per consumptionem iecoris interiit, quod semper renatum et semper laceratum poenam aeternam facit. Prometheus et Epimetheus Iapeti filii fuisse dicuntur.

v. 43. *His adiungit Hylan.* Hercules cum Argonautis nauigans reficiendi remi causa in siluam processit, quem comitatus est Hylas, Theodamantis filius; sed dum Hercules optatam arborem quaerit, puer aquandi gratia ad fontem uenit Cetei fluminis qui a Nymphis adamatus et raptus est, uel sicut alii uolunt, in eodem fonte praeceps lapsus et necatus est, quem cum diutius clamitaus quaerit, ab Argonautis relictus Prometheum soluisse dicitur. *Adiungit*, canit. *Hylan*, filius Thiodamantis. *Hylan*, comes Herculis et cum Argonautis nauigans naui excidens interiit. Quidam eum dicunt ad puteum Moesiae uel *fontem* Caici uenisse atque ibi praecipitatum interisse. Quem fingunt *esse* a Nymphis adamatum atque raptum. *Relictum,* perditum uel ablatum iuxta Attum ciuitatem Moesiae.

v. 44. *Vt litus*, *Hyla Hyla! omne sonaret*, quaerenti Herculi, uel a Nymphis adamatus quaeritur.

v. 45. *Armenta*, forsan uiri?

v. 46. *Pasiphaen.* Minos rex Cretae; Pasiphae uxor eius adamauit Iouem. *Pasiphaen.* Pasiphae uxor Minois, taurum illum quem Neptunus Minoi dederat, adamauit cum quo artificio Daedali concubuit ac Minotaurum, hominem mixtum boui genuit. *Niuei*, candidi. *Solatur.* Silenus solatur, idest canit solatium. *Amore*, quo flagrauit Pasiphae. *Amore*, pro amore. *Iuuenci*, tauri uel Iouis.

v. 47. *A*, idest o, interiectio dolentis uel mirantis. *Virgo.* Antiqui fortes mulieres uirgines dicebant; sic et Virgilius uirginem pro muliere

---

iecor B || prometheos l || fortim C || abstnlit C | abtnlit B || a Ione M || condempnatus C || in montem Cancasum scripsi | in montem caucasio (C — in, corr. io) l | in monte Caucasio M || consumptione M || hiecoris l || renatnm scripsi | cf. supra 'renasci semperqne lacerari' | renouatnm l || epimetheu l || iapetii l ||

v. 43 hercnlis B_0 || Theodamantis scripsi | theodaphnidis B || Cetei scripsi | celei B || in edem B || et negatus est B || diucius B || Thiodamantis scripsi | thimodemantis l || Hylas comes M || ad puteum Moesiae (i. e. Mysiae) scripsi | ad puteũ. ẽe. B | apnd eũ ẽe C | ad puteum isse M || nel *fontem* Caici scripsi cf. Sern. | nel caiaei l | nel Celei M an Ascanii? cf. G. III 289 Prob. p. 55, 5 K || interiisse M || esse a Nymphis scripsi | einymphis B | a Nymphis M || atqne ibi praeraptum (uno nersn omisso) C || adamantum B || Attum (Assum) scripsi | actum l || Moesiae (Mysiae) M || madosiae l || 45 Armenta forsan niri] Nisi mauis nostrum ineptire, coniecerim: *Armenta fuissent*, tauri || 46 Passiphaen l sic semper || ionem l | bouem M || ac Minotaurum scripsi | hac B | haec M || Niuei C | Neuei B || *Amore* lemma post 'solatium' addidi | *Amore*, pro amore iuuenci uel tauri uel Ionis M | pro *in* amore Philargyrius || 47 sic etiam M ||

posuit more suo. *Virgo*, uirili specie, uel fortes mulieres uirgines dicebantur, eo quod uiris similes essent.

v. 48. *Proetides implerunt.* Proetides Proeti regis Argiuorum filiae de Sthenoboea uxore eius, Chrysippe uel Lysippe, Iphinoe uel Epinoe, Iphianassa *uel Cyrianassa* Iunoni formam suam praetulerunt et insania conpulsae crediderunt se esse boues et petierunt altos montes et postea sanatae sunt a Melampode Leosth*enis uel Amytha*onis filio. *Iunilius* et *Gaudentius* dicit.

v. 51. *In leui,* in molli. *Quaesissent cornua fronte,* quia per dementiam cornua sibi inesse credebant.

v. 52. *A uirgo*, o uxor fortis. *Tu,* idest Pasiphae.

v. 53. *Ille*, Iuppiter uel taurus. *Niueum*, candidum. *Fultus*, substratus. *Hyacintho*, genus herbae. *Fultus hyacintho*, fultum latus hyacintho habens.

v. 54. *Ruminat*, taurus.

v. 55. *Aut aliquam*, idest uaccam. *Aut aliquam*, sui oblitus generis sequitur uaccam. *Claudite Nymphae*, apostrofa. *Claudite*, idest hanc inpudentiam defendite. *Iam claudite saltus*, ut inueniatur taurus, uel *claudite*, ne uideatur uestigium mulieris taurum sequentis. Iuppiter uero per artem magicam egit ut concumberet cum matre Minotauri.

v. 56. *Dictaeae*, Cretenses, uel *Dictaeae*, a 'Dictaeo' monte, quasi de monte nemoroso.

v. 57. *Sese*, pro se.

v. 58. *Errabunda. Homerus* stabula errabunda aut errantia aut uagantia dixit, aut proprie, quoniam non in directum pedem tollunt, idest *Ϝειλίποδας βοῦς*. *Bouis uestigia*, tauri.

v. 59. *Captum*, delectatum, ut ibi (Aen. VIII 311): 'Capiturque locis.'

v. 60. *Gortynia.* Gortyna Cretensis ciuitas, ubi putabatur, Solis fuisse armenta. *Gortyna* ciuitas Cretae, ubi armenta Solis fingebantur.

v. 61. *Tum canit Hesperidum.* Hesperides Atlantis filiae, qui Hesperus alio nomine dicitur, quae hortum patris trans Oceanum, in quo

---

v. 47 uirili specie scripsi | uiridi specie l || dicebant M || nirisimiles C ||

v. 48 Proethi B || filiae de Sthenoboia M | filia destinobio B || Chrysippe M | crissipę B || Lysippe scripsi | hissipę B | Hypsippe M || ifianasia B || *uel Cyrianassa* addidi, cf. praef. p. 705 || sanataera B || Leosthenis uel Amythaonis scripsi | leustonis B cf. praef. l. l. || laudentius B || 53 *Fultus* idest erectus C || hiacintho, hiacincto bis B || 55 An: tui oblitus, gregis sequitnr naccam? || apostrofa B | apostrophe M || Iuppiter autem M || concuberet B || 56 Dicte B | Dicite C || Cretenses scripsi | cretensis l || a Dicta monte M || quasi B | quas C | quoniam M || 57 *Sese* pro se scripsi | Sese per se l || 58 aut errantia aut uagantia scripsi | aut errantis aut uagantis l || non directum M || idest *Ϝειλίποδας βοῦς* scripsi | idest felix pedibus l | idest helix pedibns M || Boues B || 59 ut ibi: 'Capiturque locis' scripsi | ut ipse capitur locis B || 60 Gortinia, gortina B || fuisse M | fuissent B || Cortina C || fingebantur scripsi | fiebant l || 61 esperidum l || adlantis l || hisperus l || ortum l ||

mala aurea erant, custodiebant, unde Hippomenes, Megarei filius, tria a Venere accepit, quibus pellexit Atalanten. *Hesperidum.* Atalanten Schoenei filiam significat, quae dum cursu uiros prouocaret ab Hippomene superata est; dum mala aurea ab Hippomene iactata, admirata colligit, praeuenta est. *Tum canit Hesperidum*, idest Atalante, cum omnes uiros cursu praeiret et mala aurea luderet, ita concubitus uirorum fugiebat; sed postea adamata est ab Hippomene, Megarei filio, Neptuni nepote, superata ab illo, qui tria mala a Venere accepit. *Miratam mala puellam.* Hic participium actiuum agit, quod more Graecorum passiuum ueteres agunt, ut *Flaccus* adnotat. Item: Atalante Schoenei filia cursus certamine tres uiros uicit.

v. 62. *Tum Phaethontiadas*, idest sorores Phaethontis casum fratris plangentes conuersae sunt in arbores, hoc est in populos. *Tum Phaethontiadas* et cetera. Phaethon cum incertae originis argueretur, petit a patre Sole ut uno die equos eius regeret ad testimonium generis sui, quod cum uix inpetrasset, per ignorantiam lapsus in Eridanum flumen cecidit, cuius obitum dum sorores deflerent, in populos arbores dicuntur esse mutatae; quae a fratre Phaethonte Phaethontiades appellatae sunt. Harum mater Clymene Nympha fuisse dicitur. *Musco*, herba quae circa caudices arborum nascitur, bene olens, uel muscus nomen herbae nascentis in cortice uel in pariete, ut *Flauianus* ait. *Circumdat*, circumdatas musco canit. Muscus est lanugo quae in corticibus arborum nascitur. *Amarae*, pro amari. *Tum Phaethontiadas* et cetera. Phaethon filius Solis; qui cum se non crederet filium Solis, petit a patre suo, ut currus regeret. Hic postea praeceps missus est in Padum fluuium uel in Eridanum, ut alii, *cuius amicus* Cygnus nominatus est, quem flentes sorores suae in populos mutatae sunt. *Circumdat*, circumdatas et contextas musco canit.

Hypomenes uel ypomenes uel ipomenes semper l || magaris l || pellexit Atalanten scripsi | pellexit eas l nisi mauis conicere pellexit *eam* ac male epitomasse nostrum suspicari || athlante l || Schoenei scripsi | ciuei l || praeuenta es l || atlante B || luderet, ita scripsi | luderet et ita B || megaris B || accepit scripsi | accipit B || Hic participium actiuum agit quod more Graecorum passiuum ueteres agunt ut Flaccus adnotat scripsi | Hic participium passiuum agit quia more grecorum apt ueteres agunt ut flaccus adiuuat B | unde: more Graecorum apud ueteres M cf. praef. cap. X 4 || adlentes coenei B || tres niros uicit scripsi conlato A. Mai mythographo primo 39: 'adeo ut *tres* sponsos prouocatos ac uictos occiderit' Class. Auct. Vatic. III p. 15 | termisurum uicit B ||

v. 62 phetontiadas B | phoetontiadas C || phoetontis B || phoetonciadas B || phoeton B || regeret ad M | regeret et ad B || eridiannm B || deflerent scripsi | dum florent B | flerent M || a fratre phethonte phoetontiadas B || climene B || caudices M | candacs B | caudes C || ut Flauianus ait] Fabianns coniecit Reifferscheid mus. Rhen. XVI p. 23; sed *Flauium* Sosipatrum *Charisium* intellegi (p. 32, 3 K, p. 19 P) euicit H. Keil Hermes I 2 p. 334 || Amara pro amari l || *Tum Phaethontiadas* et cetera. Phaethon filius Solis — mutatae sunt transposui lemmate suppleto et post v. 64 '*Tum canit errantem Gallum.* Gallus' lacunae signum posui | Tum canit errantem gallum . gallus filius solis — mutate sunt. Errantem dicunt illum etc. libri quos secutus est M || aridanum l || *cuius amicus* Cygnus scripsi | ac ciguus l || nomitus C || nisi mauis: cuius amicus in cygnum mutatus est || sororis suae l | sorores M ||

v. 63. *Proceras*, altas sursum erectas. *Erigit*, erectas canit. *Alnos*, pro populis.

v. 64. *Tum canit errantem Gallum* Gallus ... ... *Errantem.* Dicunt illum errasse in monte et a Nymphis inuentum esse et mira illic uidisse et accepisse cantandi potestatem. Allegorice Cornelium Gallum poetam, cuius eclogarum libri leguntur. *Permessi.* Permessus fluuius Boeotiae uel Aetoliae ubi aliquamdiu moratus est Cornelius Gallus; uel *Permessus*, promuntorium.

v. 65. *Aonas.* Alii legunt codices: 'Aonias Musas', idest nouem Musas. Alii Boeotiae montes Helicona et Cithaerona, Musis consecratos, uel *Aonias*, Nymphas in montes Boeotiae uenientes. *Vna sororum*, idest una Nympharum. Hic indicat, quod una Nympharum Hesiodum in Aonas montes adduxerit. *Aonas*, montes Boeotiae Helicona et Cithaerona, ubi Musae morantur. *Vt duxerit.* Hesiodus poeta, de Ascra, unde Ascraeus dictus est, calamis peritissimus, cum iam per aetatem senesceret, in Helicona, montem Aoniae subiit ibique a Musis coronam cum floribus et frondibus dicitur accepisse, qua indutus caput iuuenis factus est. Alii dicunt et Lino, Apollinis filio, hoc concessum esse, alii hoc de Gallo accipiunt.

v. 66. *Vtque uiro*, idest Gallo uel Hesiodo. *Phoebi*, Apollinis. *Chorus omnis*, omnes Phoebi discipuli. *Adsurrexerit*, honorem fecerit.

v. 67. *Vt Linus*, hoc est Hesiodus quasi Linus fictus est. *Vt Linus*, Linus citharista, Apollinis et Psamathes filius. Alii dicunt huic Lino hoc factum contigisse.

v. 68. *Apio*, olus uel genus herbae uiridis. *Amaro*, quia flores qui iuxta aquam crescunt amariores esse solent.

v. 69. *Dixerit*, Silenus Aeglae, uel Virgilius Varo.

---

v. 63 alta sursum erectas C | alta susum rectas B | sursum rectas M || Alnos pro populis scripsi | Alnos propulis l | Alnos popnlos M || 64 innentum esse scripsi | innentus l | inuentum mira M || accipisse l || illa C || boetia B || promontorinm B || 65 legunt scripsi | leguntur l || Aonias Musas scripsi (Aon||as B in textu, AONIAS Romanus apud Ribb.) | habentes corusas l cf. seq. || monte elicona l || consecretas l || uel *Aonias*, Nymphas scripsi | nel Aonas nymphas l || in montes Boeotiae uenientes scripsi | in monte boetiae uenientes l | uiuentes M. Cf. praef. p. 717 || boetiae elicona et chiterona B || de Ascra unde Ascraeus scripsi | de ascraeos B | Hesiodus poeta Ascraens M || est, calamis scripsi | est et calamis B || per hetatem B || in eliconia B || dicitur scripsi | dicit B || accipisse B || caput scripsi | capiti B || et. frondibus accepit et calamos qna induta capiti iuuenis factns est cod. 165 || et lino B | Lino M || 66 *Vtque uiro*, idest Gallo nel Hesiodo. *Phoebi*, Apollinis — honorem fecerit. *Vt Linus*, boc est Hesiodus quasi Linus fictus est. *Vt Linus*, Linus citharista etc. scripsi et transposui et lemma *Vt Linus* ante 'hoc est Hesiodus' snppleui | Vtqne (usqne C) niro idest gallo uel hesiodo hoc est hesiodus quam (quā C) silenus secutus est. pohebi apollinis (sic) l || chorus omnis omnes phebi discipuli. Adsurrexerit honorem fecerit B | Vt linns linns citharista l || quem Silenus M || 67 samathe l || 68 uiridis om. M || Amaro quia flores qui inxta aquam crescunt scripsi | Amore apii· qui iuxta aquam non sunt B ||

v. 70. *Ascraeo*. Hesiodo. Ascra ciuitas Graeciae. *Quos ante seni*, subaudiendum 'dederant'. *Ante seni*. Notandum ibi 'seni'; nam moriturus finem uiuendi recepit, uel quod ei uita redonata. *Quibus ille solebat*. Silenus dicit, uel Hesiodus, uel *ille*, idest Phoebus.

v. 71. *Rigidas*, aut duras aut nimium rectas. *Deducere montibus ornos*, idest quibus rusticos solebat mulcere.

v. 72. *His*, idest calamis. *Grynei*, mons Colophoniae, sacer Apollini in quo ei modulabatur. *His tibi Grynei nemoris dicatur origo*; idest his calamis a te canatur origo Grynei nemoris. Gryneum nemus in monte est Colophoniae Apollini sacrum. *Dicatur*, consecratur, ut Apollini illic cantes.

v. 73. *Iactet*, glorietur.

v. 74. *Quid loquar ut Scyllam Nisi*, quemadmodum Silenus locutus est. *Aut Scyllam Nisi* et reliqua. Sciendum est in hoc loco, utrum Virgilius de una *an* de duabus Scyllis loquatur; sed si de una, quae est Nisi, eum falli putamus; inde melius intellegendum est, eum de duabus loqui, et per 'aut' coniunctionem disiunctiuam fabulas earum caute secernit, et in sexto libro Aeneidos Virgilius dicit duas Scyllas esse, dicens (v. 286): 'Scyllaeque biformes.' Una Nisi, altera Forci, quarum fabulae hae sunt:

Nisus Megarensium et Sicyoniorum rex a Minoe Cretensium rege propter Androgei filii sui obitum, quem Atheuienses et Megarenses dolo circumuentum occidissent, grauiter obpugnabatur. Sed Scylla filia Nisi adamauit Minoem patris scilicet hostem et patri dormienti crinem fatalem purpureumque abscidit ut Minoi hostium regi, cuius amore flagrabat, daret, quo absciso pater periit. Atqui Scylla a Minoe non recepta, *qui* hoc genus uictoriae execratus eam in mare deiecit, in auem, quae 'ciris' dicitur, Latine uero 'tonsilla', conuersa est. Item pater eius Nisus in Haliaeetum conuersus est, qui parricidii exsequens poenas Cirim hostili mente persequitur.

Item: Scylla Forci et Crataeidis Nymphae filia, uirgo pulcherrimae

v. 70 asca l || decrant C | derant B || Notandum ibi 'seni'; nam moriturus finem uiuendi recepit scripsi | Notandum || bis enim motuus finem uiuendi p̄cepit B cf. ad v. 65 | bis enim mortuus M || idem est Phoebus M || 72 Crynei l || modolabatur l | nemomoris B || crynei B || crus neū nemus B || in monte cst (sic) B || sacrum M | sacer B | an potius *sacro*? || consecretur M || 74 *Quid loquar ut Scyllam Nisi*, quemadmodum scripsi | Quid loquor (loquar C) nisi quod (qđ C) dm̃ l | unde *Quid loquar*, nisi quod deus Silenus locutus est M | Eius scholii auctorem *ut Scyllam* legisse patet || aut scylla l || uirgilius C | u^i^rgilius B || de una *an* de M | de una de l || loquitur l || cum de duabus l || forci l ||

1 et Sicyoniorum scripsi | siculorum l || 2 et nugarenses l || 3 Sed scyllam C || filiam l || 4 ostem l || 5 purpureum M || monoi B | monui C || ostium l || 6 quo scripsi | quoque l | eoque M || abscisso M || Atqui Scylla scripsi | Itaque scylla l || recepta *qui* hoc scripsi | recepta hoc l || 7 deiecit, in auem scripsi | deiecit *et* in auem l || 8 in Haliaeetum scripsi, cf. Ciris v. 528 | in alictum l | in alitem M || 9 exequens C || penas cyrim ostili l || 11 forci et cretidis l || pulcherrima *formae* a

formae a Glauco, deo maris adamata est, de qua Virgilius dicit in primo libro Aeneidos (v. 200): 'Vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis Accestis scopulos.' Set a Circe Solis filia, quae Glaucum adamauerat, in beluas marinas transfiguratur fretumque Siculum obsedit, ubi praetereuntes naufragio adficiebat eamque Neptunus percussam tridenti in scopulum mutauit.

Scylla Forci filia, a Glauco deo maris, adamata est. Glaucus uero non ualuit tenere eam. Ad Circen Solis filiam perrexit maleficiorum doctissimam rogauitque ut Scyllam maleficiis corrumperet. Circe uero rogantem Glaucum adamauit, sed ne Scylla plus forte a Glauco amaretur quam Circe, fontem in quo Scylla *post* uenatum ablui consuerat, quia Dianae comes erat, uenenis infecit, in quem descendens Scylla pube tenus in beluas mutata est; sed quia monstra, idest pilos suos in canes uersos, tegere non potuit, in mare profugit et uirgineam extulit faciem naulgantibus; ideo nautae torquebant ad eam naues, uirginem eam credentes, quos illa conprehensos beluis suis porrigebat, ut rabiem luporum posset conpescere. Tunc Neptunus iratus tridenti percussam in scopulum mutauit, qui praetereuntes naufragio affligit. *Quam fama secuta est*, furandi crinem Nisi, quem dedit Minoi. Illa crinem furata est, ego carmen. *Fama*, idest infamia, ut ipse (Aen. II, v. 21): 'Est in conspectu Tenedos, notissima fama', idest infamia, quia Tennes cum nouerca sua concubuit. *Fama secuta est*, si quidem alterius amore flagrauit. *Iunilius* dicit.

v. 75. *Candida*, clara. *Succinctam*, Scyllam Forci filiam. *Inguina*, nomen loci in quo *canes* Scyllae latrabant. *Monstris*, canibus.

v. 76. *Dulichias*, Ithacenses, a patria Ulixis, mons Ithacae. *Rates*, pro nauibus. *Gurgite*, mari per tapinosim.

v. 77. *A*, execratio. Scyllam alii Crataeidis, alii Lamiae filiam dicunt, quae cum a Glauco adamata esset, a Circe, Glauci coniuge, pelicatus odio fontem, in quo lauari solebat, medicamentis infectum, in quem cum

---

Glauco scripsi | pulcherrime a glauco l | pulcherrima a Glauco M || 13 uos scylleam rabiemque l || 14 Set a Circe scripsi | et a circe l || 16 eamque iueptunus C || 19 tenere scripsi | tenerere B | temerare M || ad circe B || maleficiorum, maleficiis] an ueneficiorum, ueneficiis? || 20 roganitquae B || ut cylla maleficiis B || corrumperet scripsi | corriperet B et M, quamquam olim Anal. Bern. III p. 13 'corrumperet' coniecerat || 21 claucum B || 22 *post* ante 'uenatum' addidi || cousuerat scripsi | censuerat B | consueuerat M cf. A. Mai mythogr. II 169 'fontem in quo illa *consuerat* corpus abluere' || 23 infecit scripsi | inficit B || in quem descendens scripsi | in quo discedens B cf. ad v. 77 || 25 extulit scripsi | extollit B || 27 posset M | possit B || 29 qui scripsi | quasi B | an potius '*quae se*'? || affligit] supra 16: naufragio *adficiebat* || Quam femina B || 31 ut ipse: 'Est in conspectu' etc. scripsi | ut est ipse in couspectu B | ipse om. M || 33 fama secuta .. B | *Fama*, seu ... M ||

v. 75 in quo c.... B | in quo [canes] M || 76 mons ithaci B || 77 alii Crataeidis scripsi | alii crathedis B | alii Crathedis M || Lamiae scripsi | ganiue B | Ganiuae M || a glaco B || clauci B || fons M || medicamentis infectum scripsi permutatis uocabulorum finibus | medicamentum

illa descendisset, ea tenus, qua fontem contigerat, in beluas esse mutatam. Est enim Scylla Forci filia, in quam Ulixes dicitur incidisse.

v. 78. *Terei.* Tereus rex Thracum Prognen uxorem habens, filiam Pandionis, regis Atheniensium, Philomelam sororem eius adamauit atque dum eam ad sororem ducit, in itinere stuprauit et, ne factum sorori loqueretur, linguam amputauit quae de sanguine suo scelus quod pertulerat, in harundine scribens misit ad sororem, quam illa secrete ad domum suam adduxit filiumque suum nomine *Itun* iugulatum patri Tereo edendum adposuit, cuius caput nouissime Philomela ante ora patris ingessit, quibus omnibus sceleribus patefactis in aues dicuntur esse mutati, Tereus in upupam, Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam. *Narrauerit*, idest Prognae. *Artus*, Ituis filii Nerei uel Terei. Progne Pandionis filia uxor Nerei Thracum regis, cuius filius Itus.

v. 79. *Quas illi Philomela dapes.* Quod fecit Progne, hoc dicit Philomelam fecisse, licentia poetica ut *Gaudentius* ait. Progne et Philomela duae sorores sunt; Progne in auem lusciniam, Philomela in hirundinem uersa est. Progne interfectrix est, Philomela causa est, ut puto. Progne uxor Nerei, Philomela Terei; aliter uersa uice. *Pararit*, pro parauerit.

v. 80. *Cursu*, pro uolatu. Hic metafora.

v. 81. *Infelix*, quae loqui minime potuit.

v. 82. *Omnia quae Phoebo*, idest quae ab Apolline solitus erat Eurotas audire, qui est fluuius Laconiae, in cuius ripa lauri sunt, quas arbores edidicisse carmen poeta refert. *Beatus*, Silenus uel Varus.

v. 83. *Eurotas*, fluuius Laconiae, in cuius ripa lauri sunt et templum Apollinis cuius arbores edidicisse carmen poeta refert.

v. 84. *Ille*, idest Silenus. *Pulsae*, pulsatae, idest echo audiebatur, uel pro audientibus. *Referunt*, commonentur referre. *Pulsae*, idest carminibus eius pulsatae. *Referunt ad sidera*, idest dum resultant.

v. 85. *Cogere*, concludere. *Referre*, reducere recognoscere recensere; uult enim per hoc significare, pastorale carmen finitum esse.

---

infectis B | medicamentis infectus M || discendisset B || fontem M || in quam Vlixes dicitur iucidisse scripsi | quem ulixis uidetur incedere B ||

v. 78 progne l || athenensinm l || filomelam et sic semper C || ut que dum C || stnprauit quae de saugune C || in arundine l || filinmque snum nomine *Itun* iugulatum scripsi | filiumqne suum nomine ingulatum l | filiumqne suum ingulauit M || caput C | capnd B || in uppupam B | in uppam C || in hyrundinem B | in irundinem C || in luscinam C || Narraucrit idest Prognae]. Aut lacunam statnas aut 'Progno' (cf. sq.) scribas || Ituis scripsi | itius B | Iti M || prognae B | unde Prognae M || 79 illi folomela B || gaudencius B || philomelam irundinem B || therei B || *Pararit*, praepararit M || 80 pro uolatu M | pro uoluto B || 81 loquimini me l || 82 quas arboros edidicisse scripsi cf. text. | quas arbores et edisse B | quas arbores edisse C | et edidisse M || 83 cuius arbores edidisse B || 84 pulsare M || 'Pulsae pulsatae — reforunt commonent referro' a M bis posita semel tantum in l extant. || commouentur scripsi | commonent B | commonom C || idest dum referunt M || 85 Cogere C | congere B || *Referre* etc. ad v. 85 quo pertinent, traxi | Versui 84 subiunxit M lemmate non signato ||

v. 86. *Inuito*, quasi nolente. Nolentem dicit propter carminum desiderium et suauitatem. *Vesper*, stella occidentis. *Olympo*, caelo.

Ecloga VII.

Haec ecloga in honorem Caesaris scripta est. In hac ecloga personae IIII introducuntur. In hac ecloga historialiter IIII pastorum personae, duorum scilicet certantium et tertius more iudicis loquitur et quarta persona subrepit, idest *dei* pastorum uel principis. Corydon autem et Thyrsis coram Meliboeo, idest iudice in praesentia Daphnidis idest dei pastoralis certant, et allegorice certamen poetarum intellegitur. Corydon enim Virgilium, Thyrsis Cornificium, inimicum Virgilii, Meliboeus Cornelium Gallum, poetam optimum, iudicantem inter eos significat, Daphnis uero allegorice Caesarem. — Meliboeus, Corydon, Thyrsis et Daphnis. Quattuor personae in hac ecloga introducuntur, Meliboei Virgilii uel Vari, Daphnidis Cornelii Galli uel Caesaris, Corydonis et Thyrsidis, Virgilii et Macri, quorum par aetas fuit. — Haec ecloga proprie bucolicon. Haec ecloga μιμητικόν appellatur. Haec ecloga a Meliboeo, iudice conflictus, tota narratur, cuius personam Virgilus scribens induit. Haec ecloga pari numero epigrammatum gaudet atque tetrasticha idest quattuor uersus continet. Haec ecloga quasi in Gallia canitur, ut (v. 12): 'Hic uirides tenera praetexit harundine ripas Mincius', et in agro canitur, ut (v. 1): 'Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.' Meliboeus Cornelius Gallus, Corydon Virgilius, Thyrsis Cornificius.

v. 1. *Forte*, euentu. *Arguta*, personanti uento. *Arguta*, stridula mobili canora. *Ilice*, nomen arboris. Ilex allegorice rempublicam significat. *Daphnis*, Mercurii filius uel deus pastoralis, uel princeps. Allegorice Caesar uel Cornelius iudex eorum.

v. 2. *Conpulerant*, coadunauerant. Corydon et Thyrsis, Virgilius et Cornificius. *In unum*, quia ambo Antoniani erant, priusquam suis priuatus uix transuadato flumine ad Caesarem confugeret.

v. 3. *Distentas*, plenas.

v. 4. *Ambo florentes*, nobiles poetae Corydon et Thyrsis. *Arcades ambo*, laudatiue dicit. Cur Arcades dicit, cum Mantuani sint? Propter

---

Ecloga VII. personae IIII introducuntur scripsi | personae introducuntur B || historialiter scripsi (sic et Vossianus) | storialiter B | pastoraliter M || IIII pastorum scripsi | titum pastorum B | trium pastorum M || subrepit scripsi | subripit B || idest *dei* pastorum scripsi (sic et Voss.) | idest pastorum B || idest di B | idest dii M || propriae bocolicon B || mimsticon M | memeticos B || Hac ecloga M || conflictus totus M | tota (sic) B | adque thetrastica B | et tetrasticha M || arundine. B || consederat ille B

v. 1 stridola B || personanti nento argnta, stridula M || ilix B || uel cornilius iudex eorum B | uel Cornelins Gallns M || 2 coadunauerunt B || Antoniani M | antonium B || confugeret B | confngerat M || 4 laudatiue dixit M ||

eloquentiam, quia agrestis carminis fistula sit instrumentum, cuius primus Pan inuentor fuit.

v. 5. *Cantare*, uoce. *Respondere*, fistula uel stipula uel cicuta. *Parati*, docti, periti alterna dicere.

v. 6. *Hue*, pro hic. *Dum teneras defendo a frigore myrtus*, dum illic in Cremone essem subita tempestate euulsus. *A frigore*, a futuro frigore. Ceterum aestus erat, dum subiungitur (v. 9): 'requiesce sub umbra.' *Myrtus*, uirides plantas.

v. 7. *Vir gregis*, hircus idest spes gregis. 'Vir gregis' abusiue dicitur spes gregis. *Deerrauerat*, idest a me errauerat. *Caper*, hircus; hic 'uir' et 'caper ipse' allegorice ager. *Atque ego Daphnim aspicio.* Caesarem petiui ut (Ecl. I, 43): 'Hic illum uidi iuuenem.'

v. 8. *Ille ubi me contra uidet.* Allegorice significat se Virgilius, dum sub Antonio sua etiam minima protegere nititur, et maiora perdidisse, sed postquam uenit ad Caesarem, omnia recepisse. *Otius*, citius uelocius.

v. 9. *Huc ades*, idest huc ueni, ut (Ecl. I, 45): 'Responsum primus dedit ille petenti.' *O Meliboee*, laborator et pastor, allegorice Virgilius. *Caper* et *haedi*, quoniam ex eo generantur. *O Meliboee*, uox est Caesaris ad Virgilium. *Caper tibi saluus et haedi*, idest et maiora et minora tibi salua sunt.

v. 10. *Et si quid cessare potes.* Hic ostenditur Meliboeus laborator et pastor fuisse. *Requiesce*, ut (Ecl. I, 46): 'Pascite, ut ante, boues, pueri.' *Si quid cessare potes.* Allegorice ab itinere uel labore quiesce. *Requiesce sub umbra.* Vox Caesaris ad Virgilium: requiesce sub protectione mea.

v. 11. *Iuuenci.* Quomodo 'iuuenci' dixit, cum supra dixerit (v. 9): 'Caper tibi saluus et haedi'? Set sic soluitur: Huc ipsi per prata 'Iuuenci' uenient haedi. *Iuuencus* enim fluuius dicitur haud longe a Mincio. Allegorice: Huc ipsi iuuenci potum uenient; quasi dicat Augustus: Etiam magni quique ad meum festinabunt amorem.

v. 12. *Hic uiridis tenera praetexit harundine ripas.* Secundum litteram ostendit se magis in Mantuanorum agris. *Harundine*, calamo. Allegorice potest per Mincium flumen Augustalis potestas intellegi.

v. 13. *Mincius*, amnis est Galliae, quae modo Liguria dicitur, qui fluuius Mincius transit per Mantuam patriam Virgilii. *Eque saera reso-*

---

v. 5 'Respondere — uel cicuta' om. M || uel cicuta scripsi | uel e contra B || periti alterna scripsi | pericia alterna B || 6 frygore myrtus B || in cremone B | in Cremona M cf. v. 14 || subita tempestate euulsus] an 'subitam tempestatem ueritus'? || Ceterum aestus erat om. M || dumb subiungitur B || uirides scripsi | rudes B || 7 adque ego B || ut hic illum etc. M || 8 contra uidit M || recipisse B || uel°cius B || 9 *Huc ades* idest huc ueni, ut: 'Responsum' etc. scripsi | Huc ades idest ut responsum — petenti. Huc ades huc ueni B || meliboeae 1 || laboratur C || capetedi 1 || 10 labore quiesce scripsi | labore quiescere B | labore requiescere M || 12 Huc uirides M || secdm litr 1 || ostenda se C || 13 qui fluuius

nant examina quercu. Vel mellis delicias narrat, uel allegorice intra potentiam Octauiani uel urbis continentiam popularem frequentiam. *Resonant*, susurrum remittunt. *Examina* apes.

v. 14. *Quid facerem*, nisi acciperem. *Alcippen* et *Phyllida*, nomina ancillarum uel deae cantici; allegorice Mantuam et Cremonem uel Musas quae erant illic. *Phyllida*, accusatiuus casus. *Neque ego Alcippen nec Phyllida habebam. Alcippen*, nomen pueri. Vel, ut alii uolunt, duae puellae. Alcippe et Phyllida intelleguntur amici Meliboei; allegorice neque Mantuam neque Cremonam se dicit ad solacium habuisse.

v. 15. *Depulsos.* Verbo proprio pastorum utitur, ut (Ecl. 1, v. 22): 'Ouium teneros depellere fetus.' *Iunilius* dicit. *Depulsos quae clauderet*, idest adiuuaret me.

v. 16. *Et certamen erat Corydon cum Thyrside.* Se uult intellegi et Cornificium contra quem sub persona Corydonis in defensionem Caesaris contendit, qui sibi bona restituit, uel per Thyrsim Antonium uult intellegi. *Corydon cum Thyrside*, ille et ille, non illius et illius, idest personas 'certamen' uocat, non opus earum. Allegorice Virgilius cum inimicis, defendens Caesarem.

v. 17. *Posthabui*, allegorice: post ea habuit Virgilius conflictum cum inimicis. *Posthabui*, postposui contempsi ut (Aen. 1, v. 16): 'Posthabita'. *Tamen*, aduerbium. *Seria*, negotia. *Mea seria*, secreta negotia domus meae. *Seria*, forsan idem et syrice † serendo dicta. *Illorum ludo*, idest cantationibus.

v. 18. *Alternis igitur.* Nunc poeta dicit, idest Virgilius. Nunc alternatim Virgilius et Cornificius quasi Corydon et Thyrsis cantant.

v. 19. *Musae*, numina carminis. Musarum nomina tria *et tria* genera sunt: aqua ignis aer.

v. 20. *Hos*, uersus.

v. 21. *Nymphae*, Musae. *Nymphae noster amor*, allegorice Musae, quas nos diligimus. *Aut mihi carmen*, epigrammata tetrasticha idest quattuor uersibus cantant, ut in prioribus disticha sunt, ubi duobus uersibus cantant. Disticha idest duorum uersuum. *Nymphae Libethrides*, a monte Boeotiae Libethro qui est Musis sacer, uel Libethrus fluuius in Thracia, ubi Orpheus laniatus est, ubi se Musae lauabant. Alii fontem in Boeotia dicunt. *Iunilius* dicit.

---

transit M || quercum B || uel mellis scripsi | uel muellis B | uel in illis M || dilicias B || susurrum remittunt scripsi cf. E. I 56 | sursum remittunt l ||

v. 14 Cremonam M | mantuarum .et cremonē C || pyllida B | pillida C || alcipen nom̄ puer B || uelut alii uolunt B || 15 depulsos C | depolsos B || proprio M | proprie l || foetus C || 16 in defensionem Vossianus | in defensione B | in definitione C || contendit Voss. | defendit l || Caesarem defendit M || non illius et illius idest personas M | non illius et illum adest personas B || 17 postea M || postabui l || ut posthabita tamen aduerbium l | ut posthabita aduerbium M || et syrice †] num de *sericis* cogitauit? || cantionibus M || 18 Alternis C | Arternis B || poeta adicit M || 19 tria *et tria* genera scripsi | tria genera B || 21 allegoricae B || tetrastica B | tetristica C || ubi duobus cantant C || in trahia B | lauabant M || leuabant B ||

v. 22. *Quale meo Codro* et reliqua. Allegorice per Codrum uult Theocritum intellegi quem in Bucolicis secutus est. Aliter: Per Codrum uult intellegi Heluium Cinnam poetam, de quo melius sentit. [Codrum dicit Cinnam et uult utique tamquam liuidum aestimatorem futurum operis sui inuidia rumpi. Aliter: Virgilius de Maeuio, inimico inuido; sicut Codrus prae inuidia periit, sic et iste inuidus moriatur.] *Aliter:* Sic fauete Caesari, quomodo Phoebo. *Gaudentius* dicit. — Codrus aut nobilis poeta aut pastor, quem laudat Virgilius. *Quale meo Codro*, de alio poeta bono uel de Caesare dicit, et petit Musas, ut et ipse ita possit. *Proxima*, similia Phoebi, qui bene cantauit. Allegorice Homerum significat; uel *proxima Phoebi uersibus ille facit*, idest Caesar paene sicut Apollo facit.

v. 23. *Versibus ille facit*, per uersus canit. *Aut si non possumus*, similia facere, aut si non donatis mihi, aut si non similia canere potero, desistam esse poeta. Nunc quasi alius respondet.

v. 24. *Arguta*, stridula mobilis. *Pinu*, forsan de pinu uel tropice.

v. 25. *Pastores*, poetae uel Nymphae idest Musae. *Hedera* circa poetam, *laurus* circa militem ponitur. *Crescentem*, dicere incipientem. *Ornate poetam*, de se ipso dicit Thyrsis.

v. 26. *Arcades*, de Arcadia. *Inuidia*, ex inuidia. *Rumpantur ut ilia Codro.* Loquitur hoc Thyrsis, idest Aemilius Macer poeta de Virgilio, uel *rumpantur*, idest Cornificio uel Maeuio. *Codro.* Hoc nomine aut pastorem aut poetam commemorat. *Codro*, allegorice Thyrsis mortem Augusti uel Virgilii optat.

v. 27. *Aut si ultra placitum laudarit baccare frontem cingite.* Quia putabant laudibus aliquem fascinari, conuenienter, ne laus futuro uati officiat, baccare cingi iubetur quae herba fascino resistere posse putatur. *Aut si ultra placitum laudarit*, si plus laudauerit, quam mihi placuerit, uel Thyrsis de se dicit. *Baccare*, herba quae ob fascinum in frontem ligatur; ex baccare corona enim ligatur, si quis est nociturus ingenio. Vt quidam putant, Cornificium liuidum dicit, quia Cinnam supra laudauit.

v. 28. *Cingite*, ne fascinet uati, idest mihi, uel Antonio allegorice. *Mala lingua*, fascinosa. *Futuro*, quia canam.

---

v. 22 Qua meo B || Heluium Roth apud M | Elidum l cf. schol. Veronens. p. 74, 8 K 'nonnulli Heluium Cinnam putant de quo bene sentit' || uunam l || prae inuidia scripsi | pro inuidia l || de meouio, inuidio C || Sic fauete scripsi | sic facite l || Codrbus B || poeta bono scripsi | poetabo B | poeta M || poene B || sicut M | sic B | Quae uncis circumscripsi 'Codrum dicit — inuidus moriatur' ad v. 26 pertinere uidentur || 23 donatis M | donantis B || quasi alius scripsi | quas alius B || respondet scripsi | respondit B | 'Nunc — respondet' ad v. 25 uidentur pertinere || 25 dicere incipicutem ornate poetam. De se ipso Thyrsis M || 26 *Ilia* idest uiscera C || moeuio B || 27 frontem C | ferontem B || conuenienter M | cumueuienter l || efficiat l || putabatur M || corona enim ligatur scripsi | coronā moliatur B || ingenio. Vt quidam scripsi | ingenium quidam B | ingenio. Quidam M || dici M ||

v. 29. *Tibi*, deest 'erit'. *Setosi*, pilosi. Vota facit conuenientia uenatoribus et pastoribus Dianae si impetrauerit uti restituatur sibi ager. *Delia*, Apollo uel Diana, de Delo insula. *Delia*, uocatiuus casus est, uel Diana. *Paruus*, Micon puer eius, uel, ut *Iunilius* dicit, 'pauper', dicens ut *Horatius* (Ep. I 3, 28): 'Parui properemus'; ut e contrario 'ampli' diuites dicuntur.

v. 30. *Viuacis*, quia centum annis ceruus uiuere dicitur. *Cornua cerui*, deest 'erunt'.

v. 31. *Si proprium hoc fuerit*, hoc poema si aut perpetuum aut acceptum uel aptum, ut accipias. *Leui de marmore*, forsan pro colore uel forma.

v. 32. *Puniceo*, rubeo. *Cothurno*, calciamento uenatricio, quo crura teguntur.

v. 33. *Sinum*, genus uasis rustici ulmine factum. *Et haec te*, sufficit uel decet. *Priape custos horti*, quia Priapus hortis praeesse dicitur, unde et mense Martio Priapeia sacra celebrantur. Sub persona Thyrsidis Macer uota facit pro Virgilio; quotsi agros receperit, etiam maiora promittit. — Priapus iurgiis gaudet; fascinum eum deum dicit; ergo Aemilius Macer timet, ne fascinet ei et ideo ueneratur eum, uel Priapus custos bouum. Allegorice *Priape*, Antoni.

v. 34. *Exspectare*, sustinere tollere. *Sat est*, decet uel sufficit. *Custos es pauperis horti.* Allegorice quasi ab eo, *idest* ab Antonio, exul esset Cornificius susceptus.

v. 35. *Marmoreum*, formosum. *Pro tempore*, prout tempus tulit.

v. 36. *Si fetura* et cetera. Si responderit carmen spei meae; qui nunc marmoreus deus, aureus eris, si fetus gregis ampliatus fuerit. *Aureus estō*, formosior, idest maioribus laudibus prosequar. Haec ad Antonium dicit uel ad deum, cui sacrificat. *Si fetura*, si habunde carmen dicam. *Gregem suppleuerit*, idest per multitudinem agnorum.

v. 37. *Nerine Galatea*, amicam aduocat. Allegorice Virgilius Galateam idest Galliam, his uerbis laudat et hortatur, ut, sicut ipse erat cum Caesare, et ipsa adesset. *Hyblae.* Hybla ciuitas Hispaniae ubi

---

v. 29 Tibi deest erit B | Tibi deest coniecit et ad v. 28 rettulit M || imperauerit l || *Delia*, uocatiuus casus est, uel Diana. *Paruus*, Micon puer eius, uel, ut Iunilius dicit, pauper scripsi | Paruus uocatiuus casus est paruus mycon puer eius uel diana uelut iuuilius dicit pauper BM || dicens ut Horatius scripsi | dn̄s iu oratione B | Pauper domiuus in oratioue M || ut e coutrario scripsi | et e coutrario B || cod. 165 pauper ut horatius parui properemus, ut e coutrario ampli diuites dicuutur | cf. praeterea Philargyr. || 30 ceruus uiuere scripsi | dicere uiuere B || Centum aunos uiuere dicitur M | idest erunt M || 31 hoc poma l || si autem M || 33 fastum l || uel decet scripsi | uel debet l || primape C || marcio l || celebrabautur M || reciperit l || emelius B || custus B || 34 debet l || orti B | quasi ab eo *idest* ab Antouio, exul esset Cornificius susceptus scripsi | quasi sub eo exule esset Cornificius ab Antouio susceptus B || 36 respouderit B (sic) || cui M | cuiu sacrificat B | an 'cui uota facit?' cf. v. 43 || abunde l | subpleuerit C | si abuude carmeu, dicam gregem, suppleuerit M || 37 idest gallia B || Hible B || tymo l ||

thymum nascitur. *Iunilius* dicit. Tamen *Gaudentius* dicit: Mons in Sicilia uel locus in Attica, ubi mel optimum. *Nerine*, Nerei filia. *Galatea*, concubina. *Thymo*, melle uel flore. *Nerine Galatea* et reliqua. Laudat Nymphas ut ad se ueniant et adiuuent carmen. Aliter: Allegorice de Gallia dicit quae dulcior est mihi substantiis nostris, uel dulcior melle Siculo. *Gaudentius* dicit.

v. 38. *Candidior*, formosa. *Hedera alba.* 'Alba' dicit quia est et nigra.

v. 39. *Cum primum*, idest tunc ueni, cum primum possessores noui coeperint adsignatos possidere agros. *Repetent praesepia tauri.* Veni tunc, cum hora adest gregum, uel sero fuerit.

v. 40. *Si qua*, si me diligis, si modo non habes Virgilium inuisum, restituatur mihi hoc quod possedi. *Tui Corydonis*, concubinam alloquitur. *Si habet te cura uenito*, idest si tenet te amor mei, ueni. *Cura*, amor, ut (Aen. IV, 1): 'At regina graui iamdudum saucia cura.' *Iunilius* dicit.

v. 41. *Immo tibi*, idest Priapo. *Immo.* Coniuratio est et execratio est; coniuratio est, quando dicimus: 'sic uiuas'; execratio, ut si dicas: 'sic non moriaris.' *Immo ego* et reliqua. Allegorice: non diligas me, Antoni. *Sardoniis*, Sardiniensibus. Sardonia herba similis apis iuxta riuos nascitur in Sardinia insula, quam si quis manducauerit, risu moritur.

v. 42. *Rusco.* Ruscus genus fruticis spinosi amarae corticis. *Proiecta*, pro nihilo habita. *Alga*, herba maritima, uel herba quae in littore maris inuenitur proiecta.

v. 43. *Si mihi non haec lux*, idest dies peregrinationis uel exilii dies pro anno accipi potest. *Si mihi non haec lux* et reliqua. Sub persona Thyrsidis Macer loquitur et dicit, se Priapo, cui uota fecerat, odiosum uideri, si non taedio afficiatur de exilio Virgilii. Siue ad amicam loquitur absentem, quam sibi reliquerat, et expectando uesperam, annum sibi dicit diem uideri, unde et hortatur pecus suum domum reuerti, dum dicit: 'Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.'

v. 44. *Ite domum* et reliqua. Ad suos dicit Cornificius. *Pasti*, satiati docti. Allegorice si paeniteat Augustum uestri, cur non mei?

v. 45. *Muscosi fontes* et reliqua. Vterque adolatorium carmen subiecit pertinens ad Caesaris uenerationem. Muscus herba quae nascitur in aquis. *Iunilius* dicit. *Muscosi fontes*, quae muscum habent, quod est genus lanuginis et in arborum corticibus et in fontibus nascens. *Mus-*

---

v. 38 Condidior C || 39 Veni tunc cum hora adest scripsi | ubi iam cum hora esset B || ubi iam hora esset M || 40 amor mei M | amorem ei B || ad regiua B || 41 coniurationem et execrationem coniurationem quando C || non diligas scripsi | non diligis B || sardinensibus B || risum oritur B, cf. Sall. Hist. fragm. l. II 2 Dietsch || 42 fructicis 1 || amarae corticis scripsi | amarus cortice 1 | amaro cortice M || 43 mac̄ B | Mai͂ M || si non te odio B | si non odio in textu, si non taedio in-marg. M || uideri (sic) unde et ortatur B | unde om. M || 44 Item domum 1 || Augustum uestri, cur scripsi | augustus uestri cum 1 | 'Ite domum — non mei' om. M || 45 utque, uenationem C || in frontibus nascens B | nascentis M || deum

cosi fontes, allegorice deus aquarum, uel Nymphas fontium inuocat, *Et somno mollior herba*, allegorice deus herbarum. *Herba*, pro herbarum dea.

v. 46. *Et quae uos*, o dea arborum super fontes. *Arbutus*, genus arboris rubea mora gerens. *Arbutus*, frondes, deus frondium.

v. 47. *Solstitium*, aestus. Solestitium quia circa horam sextam stat et iterum ad ima currit. Allegorice: ardorem tempestatis, dii, defendite, ut non sic pereamus, ut prius. *Iam uenit aestas*, idest ira Caesaris. *Solstitium defendite*, ab ardore tempestatis, idest ab ira Caesaris, ut non sic pereamus ut prius. Hoc allegorice, ad litteram uero hoc uult dicere: solstitium pecori defendite, idest pascua defendite, ne siccentur solis ardore. *Iam uenit aestas*. Hic aestum, ille frigus laudat.

v. 48. *Torrida*, ignea sicca. *Iam*, idest nunc incipiamus laetificari. *Gemmae*, flagella uitium gemmas uocat.

v. 49. *Hic focus*, subauditur 'est'. *Et taedae pingues*, ligna luminaribus apta, quae in nuptiis fiunt. *Hic focus* et reliqua usque *ripas*. Allegorice hic sensus est: licet hic aliquid congregare possimus, semper timemus frigora, idest tempestatem. *Hic plurimus ignis*, idest consuetus.

v. 50. *Fuligine*. Quicquid fumus de taedis fuscum facit, fuligo dicitur.

v. 51. *Hic tantum Boreae* et reliqua. Superius sub persona Corydonis Virgilius cauet, ne ut prius tristia patiatur, et post sibi laeta promittit; nunc Cornificius qui cum Antonio erat, dicit, se tristia non timere et munitum feruore armorum frigus, idest iram Caesaris non formidare. Ponit autem rusticas similitudines lupi et torrentis, quae bene congruunt rusticitati pastorali. *Curamus*, hoc est parui ducimus. *Curamus frigora*, pro nihilo curamus frigora propter lignorum habundantiam.

v. 52. *Aut numerum lupus*. Vt de numero *unum* pecorum tollat. *Numerum*, allegorice ciuium multitudinem. *Lupus* et *flumina*. Vt lupus uel flumina suam seruant naturam, sic curamus. *Ripas*, lapillos.

v. 53. *Stant*, habundant. *Iuniperi*. Iuniperus genus ligni duri. *Stant* et reliqua usque *sicca*. Allegorice hic sensus est: dicit se omnibus bonis habundantem, sed si Alexis desit, idest Caesar, putat *se* esse frustratum. *Stant et iuniperi* et cetera. Sensus huiusmodi est: Dicit se Virgilius omnibus bonis habundare; at si Caesar ab illo auertatur, omnia in contrarium uerti; uel Corydon hoc dicit de suo dilecto Alexi. *Hirsutae*, capillosae uel spinosae.

---

aquarum M || Nymphas fontium scripsi | nympha si montium, corr. fontium B | Nympham fontium M | Nympham scilicet fontium apud M Klussmann ||

v. 46 o dea scripsi | o loca 1 || 47 Solstitium aestas M || circa oram 1 || Hic aestus M || 48 Torida C || 50 de thedis 1 || 51 idest ira B || rustica simultitudines B || rusticitate B || 'Curamus — habundantiam' om. M || 52 Vt de numero unum scripsi | ut de numerum 1 | ut de numero pecorum tollat numerum (coniec. unum) allegorice M || si curamus B || 53 putat *se* esse M | putat esse 1 || uel spinosicae B ||

v. 54. *Strata iacent*, non uento sed maturitate.

v. 55. *Omnia nunc rident.* Hilara et festiua sunt. *Alexis*, puer pastoralis.

v. 56. *Abeat*, discedat. *Flumina sicca*, aqua uiduata.

v. 57. *Aret ager* et cetera. Si de pastore accipitur, sensus est: Omnia nunc sicca sunt, sed aduentu amicae Phyllidis reuirescent; sin Cornificii uox est, hoc est, quod dicit: Vniuersa nunc metu arida sunt; si uero Roma nobis propitia sit, omnia prospera erunt. *Vitio*, siccitate. *Vitio aeris.* Caelum uitiatum dicit. *Aret ager.* Nunc Thyrsis idest Cornificius de saeuitia persecutionis uel exilii ait, quod nec aer nec terra fructum det, sed et deos iratos dicit pro ira Caesaris, quia Mantuani cultores agros amiserunt, quos si Caesar restituerit, redituram eis fecunditatem ait.

v. 58. *Pampineas*, uitium. *Inuidit*, uites natae non sunt.

v. 59. *Phyllidis.* Phyllis dea Mantuanorum uel Caesar allegorice.

v. 60. *Iuppiter*, aer, imber. *Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri*, idest mixti multa cum pluuia fulgurum ignes cadent, quos putabant Iouem significare; nam Iuppiter pro igne solet poni.

v. 61. *Populus*, genus arboris. *Alcidae*, Herculi. *Populus Alcidae*, quia Hercules populo coronatus descendit ad inferos. *Iaccho*, idest Baccho, Libero patri, qui putabatur uitem inuenisse. *Populus Alcidae* et reliqua usque *laurea Phoebi.* Si pastor loquitur, iste sensus est: Licet singula quaeque suis inuentoribus cara sint, tamen, dum mea amica Phyllis corylos amabit, carius aliquid illis esse non poterit; si sub persona pastoris Virgilius loquitur, sensus iste est: Licet singuli populi a suis diis amentur, nos 'coryli', idest Mantuani, a Roma diligimur, quae quamdiu nos dilexerit, aliquis nobis praeferri non poterit.

v. 62. *Myrtus*, arbor Veneri consecrata. Laurea, idest laurus arbor. *Phoebo*, idest Apollini.

v. 63. *Phyllis*, idest Caesar allegorice. *Corylos*, Mantuanos, hoc est: licet hi dii suos diligant, nos tamen Caesar diligit.

v. 64. *Myrtus*, quae in tutella Veneris est. *Corylos*, tam steriles. *Nec myrtus uincet* et reliqua. Allegorice: licet nihil tam sterile, quam ager Mantuanorum, fauente tamen Caesare nulli fecundiores nobis, quia nullus potentior Caesare. *Laurea Phoebi*, quia laurum dilexit Apollo.

v. 65. *Fraxinus in siluis* et reliqua. Refert arbores, quae sunt speciosae, idest 'fortes et bonos', sed si Lycidae, idest Cornelii Galli

---

v. 54 Strate 1 | 56 Habeat 1 || 57 accipitur scripsi | accipit B || reuirescent scripsi | reuiriscent B | reuiniscent M || uicio aries C || uiciatum 1 || amiserant M || quos si M | quosi 1 || rediturum M || 59 Pyllidis B || Phyllis de mantuanorum uel caesar allegorice 1 | dea scripsi | Phyllis de Mantuanis uel Caesare allegorice M || 60 discendit B || mixti multa cum scripsi | mixtimus cum B | mixti cum M || fulgorum B || Iouem scripsi | interdum B || 61 quia herculis C | quia heruilis B || discendit 1 || carius aliquid] an *aliud?* || dilimur B || aliquis] an *alius?* || 62 arbor uenem (ueneri corr. B) 1 || phebo C | phoeb B | *Phoebus*, idest Apollo M || 63 mantuano 1 || hii 1 || 64 tutella 1 | tutela M || 65 fortes et bonae M || lycida 1 || cornilii 1 ||

praesentia contingat sibi, ait infirmiores fore. *Fraxinus in siluis* et cetera. Vox est pastoris ad Lycidam puerum dicentis: quamuis singula congruentibus locis pulchra siut, si me, Lycida, uisitaueris, omnibus tu pulchrior eris. Allegorice uel Cornificius hoc dicit de Antonio, uel Virgilius de Caesare, siue de Cornelio Gallo.

v. 67. *Lycida*, concubina uel amicus suus.

v. 68. *Cedet*, uilior erit.

v. 69. *Haec memini*, poeta dicit. *Haec memini*, haec omnia poeta Virgilius qui et Corydon, licet sub duali persona, quasi de alio narrans canit. *Frustra contendere*, frustra petit amicitiam Caesaris. Haec omnia de se dicit poeta quamuis de alio narrans. *Haec memini*, Virgilius loquitur sub persona Meliboei; *uictum*, Thyrsim aut Macrum poetam dicit, ut praedictum est, aut Cornificium a se superatum.

v. 70. *Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis*, idest, extunc nobis Corydon amabilior factus est quam Thyrsis.

Ecloga VIII.

Haec ecloga in honorem Asinii Pollionis, uel filii eius Salonini scripta est, ut aiunt, et allegorice Caesaris. In hac ecloga personae duae ueterum pastorum historialiter intimaudae sunt. Hoc genus carminis κοινόν uel μικτόν dicunt. Haec ecloga φαρμακίς appellatur. *In hac ecloga* duae personae introducuntur Damonis et Alphesiboei, qui repudiatorum amores narrant. Damon amissam queritur uxorem, Alphesiboeus eius mulieris refert actus, quae uiro alii dedita fuerat. Damon queritur, Alphesiboeus remedia agit; ille iustum amorem contemptum et sordidum appetitum canit, hic ueneficia excurrit amoris deterioris, quibus iustum amorem nititur disrumpere; Damon puellam, Alphesiboeus puerum amat. *Iunilius* dicit. Haec ecloga inpari numero epigrammatum gaudet. Haec ecloga proprie bucolicon. Haec ecloga siue in Hispania siue in Gallia canitur, et in agro canitur ut (v. 2): 'Immemor herbarum quos est mirata iuuenca.' *Iunilius* dicit. Allegorice Damon, idest Cornificius, poeta Antonii, amissam queritur Mantuam sub nomine Nysae; Alphesiboeus, qui et Virgilius, sub nomine Daphnidis Augustum insinuat.

---

v. 65 uisitaueris scripsi | uisitaberis B || 69 quia et corydon C || quamuis de alio] an quasi? cf. supra et E. VIII, 1 ||

Ecloga VIII. saloninis C || scripta s̃ nt ainnt l || In ac egloga C || cenon uel micton l || φαρμακίς M | parmacies B | permacies C | In Vita nominatur *Pharmaceutria*. || In hac ecloga duae scripsi ad ceterorum argumentorum exempla | Nam dnae l | cod. 165: et hoc genus carminis koinon uel mycton dicitur. appellatnr autem haec egloga farmaceutria, in qua ut diximus, duae personae introducuntur, Damonis etc. || amissam queritur M | querit l || damon amissam querit uxorem alphesiboeus remedia agit C || iustum amore B | anore C || amoris deterioris scripsi | amoris alterius l || propria bucolicon B || Post 'in Gallia canitur' uidetur testimonium intercidisse || damon idest cornificius B || querit B || nisae B || qui est M ||

v. 1. *Musam Damonis et Alphesiboei*, dicemus. *Damonis*, Cornificii. *Alphesiboei*, Virgilii; poeta autem Virgilius quasi de alio narrans sic incipit dicens: 'Pastorum Musam' et reliqua. *Musam* pro carmine. *Musam Damonis et Alphesiboei*, idest carmen suum et Cornificii sub nominibus pastorum.

v. 2. *Inmemor*, oblita. *Herbarum*, pastus. *Iuuenca* pro armentis posuit. Mira incrementa uarietatis: iuuenca, lynces, flumina.

v. 3. *Lynces*, lupi ceruarioli. *Lynces*, ferae Liberi patris sacris dedicatae, pantheris similes, caudas tamen graciliores habent. *Lynces*, pro omnibus feris.

v. 4. *Et mutata*, idest naturam mutantia. *Flumina*, prae carminum dulcedine; sed allegorice pro auditoribus accipi potest.

v. 5. *Dicemus*, repetemus.

v. 6. *Tu mihi seu magni superas* et reliqua. Asinium Pollionem petit Salonitarum uictorem, qui praecipuae, non minus poeticae quam oratoriae, uel imperatoriae laudis auidus fuit; nam et multa carmina et uaria poemata scripsit, unde est illud (v. 10): 'Sola Sophocleo' et reliqua. Huic post uictum Antonium aput Perusiam successor datus est Alfenus Varus qui iratus Mantuanis agros eorum parti Cremonensium iunxit. Causa autem iracundiae haec fuit. Octauius Musa enim, ciuis Mantuanus, idemque magistratus, cum tributum ab Augusto fuisset indictum, pecora Vari capta pignori tamdiu in foro clausa tenuit (nam Varus possessor Mantuanus erat), donec inedia morerentur, unde molestiam Mantuanis super amittendis agris intulit Varus; Virgilio tamen pepercit, quoniam condiscipulus eius fuerat. Eiusdem autem Vari est tragoedia Thyestes omnibus tragicis praeferenda; aliud nihil eius legitur. Thyestes nomen artis †. *Iunilius* dicit. *Tu mihi* et reliqua. Allegorice Virgilius tangit Caesarem Octauianum nauigantem in Illyricum. *Superas*, transgrederis. *Timaui*, locus in quo Antenor condidit ciuitatem. Timauus flumen de Rhipaeis montibus oriens inter Asiam et Europam serpens Maeotidas paludes auget; uel Timauus fluuius est Venetiae magno fonte exoriens.

v. 7. *Oram*, litus. *Illyrici*, Adriatici. *Legis*, consideras uel praeteris, uel *legis*, per liburnas nauigans. *Aequoris*, maris. *En erit*, optantis uox est. *En erit umquam ille dies mihi cum liceat*, idest utinam liceat tua facta meis carminibus digne exponi. Hic Pollionem uel Caesarem allegorice adolatur et optat, ut praesente Caesare uel Pollione posset eorum facta canere.

v. 8. *Tua dicere facta*, expugnationes urbium et bella.

---

v. 2 linces B | lynces flumina om. M || 3 linces libri semper || graciles M || 4 natura motantia 1 || prae carminum scripsi | pro carminum B || 6 qui praecipuae scripsi | qui proprie 1 || huic C | huc B || aput B || apud C || crimonensium 1 || iunexit 1 || ciues 1 || tributum M | tribunum 1 || inedia M | media 1 || amitendis C || Thyestes nomen *artis* †] Num de *tragoedia* uel *dramate*, an de *Atrei fratre* cogitauit? Num igitur: Thyestes nomen *Atrei fratris*? || yliricum B || ripeis B || horiens B || europem B || meotidas B || augit B || exhoriens B || 7 'Oram — maris' bis in B leguntur || utinam mihi liceat M || adolatur M | addatur B ||

v. 9. *En erit*, optantis uox. *Vt liceat*, eadem repetit. *Totum ferre per orbem*, idest diuulgare per orbem.

v. 10. *Sola Sophocleo*, idest sola tua carmina possunt aequari carnibus, quae Sophocles scripsit; is enim primus tragoediam conposuit. *Sophocleo*. Sophocles poeta tragicus, qui primus tragoediam scripsit, eximiae grauitatis habitûs, et ideo Pollionem huic comparat, quia scripsit Pollio tragoediam illo tempore; sed Cornelius Gallus potest existimari. *Digna*, similia. *Sola digna*, hoc est, nullus dignus honore Sophoclis nisi tu. *Cothurno*. Est cothurnus genus uestis praeclari hominis, idest ... ... uel genus calciamenti utrique pedi conueniens. *Cothurno*, carmine; pro altitudine carminis posuit, et proprie genus calciamenti quo tragoedi utuntur.

v. 11. *A te*, Pollio. *A te principium*, hyperbolice loquitur. *Accipe*, subauditur digne. *A te principium, tibi desinet*, idest: nemo ante te tragoediam scripsit nec post te scripturus erit. Vtrumque dignitatis est, cum dicit 'a te initium' et 'a te finis'. *Accipe iussis*, patet quia aut a Caesare aut a Pollione iussus est hanc eclogam scribere. *Accipe iussis carmina coepta tuis*. Sic loquitur, quasi a Pollione iussus sit ista scribere, quod factum non est; sed hic sensus est: *accipe iussis carmina coepta tuis*, ut desit 'digne', hoc est, quia iusseris ab agris meis recedi, et *ego* haec in te carmina digne scribam.

v. 12. *Atque hanc*, hederam idest hanc eclogam. *Sine*, uerbum, idest admitte inter tuos triumphos aut tragoedias et meum poema.

v. 13. *Inter victrices* et reliqua. Asinium Pollionem significat, qui et poeta fuit, sed quoniam Salonas deuicerat, utraque corona dignus fuit, lauro ut uictor, hedera ut poeta, ut (Ecl. III, 86): 'Pollio et ipse facit noua carmina.' *Iunilius* dicit. *Hederam*, allegorice hoc carmen. *Inter lauros*, triumphos, quasi ad Pollionem et ad Caesarem allegorice dicit. *Victrices lauros*, quia uictores lauro coronantur. *Serpere*, idest humiliter uel molliter procedere; est autem sensus: permitte, o Auguste uel Pollio, inter laudes triumphorum tuorum meum carmen adesse. Hucusque praefatio poetae de se; nunc incipit Damonis texere carmen quem Cornificium uult esse. *Inter uictrices hederam* et reliqua. Quoniam solent poetae coronas hederae habere, quia pallida est et qui uersificantur, pallidi sunt, et uictores lauro in certaminibus coronantur, quod Asinio Pollioni conuenit, qui uersificus fuit et inter Dalmatas triumphauit.

v. 9 diuulgare M | deuulgare B || 10 Sophocles composuit M || his enim B || Suphocleo suphocles C || habitus] malim *habitu* || tragoediam illo tempore scripsi | tragoedia. in illo tempore l | tragoediam in illo t. M || cornilius l || Coturno ŝ coturnus B || Post 'hominis idest' lacunam signaui || utroque B || conueniens quoturno B || carmini B || 11 desinit B || scripturus erit M | scripturus erat B || ante initium B || hoc est quia iusseris ab agris meis recedi (uel: ab agris meis *milites* recedere) scripsi | hoo est quiseris ab agris meis recede libri | quisquis es coniecit uel nonnulla excidisse suspicatur M || et haec l | *ego* addidi || 12 ederam B || admitte M | dimitte B || tuo B || 13 asianum pollionem C || lauro ut uictor hedera ut poeta scripsi | laurum uictor hederam poeta l | lauro uictor hedera poeta M || quasi scripsi cum C | quia si B | quia sic M || coronabantur M || uictricos horbam B ||

v. 14. *Frigida uix caelo* et reliqua. Quando nox finierat et mane prorumpebat. Nunc poeta locum tempusque designat. *Frigida uix caelo* et reliqua. Poeta adhuc loquitur tempus locumque designans, ac si diceret: cum aliorum opera quasi inmissa luce florescerent, tunc me de amissa couiuge tenebrae inuaserunt.

v. 15. *Cum ros in tenera herba*, subaudis 'deciderat'. *Cum ros in tenera* et reliqua. Allegorice latitudinem triumphi significat.

v. 16. *Incumbens*, quasi prae tristitia per se consistere non ualens. *Tereti*, rotundae. *Oliuae*, arbori uel baculo ex oliua, ut pastor. *Damon*, poeta de se dicit. *Sic coepit oliuae*, hucusque tempus et locus.

v. 17. *Nascere*, oriri diem desiderat. Nasco et nascor. *Praeque diem ueniens*, aut ante diem ueniens, aut diem praeueniens, cito. *Nascere* et reliqua. Allegorice, fruere iucunditate tua, dum ego maerore consumor, o Caesar. *Age Lucifer*. Loquitur autem ad Luciferum, quam stellam Veneris dicunt, a qua putabant amorem dari. *Age*, adduc, uehe, quia metiris diei tempora. *Almum*, lucidum. 'Almus' tria genera significat, ut (Aen. I 306; III 311): 'Lux alma', idest candida, et (Georg. II 330): 'Parturit almus ager', idest fertilis, et (Aen. II 591. 664. X 252): 'Alma parens', idest sancta. *Iunilius* dicit.

v. 18. *Indigno*, inpari. *Coniugis indigno* et reliqua. Amatoria uox est, quia erat sua uxore destitutus. *Indigno*, idest magno, ut (Georg. II 373): 'Indignas hiemes' idest magnas. *Iunilius* dicit. Ex indigno amore, idest inpari, possimus conicere dignum amorem, idest parem. *Deceptus*, ego.

v. 19. *Queror*, adloquor. *Dum queror*, dum querellas facio, ut *Iunilius* dicit. *Diuos*, allegorice Caesar, uel Pollio.

v. 20. *Extrema*, uitae meae scilicet. *Moriens*, prae asperitate exilii uel amoris.

v. 21. *Incipe Maenalios*. Maenalum eiusque lucos laudat et frequentiam pastorum canentium; uersus Maenalios uocat. *Iunilius* dicit. Hi uersus 'calares' dicuntur quia subinde repetuntur, et ornatus causa per schema hoc facitur. *Gaudentius* dicit. *Tibia*, stipula uel *tibia*, idest: o calami. *Maenalios*, Arcadios, hoc est a Maenalo monte Arcadiae. Hic sensus est: ut sic possim amorem cantare, quasi Pan in Arcadia Nympham cantauit, ut praediximus in secunda ecloga (v. 31). Et hic metalepsis est et ideo tropice unlt Pana intellegi quia ipse est inuentor fistulae pastoralis.

---

v. 14 nox finierat et mane scripsi | nox facta est mane 1 | nox finita est, mane M || 15 subaudi M || 16 prae tristitia scripsi | pro tristitia 1 || hucusque M | hic usque B || 17 diem diem desiderat C || aut ante diem scripsi | ut ante diem 1 || merore B || stella ueneris B || $\overset{\text{quia}}{\text{uehe metiris}}$ B | uehementer meritis C | uehe metire M || alma parenti 1 || 18 quia erat scripsi | qui ad 1 | quia a M || distitutus 1 || possumus M || 19 querelas M || 20 prae asperitate scripsi | pro asperitate 1 | Extrema uitae meae, scilicet moriens pro asperitate exilii *et* amoris M || 21 maenalum (sic) B || cauentium M | eanentiam B || Hii B || per scema B || idest calami M || hoc est a Maenalo monte Arcadiae M | hoc est amando mente arcadie 1 || metalemsis 1 ||

v. 22. *Argutum*, stridulum, ex iteratione resonantis reciproce uocis, idest echo. *Argutum nemus*, a uento motum. *Pinosque loquentes*, pro Musis posuit. *Pinos*, allegorice: poetas plurimos semper habet.

v. 23. *Pastorum*, idest Apollinis uel aliorum. *Amores*, querellas.

v. 24. *Panaque*, accusatiuus est, idest 'pinosque loquentes' et Pana habet. *Non passus*, idest: non passum calamos esse inertes. *Inertes*, tacentes, sine cantu, uel inhabiles, uel non canoros.

v. 26. *Mopso*, indigno homini. *Nysa*, uxor. Hoc pastor dicit de pastore, cui sua coniunx nupsit. *Mopso Nysa datur.* Nunc adnotatio incipit usque ad finem. Indignatur enim Nysam Mopso datam et se spretum. *Iunilius* dicit. *Quid non speremus amantes*, idest, quando hoc contigit, nihil iam est, quod fieri non possit. *Quid non speremus amantes.* Quia in amore est, semper sperare, idest: Quid est, quod non semper sperare debemus? *Mopso Nysa datur*, hoc est, pastor uxorem suam pastori alii datam indignatur. Mopsus Atticus uates fuit, Nysa locus in Asia, et inde allegorice per poetas intellegendum est. *Mopso*, allegorice Theocrito uel Ario centurioni. *Nysa*, ager Virgilii, uel Cornificius de Virgilio dicit, cui Mantua uel agri redduntur. *Quid non speremus* et reliqua. Allegorice: quare non habemus fiduciam, ut nobis reddantur agri, cum eis, qui simile aliquid fecerunt, redditi sint?

v. 27. *Iungentur iam gryphes equis.* Haec contra naturam fiant. *Gryphes*, aues ferae quae sunt in Scythia, uel animal, quod in Hyperboreis locis nascitur, semper equos adfectans, sed ad uocendum, quod rostrum habet et peunas quattuorque pedes: imago leonis, caput aquilinum et ungues. Hoc est: sicut haec contra naturam sunt, sic contra ueritatem Mopso Nysa datur. *Gryphes*, animal est in Hyperboreis montibus, simile leoni, alas habens et rostrum in similitudine aquilae, equis inimicissimum.

v. 28. *Cum canibus* et reliqua, quod est contra naturam. *Timidi* pro 'timidae', mutavit genus ut in Georgicis (I, 183): 'capti talpae.' *Dammae*, genus animantium idest caprae.

v. 29. *Mopse nouas incide faces.* 'Incide' scinde; faces incidere iubetur, quia scilicet nuptae ad facem deducebantur. *Tibi ducitur uxor*, pro eo quod est: a te ducitur; datiuus enim pro ablativo positus est. *Mopse nouas incide faces*, allegorice ad Virgilium respicit. *Tibi ducitur uxor*, inlicita superstite eius uiro.

---

v. 22 stridolum l || 24 et Pana M | et pan l || inhertes l | Inhertes B || inhabile B || 26 Nysa fere semper l | Nisa M || coniunx C | coninx B || Nunc adnotatio incipit usque ad finem] Haec cum loco Georg. II 70 'Heu — ingens' contulit M. Ego potius de dispositione eclogae cogitasse nostrum suspicer, cf. ad v. 13. 14 atque pro 'adnotatio' coniecerim *lamentatio*. Secuntur enim: 'Indignatur *enim*' etc. || nisa mopso C || nihil iam l | iam om. M || idest quidem l || Speramus idest timemus C || et inde allegorice scripsi cf. sq. | et inde alio ingenio B; alligorice semper scribi memento || tehocrito B || simile aliquid scripsi | simile aliud B || 27 grifes aequis B || fiant B cf. v. 52 | fiunt M || aues ferae M | aue fere B || scithia B || aequos B || hae^c contra B || grippes l || rustrum l || 28 mutabit l || damme B || 29 Tibi dicitur, a te dicitur l || positum est l || Tibi dicitur B ||

v. 30. *Sparge marite nuces.* Ita enim primo factum est quando Iuno Ioui iuncta est, ut *Homerus* † et abhinc apud antiquos moris fuit in nuptiis nuces spargere propter ueneficia. *Sparge marite nuces*, Virgilio para laetitiam. *Tibi deserit*, in tuum honorem incipit. *Hesperus*, stella, idest nox adest. *Oetam*, mons Thessaliae, unde Hesperus oritur idest uesper. *Sparge marite nuces*, idest, desine iam nucibus ludere, siue quia mos erat in nuptiis nuces spargere. *Tibi deserit Hesperus Oetam*, idest: dum occidit Hesperus, tibi relinquit Oetam montem Thessaliae; tuis utilitatibus nox superuenit, uel *tibi deserit*, sicut alii uolunt, oriendo. Hesperus enim et Lucifer idem esse dicitur, dicitur autem Hesperus graece, latine Vesper.

v. 32. *O digno coniuncta uiro.* Per ironiam dicit hoc deridendo, uel antiquo uocabulo. *Dum despicis omnes.* Dum enim ipse despicitur, omnes despici putat. Difficile est per singula allegoriam unam seruari; inde considerandum, utrum per singula sit inquirenda allegoria, an non, et utrum diuersa allegoria in iisdem personis per diuersa loca, *an non.*

v. 33. *Dumque tibi est odio mea fistula*, idest meum carmen. *Fistula*, rusticum carmen siue studium humile, idest patrimonium. *Dumque capellae*, sunt. *Capellae*, humile patrimonium. *Dumque capellae*, idest meae diuitiae. In amatore enim tria requiruntur, ut formosus sit, ut diues, ut bene cantans. Haec enim tria in eo sua amatrix despexerat.

v. 34. *Hirsutum*, pilis hispidum. *Promissa barba*, pendens uel inculta.

v. 35. *Nec curare deum credis mortalia quemquam.* 'Deum' pro 'deorum' posuit; dicit hoc minando, idest: non putas, quod dii talia considerant? *Nec curare deum credis mortalia quemquam.* Nisi uirum istum †; sunt enim alii qui non credunt esse deos.

v. 37. *Saepibus in nostris.* Non semper superba fuisti. *Paruam*, exprobrat ueteres suos amores et incongrue dicit se contemptum. Maior iniuria hinc apparet, cum ab infantia secum fuit. *Iunilius* dicit. *Saepibus in nostris*, uel circa saepes, uel prima coniunctione amoris, uel in nostra uicinia, quae est maior iniuria: ueteres etenim eidem amores exprobrat. *Roscida*, rore madentia.

v. 38. *Dux ego uester eram*, ego uobis ducatum regebam uel praecedebam uos. Allegorice capras suas alloquitur. *Legentem*, colligentem uel deliciosam.

---

v. 30 Spargere marite l || ut Homerus]. Legendum: ut *Verrius* ait, cf. praef. p. 717 et ad E. VI 18 || in nuptiis nuces uirgilio para laetitiam C || Oetham l || thesaliae C | t[h]esaliae B || Spargite marite B || nuces aspargere B || oeotam B || dum occiditur B | dum occidit Hesperus tibi, relinquit Oetam montem Thessaliae tuis utilitatibus, nox superueuit interpuxit M || 32 per hyrouiam l || per singula M | per singulam B || in isdem B || loca, *an non* scripsi | loca B || 33 'Dumque capellae idest — despexerat' om. M || meae diuitiae scripsi | nice (uel nae) diuitiae l || sua amatrix scripsi | suo amatrix C | suco amatrix B || 35 Nisi uirum istum] An: *nimirum uirum iustum dicit?* || 37 hinc scripsi | hic l || eidem amor B || rore madentia scripsi | rorem babentia B || 38 praecedebam C | precebam B || capra suas l ||

v. 39. *Alter.* A duobus 'alter' pro 'secundo', ut sit tertius decimus annus. *Alter ab undecimo*, idest tertium decimum annum attigeram. *Tum me iam acceperat*, quando conuenimus.

v. 40. *Fragiles*, flexibiles. *Iam fragiles poteram*, tunc ego iuuenis eram.

v. 41. *Vt uidi*, mox statim. *Vt perii*, idest ualde. *Vt me*, idest quemadmodum. *Malus abstulit error*, quia inpar amor et non reciprocus. *Vt uidi ut perii*, idest mox, ut te uidi, amore tuo elangui. *Malus error.* Ex malo errore bonum erroreui conicimus. *Malus error*, idest malus amor; putaui enim, quod mea esses, set non amauisti, sed in despectu me habes.

v. 43. *Nunc scio.* Hic definitionem amoris ponit. *Nunc scio quid sit amor*, quam durus, uel quare tam durus. *Duris*, hoc est: non de nobis, sed de duris dura, quae non molliuntur, generantur. *Cotibus*, saxis. Cotis fit deminutiuum 'coticula'.

v. 44. *Aut Tmaros aut Rhodope*, edit. Tmarus et Rhodope montes Thraciae, pro habitatoribus dicit. *Aut extremi Garamantes.* Populi Africae in extremo mundi constituti. Aput eosdem autem Garamantes coniugia sine dilectu haberi et *Hellanicus* in *chorografia* testatur. *Aut extremi Garamantes*, idest populi Africae, apud quos dicuntur coniugia sine dilectu haberi.

v. 45. *Nec generis nostri nec sanguinis.* Non ex nostris elementis generant, idest non ex nostro genere nascitur. *Nec generis nostri*, mire, quasi ex homine natus sit Amor; inhumanum magis, quem ut ex dea natum et potentem testatur. *Puerum*, idest Cupidinem quem et Amorem uocant. *Nec generis nostri puerum*, idest non de nobis, sed de duris rebus et quae non molliuntur, Amor generatur. *Edunt*, generant.

v. 47. *Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem.* Incertum, quam matrem dicit. Plures enim hoc uocabulo dignae sunt; nam et Progne, Terei uxor, ob amorem Terei filium suum interfecit, et Medea suos filios propter Iasonem interfecit; sed magis hanc dixisse accipiendum, quae damno communis sobolis maritum Iasonem atfecit. *Iunilius* dicit. *Matrem*, Prognem uel Medeam.

---

v. 39 'Alter — attigeram' om. M || atigeram C || conuenimus (sic) B || 40 iam fragile C || 41 idest quemadmodum scripsi | idem quemadmodum (idẽ C) l || abstullit B || ut pueri B || *ut* idest mox, *ut* idest ualde, *ut* idest tunc uel quando (qm̃) C || set non amauisti scripsi | et non ama|||sti B || in despectu scripsi | in dispectum B || 43 Hic scripsi | hoc l || ditinitionem C | difinicionem B || hoc est scripsi | hoc l || gerantur C || hoc non de nobis, sed de duris; dura quae non molliuntur, generantur M || diminutiuum scripsi | diminutine l || cotis fix C | an igitur 'cos, cotis facit diminutiue c.'? || 44 ant tinaros l || hrodope B | rhodophe C || hedit l || thrahiae B | trahię C || aput eosdem B | apud eosdem C || sine dilectu scripsi | sine intellectu l cf. infra | sine delectu M || *et Hellanicus* scripsi | &hlanicus l (sic) | Ethlanius M || in chorographia M | in torogrosia B | in corogrosia C || sine dilectu aberi B | delectu M || 45 helemontis l || mire C | mirae B || quam ut M || potentem dixit M || moliuntur B || generatur amor M || 47 pluses l || iucabulo B | iucabo C || ob amorem scripsi | ab amore l || atfecit l | affecit M || Commaculare manus. medea enim

v. 49. *Crudelis* et reliqua, interrogatiue. *Mater*, Medea, Aeetae filia, regis Colchorum. *Puer*, Amor. *Inprobus*, inoportunus. *Crudelis mater*, Medea, Aeetae filia. *Ille*. Iason qui mortem filiorum petierat. Sensus est: sic me amor docet inepta facere. *Ille puer*, idest Iason, cuius illa amore conpulsa est filios interficere, uel *puer inprobus*, Amor, qui tale facinus adduxerit.

v. 50. *Crudelis tu quoque mater*. Omnia haec ad Amorem referuntur crudelem.

v. 52. *Nunc et ouis* et reliqua. Contrariis miscet aduersa, quibus iniquam coniunctionem Nysae ostendat et Mopsi, et se despectum esse conuenienter probat. *Iunilius* dicit. *Fugiat*, imperatiue uel interrogatiue. *Nunc et ouis*. Sensus est: Nunc, inquid, fiat, quicquid contra rerum est uaturam.

v. 53. *Mala*. Fit 'melum' et 'malum', ut: 'melum crebra decerpere manu.' *Narcisso*, genus floris. *Floreat*, imperatiue.

v. 54. *Sudent*, imperatiue. *Electra* sucinum. *Myricae*, genus arboris medicae. *Electra*, gemmae sucinae, quod genus uitis est; quamuis et nomen talenti est de auro et argento conflati.

v. 55. *Certent*, imperatiue. *Cycnis*, cycnus a canendo. *Vlulae*, aues de uiulatu dictae, cuius diminutiuum est 'ulluccus', sicut Itali dicunt, quam auem Galli 'cauannum' nuncupant. 'Vlula' autem dicta est a sono propriae uocis. *Sit Tityrus Orpheus*. Talis poeta, qualis Orpheus, sit Tityrus. *Orpheus in siluis*, hic anadiplosis. *Sit Tityrus Orpheus*. Tityrus uelut Orpheus polleat in carmine. Orpheus enim dicitur cithara siluas et saxa mouisse.

v. 56. *Orpheus in siluis*, quasi inter pastores. *Inter delphinas Arion*. Arion poeta summus et citharoedus, Methymnaeus natione, ab agone recedens in piratas incidit, et inpetrauit, ut sibi eodem habitu, quo in scaenam introire adsuesset, canere liceret, et cantu cum delphinas adlicuisset, in mare se praecipitauit exceptusque ab eis in terram perlatus est, dictusque Delfinius. *Iunilius* dicit. *Inter delphinas Arion*. Tityrus uelut Arion polleat in carmine; dicitur enim Arion cantu citharae delphinas aduocasse, quod tamen factum est, sed pro miraculo.

---

aetae Colchorum regis filia ob (ab) amorem iasonis suos filios trucidauit *iunit* dicit Vossianus ||

v. 49 aete 1 || cholchorum 1 || inoportunus 1 || adduxerit scripsi | aduexerit 1 || 52 Nunc et uos C || dispectum B | dipectum C || imperatiuae B || Nnn et ouis B || Sensus est: Nunc etc. scripsi | Nunc — naturam. Sensus est quicquid B | unde post quicquid lacunam statuit M || 53 malum crepita decerpere C | decerpere B; cf. praef. cap. XI || 54 succinum, succinae M || mirice B || quamuis scripsi | quam ius l | cui nis M || 55 cinis l || cicnus B | cincnus C || cauan uuncupant M | cauaN nū B cf. Mommsen mus. Rh. XVI p. 446 not. et Diez lex. etym. II p. 248 s. n. Choe || S't Tityrus B || qualis Orpheus, sit Tityrus. *Sit Tityrus* Orpheus M || anadiplosis sit tyrus B || Tytyrus, cythara B || 56 quasi inter pastores M | quasi pastorem l || inter delphianas l || cytharedus l || methemneus l || in pyrata l || codem habitum l || in scaenam scripsi | in scena l || adsuisset l || dictusque *Delfinius* scripsi | sic et fineus l | *Hygini* nomen latere suspicatur Wagner de Phil. II 17 || antu cytharae B || Verba 'quod tamen — miraculo' in B post 'Inter delphinas Arion' posita transposui ||

v. 58. *Omnia uel medium fiat mare.* Prius diluuium optat, deinde uel medietatem mundi perire, uel omnia, inquid, confundantur; satius enim mihi est mori, quam haec perpeti. *Omnia*, etiam profundum? *Omnia uel medium fiat mare.* Prius optauit omnia, dein uel medietatem perire. Sunt enim insanientis uerba prae amore uel indignantis. *Viuite*, idest ualete.

v. 59. *Praeceps aerii*, idest de specula alti montis praeceps in undas deferar. *Aerii*, excelsi. *Specula de montis*, de scopulo eminenti.

v. 60. *Deferar*, optatiuo modo. *Deferar*, ad mortem. *Extremum hoc munus*, mortem meam, ut (Aen. IV 308) 'Nec moritura tenet crudeli funere Dido', idest: sinis mori. *Morientis habeto*, uxor Nysa uel Mantua.

v. 61. *Desine*, idest: sit finis carminis et uitae, uel carminis fac finem, sicut et uitae. *Desine.* Petit a Musis, ut desinerent, quia postulata non procedebant.

v. 62. *Haec Damon.* Poetae uerbum, quasi dixisset: 'haec in persona eius dixi.' *Vos quae responderit Alphesiboeus*, quae nunc dicet.

v. 63. *Dicite*, insinuate, quae possim sub persona mea de eo cantare. *Pierides*, inuocat Musas. Inuocatis namque Musis incrementum carmini suo tribuit. *Omnia*, similia. *Possumus*, nisi uos adiuuetis. *Non omnia possumus omnes*, sicut et *Cicero* dixit (pro Mur. cap. XXII): 'Pauci unum possunt, utrumque nemo.'

v. 64. *Effer aquam* et cetera. Alphesiboeus sub persona uxoris Daphnidis haec dixit. *Effer.* Vxor Daphnidis dicit ad suam ministram, idest praesaga dicit ad Amaryllidam ministram, idest ancillam eius. Fit Amaryllis et Amaryllida. *Effer aquam.* Vxor dicit ad suam ministram, quae nititur ueneficiis despicientem se maritum ad amorem reuocare. *Vitta*, sacerdotum infula.

v. 65. *Verbenas*, genus herbae castissimae, uel ex loco sancto sumptae, ut *Terentius* et *Iunilius* dicunt; uel *uerbenas*, oliuae ramos, uel carnes pingues, uel frondes; nam omnia quae uirent, 'uerbenae' dicuntur. *Mascula*, fortia, pro masculina. *Mascula tura*, quae in modum testiculorum sunt.

---

v. 58 uel omnia scripsi | et omnia l || mihi mori M || deinde M || 59 de monti C || 60 deferar obtatiuo modo C || deferat B || ne moritura l || sinis scripsi | siuis B | $\overset{i}{\text{sius}}$ C || 61 fit finis M || desinerent M | desineret B || 62 haec in persona eius, eiecto 'dixi' M || 63 prae possim C || *Omnia*, similia possumus nisi uos adiuuetis M || paucim impossunt B || 64 Daphnidis haec dixit scripsi | daphni dixit haec dixit l | Daphni haec dixit M || *Effer.* Vxor Daphnidis dicit scripsi cf. sq. | uox daphnidis dicit l | uox Daphnidis. Dicit interpunxit M || idest praesaga dicit ad Amaryllidam ministram idest ancillam eius. Fit Amaryllis et Amaryllida scripsi et transposui | idest praesaga dicit ad ama fit amaryllis et amaryllida asyllidam ministram idest ancillam eius l | unde dicit ad *eam*. Fit etc. M | Postquam inter *ad Ama* et *ryllidam* inrepsit 'Fit Amaryllis et Amaryllida', 'ryllidam' in 'asyllidam' abiit || depiclentem B || ad amorem M | calamorem B || 65 sancto M | sanctae l || terrentius B || terremus C, cf. Andria IV 3, 11 et Thilo mus. Rhen. XV p. 131. Hoc addendum eis quae praef. p. 707 de laudatorum auctorum nominibus per conpendium cum commentatoribus coniunctis monui | Filargirius: V. g. h. c. sumptae ut ait

v. 66. *Coniugis*, mariti idest Daphnidis. *Sanos*, non amantes; nam qui amant, aegrotant quasi morbo. *Auertere*, ut ament. *Coniugis* et reliqua. Forsitan et haec allegorice Cleopatrae Antonio iunctae conueniunt, quae Caesarem odibilem habuit. *Vt magicis sacris.* Nunc ueneficiis eum inultat.

v. 67. *Nihil hinc*, post sacrificium conflatum. [Bene desperanti sunt carmina necessaria ut uel sic ducat ad consensum.] *Nihil hic nisi carmina desunt.* Bene desperanti carmina sunt necessaria, ut uel sic ducat ad consensum. *Desunt*, figurate pro absunt.

v. 68. *Ducite*, huc. *Domum*, idest ad domum meam, sed aduerbium. *Ducite* et reliqua. Allegorice Virgilius hoc de Augusti uocatione ad Musam suam audiendam dicit. *Ab urbe*, idest Roma. *Domum*, Musam uel carmen. *Daphnim*, amatorem uel Caesarem. *Daphnim*, uel genetiue intellegendum, ut alii, quod sensum commutat. *Daphnim.* Virgilius mutauit nomen possessionis suae et eam appellauit Daphnim. *Ducite ab urbe domum*, idest reducite ab urbe ad domum. *Daphnim*, hoc est amatorem suum. Allegorice Virgilius loquitur ad sua carmina, ut ab urbe Roma ad suum amorem Caesarem Augustum adtrahant.

v. 69. *Carmina* et reliqua, idest, non solum Daphnim, sed lunam ipsam deducere caelo possunt. *Vel*, saltim. *Vel*, etiam. *Possunt*, pro potuerunt. *Deducere lunam*, Pana dicunt deduxisse caelo Lunam carminibus suis. *Carmina uel caelo possunt deducere lunam*, 'possunt' pro *deducere* potuerunt. *Deducere lunam.* Dicitur enim Pan de caelo Lunam carminibus deduxisse.

v. 70. *Carminibus* ueneficiis. *Circe*, Solis filia, quae fertur ueneficiis socios Vlixis in bestias uertisse. *Socios mutauit Vlixis.* Comites eius in sues conuersi sunt. Apparet quod orum constituta † Circe ista agit malefcia; uel Circe disputatoria erat, et qui adgrediebantur, illis illa asserebat: Tu ursus es, tu canis, quia nihil scis, et poetae acceperunt quasi uere in feras uerteret.

v. 71. *Frigidus*, nocens, uel quia frigidos morsus facit. Hic sensus est: licet uenenosus sit, tamen frangitur carmine. Haec incantatores faciunt. *Cantando rumpitur*, dum ei carminibus cantatur.

Terentius ex ara: 'ex ara hinc sume nerbenas tibi' || *Muscula tura*, tura qnae M ||

v. 66 odibilem habnit et magicis sacris nunc neneficiis eum innitat M | eam inuitat B || 67 conflatum scripsi | confatum B | conlatum M || Bene desperanti M | bene desperanda B cf. sq. iterat. || uel sic dncat scripsi cf. sq. iterat. | uel sic abieat l | nel sic abigat M || 68 Daphnim amatorem scripsi | amore l || uel genetiue M | uel genitiae l || intellegendum scripsi | legendnm l cf. ad v. 85. Nescio quem iste genetinnm arioletur; num Daphn*is* pro Daphni*n* sibi legere nidebatur? cf. Ribbeck proll. p. 250 sq. N uisa S et p. 260 || reducite ab nrbe domum M || 69 *Possunt*, pro potuerunt scripsi | pro adferunt l || pro dedncere potnerunt scripsi | pro adposuerunt B || Dicitnr Pan M || deduxisse scripsi | adduxisse B || 70 Carminns neneficus C || in snes scripsi | in aues B || quod orum constituta †] An: 'quod ad horum constitntionem'? || ista M | iste B || illis M | illi B || acciperunt B || 71 morsus C | morsu B || nenenosus sis C || cantatnr B] an incantatur? | canitur M ||

v. 72. *Daphnim.* Daphnis 'laurus' dicitur latine, unde putatur Virgilius Daphnim pro sua possessione posuisse.

v. 73. *Terna*, hostia quae terna est. *Tibi*, Daphnis. *Terna*, nouem intellegimus. *Diuersa colore triplici*, tria alba tria rosea tria nigra. *Terna tibi haec primum triplici diuersa colorē*, quae nouem sunt, idest alba, rosea, nigra, omnia trinum numerum habentia, *Triplici diuersa colore.* Allegorice uarietas carminum.

v. 74. *Licia*, quasi 'ligia', per quae ligantur stamina. Bene utitur liciis, quae mentem adolescentem alligant. *Terque haec altaria circum effigiem duco.* Haec faciunt malefici facientes ueneficia, idest effigiem amatoris circumferunt, unam ex ligno, alteram ex luto, tertiam ex cera. *Haec altaria*, quae in honorem Augusti consecrata sunt. *Circum effigiem*, circum imaginem haec ueneficia fiunt, quibus ad amorem premitur. *Licia*, quibus iunguntur stamina.

v. 75. *Deus*, pro omnes dii. *Inpare* pro inpari. 'Par' numerus aduersis conuenit, ut (Aen. II 243): 'Quater ipso in limine portae substitit adque utero sonitum quater arma dedere', quod excidio ciuitatis conuenit, et alibi (Aen. V 639): 'En quattuor arae Neptuno', quod arsuris nauibus conuenit; inpari uero numero deus gaudet. *Iunilius* dicit.

v. 77. *Necte.* Nunc ad concubinam suam dicit. *Tribus nodis*, in augurium. *Amarylli*, uocatiuus casus. *Amarylli*, mulier. *Ternos colores*, idest laneoş colores.

v. 78. *Amarylli*, uocatiuus casus. *Et Veneris*, Cupidinis uel Amoris. *Veneris dic uincula necto.* Cum ligare coeperis, amorem te ligare dicito. *Veneris dic uincula necto*, metro anapaestico in honorem Cupidinis consecrato.

v. 80. *Limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit*: 'Limus' Daphnis, nos uero 'cera'. *Limus*, terra mollis ex aqua soluta igni coquitur. Hic sensus est: Sicut haec durescunt et liquescunt, sic Caesar mollescat amando nos et noster amor in eo durescat. *Limus ut hic durescit* et cetera. Limus, terra mollis ex aqua soluta, igni durescit eodemque igni solis cera liquescit.

v. 81. *Igni*, sole. *Sic nostro Daphnis amore.* Subauditur durescat et liquescat.

v. 82. *Sparge molam*, inpone salem. Ancillam uel concubinam alloquitur, uel collegam. *Sparge molam*, fragmenta molae, ut mittas

v. 72 Ante 'unde putatur' uidentur aliqua intercidisse quibus eius denominationis causa ostendebatur || 73 tria rosea tria regna C || Terna tibi hae B || idest alba M | idest ab B || 74 quasi ligia scripsi | quasi ligna l | quasi ligamina M || quae M | qua l || mente C || circum figiem B | circnm frigiem C || circum fuerunt l || quem in honorem l || fiant l || premitur scripsi | p̃uenitur l | peruenitur M || 75 en IIII aras B || 77 *Necte* om. M || Tribns modis l || lanes, corr. laneos B || 78 nocatiuns casus est. Veneris M || uincnla dic l || 80 remollescat M | mollescat B | molescat C || 81 'Sic nostro — liquescat' om. M || 82 inpone salem scripsi | inpone laborem l || colligam l || fragmenta molae scripsi (an 'mole'?) | fragmenta

in ignem, uel molere debes, cum ignis ardet. *Fragilis*, flexibilis, idest quae possint eum flectere. *Bitumine.* Bitumen de fulgore nascitur, quo naues unguntur. *Bitumine*, quod glutinat et ardet, ut glutinetur et ardeat. *Lauros*, laurus, in quam Daphnis conuersa est, dum Apollo eam sequeretur.

v. 83. *Daphnis me malus urit*, amore. *Ego hanc*, aduersum. *In Daphnide laurum*, idest uro, ut urat eum hoc.

v. 85. *Daphnim*, genetiuus in forma accusatiui. *Qualis cum fessa iuuencum.* Eleganter rusticus amorem suum pecoris amori comparauit. *Iunilius* dicit. *Iuuencum*, taurum. Eleganter amorem suum rustica amori pecoris comparauit.

v. 86. *Quaerendo bucula.* Sic discurrimus quaerentes Caesarem, ut bucula. *Bucula*, uacca uel uaccula.

v. 87. *Propter*, iuxta. *Aquae riuum*, illum sperans. *Viridi*, herbosa. *In ulua*, in ualle, uel *ulua*, herba. Hac sunt parabolae de amore.

v. 88. *Serae*, tardae. *Nec meminit decedere*, sed manere.

v. 89. *Teneat*, optatiuo modo. *Talis amor teneat*, subauditur 'nos' uel 'te'. *Nec sit*, pro sit ... ... *Cura*, ablatiuus uel nominatiuus. *Mederi*, sanare. *Mederi*, illum.

v. 91. *Exuuias.* Exuuiae uestes dictae ab exuendo. *Exuuias* et reliqua. Pastor de puero dicit, poeta de collega, Medea de fratre suo, Virgilius de Octauiano Caesare, aut mulier de amatore suo dicit. *Exuuias*, allegorice, pars agri quae secum remansit. *Perfidus*, malae fidei. *Perfidus*, idest dignus magicis carminibus dum perfidus sit. *Iunilius* dicit.

v. 92. *Pignora cara sui.* Pignora rerum, pignora filiorum. Licet relicta est, cara eius pignora confitetur. *Limine in ipso*, sub limine depono, idest in loco sacro uel in templo Vestae.

v. 93. *Terra, tibi mando.* Terra, Vesta, dea terrae. Hic sensus est: dona quae dedit mihi, tibi do, ut eum ducas ad me. *Debent*, idest reducere haec pignora Daphnim, ex quibus maiora speraui.

v. 95. *Has herbas*, idest has artes et haec auguria.

v. 96. *Moeris*, huius rei peritissimus. *Moeris*, magus peritissimus in magica arte, pastor quoque et tutor. Hic Virgilius de magica arte loquitur.

---

molle l | fragmentum molle M || fragiles flexibiles M || quae M | quo B || uuguntur B | iunguntur M || quod glutinet B || ut glutinetur et ardeat B | ut glutiuet et ardeat M || *Lauros*, laurus scripsi | lauros B | Apollo eam M | apollino B ||

v. 85 genitiuus M || rusticus om. M || comparat M || eliganter B || amorem M | amatorem B || rustica B | rusticus M. Daphnidis uxor intellegenda || 87 Hac scripsi | hic B || parabolice M || 89 *Nec sit*, pro sit ... scripsi et lacunam statui | prosit M || sanare scripsi | sanari B || *Mederi*, illum om. M || 91 Pastor de puero dicit, poeta de collega etc. scripsi | pastor de colliga de puero dicit B cf. ad v. 109 || allegorice om. M || 92 Licet relicta est (uel sit) scripsi | relictus licet B || pignera, semper B || 93 Terra Vesta M | terra uestra B || maiora speraui] scilicet quam ex ceteris ueneficiis || 95 as artes l || 96 de magica arte M | magica arte B || *Ponto*, orientalis regio C ||

v. 97. *His ego saepe lupum fieri.* His herbis, per has herbas Moeris se lupum faciebat. *Lupum fieri*, inter feras ambulantem. *Et se condere siluis*, non agnosci. Efficacissima carmina exemplis ostendit, et forsitan per haec possim deducere te.

v. 98. *Saepe animas excire.* Reuocabat his herbis in uitam animas. *Excire*, commouere. *Imis sepulchris*, quia in sepulchris conduntur.

v. 99. *Satas*, segetes; 'seges' interea et ipsa terra dicitur et quod continet *terra*. *Alio*, aduerbium. *Traducere*, decipere, a propria fertilitate remouere messes iam in culmum turgentes.

v. 101. *Fer*, effer. *Fer*, ministranti dicit, idest uxor. *Amarylli*, concubina uel ancilla.

v. 102. *Transque caput.* Hoc augurium est et ueneficia, quibus ad amorem traxit alios. Mos enim apud ueteres fuit auguria semper obseruari. *Nec respexeris*, ne forte *respiciens* aspicias maiestatem. *His*, ueneficiis.

v. 103. *Daphnim adgrediar*, illi insidiabor. *Adgrediar*, idest carminibus. Sic hoc dixit quasi aduentu eius quaedam carmina dictura sit, dum ille sacrificium despexit. Hoc dicitur Ciceroni ab uxore sua contigisse.

v. 105. *Aspice*, forsitan ancilla dicit. *Corripuit*, inuasit. *Tremulis*, crispantibus. *Altaria.* Altaria dicuntur et quae continent et quae continentur in eis.

· v. 106. *Sponte sua*, sine igni, subito ex ipsis cineribus flammae arserunt. *Dum ferre moror.* Ferre, efferre proicienda. *Cinis ipse*, tantummodo. *Bonum sit*, ut bonum sit, uel credo, quod bonum erit.

v. 107. *Nescio quid*, nonne, prae gaudio. *Certe*, uerum. *Hylas*, nomen canis. Conuenit hic fieri canis mentionem. *In limine latrat.* Latratus prae nimio gaudio figurat domini aduentum.

v. 108. *Credimus.* Verum esse credebam. *An qui amant ipsi sibi somnia fingunt.* Quia qui amant, quae cupiunt, ea uident. *Fingunt*, idest sibi somnia fingunt, idest, mihi ostensum est per hoc augurium, uel in somnio.

v. 109. *Parcite* et reliqua. Pastor de puero suo, uel Medea de fratre, uel poeta de collega, uel de Caesare haec dicit. *Parcite.* Hic non dixit 'desinite'; qui enim desinit finem facit; qui uero parcit, suspendit

---

v. 97 Et se oonsedere B || Nam agnosci M || 98 his herbis C | his erbis B || 99 continet terra scripsi | continetur B || fertilitate scripsi | festinitate B || turgentes] an surgentes? || 102 capud l || traxit B | contraxit C || netere C || obseruare M || ne forte respiciens aspicias scripsi | ne forte respicias B || 103 Sic hoc scripsi | sicut hoc l || aduentum M || dictura sit scripsi | dixerat l || dispexit l || Ciceroni] cf. ad G. IV 385 || 105 Tremulis — continentur in eis om. M || Alterum 'alteria' addidi || 106 arserunt scripsi | arserint l || 107 prae gaudio scripsi | pro g. l || canis mentionem scripsi | canem l || figurat M | figura B || 108 somnio M | somno B || 109 de colliga l || non dixit 'desinite' scripsi | non dixit desine l || agebat Philargyrius | agat l || *Desine* ita defendit Wagner de Phil. II p. 7 ut ad uersum inter-

quod agebat. *Iunilius* dicit. *Parcite*, desinite augurium facere. *Venit*, quasi dixisset: scio eum uenturum ad nos, cum sic ignis erupit.

Ecloga IX.

Virgilius hanc eclogam in honorem amicorum suorum scripsit. Hoc genus carminis δραματικόν uel μιμητικόν dicitur. Haec ecloga in Gallia canitur uel in Hispania, et in agro canitur ut (v. 1): 'An quo uia ducit in urbem.' In hac ecloga personae II introducuntur, quae inpari numero epigrammatum decurrit. Haec ecloga proprie bucolicon. In hac ecloga personae duorum pastorum in uia fortuitu conuenientium et fugientium milites et alloquium atque consilium habentium historialiter intimandae sunt. *Iunilius* dicit. In hac ecloga Moeris, idest Virgilius, fingit se ad querelas iturum Romam; nam cum Claudio quodam milite, communem agrum possidebat, a quo paene fuerat occisus. Quidam autem dicunt, primitus agros ab Pollione Virgilio redditos; postquam autem Varus successit Pollioni, adempti sunt. Hinc Romam pergit, et Cornelius adque Macer illi consilium dant, sub quorum persona hanc eclogam texit. Allegorice Lycida Cornelius Gallus, Moeris Virgilius, uel amicus eius aequalis uel Aemilius Macer intellegitur.

v. 1. *Moeri*, uocatiuus casus. *Quo te*, *Moeri*, *pedes*, subauditur ducunt. Alii dicunt: *Emoris*, equus uelocissimus Saracenorum, quem interdum accipi potest: *Quod Emori pedes*, idest, utinam quattuor, ut me in urbem cito ueherent ad accusandum Cladium. Hoc tamen non credendum est. *An quo uia ducit*, interrogatiue. *In urbem.* Forsitan hoc in Gallia dicit.

v. 2. *Lycida*, uocatiuus casus. *Viui*, uix uiui. *Peruenimus*, eo peruenimus. *Aduena*, idest Cladius, non ut alii Varum uel Arium centurionem dicunt.

v. 3. *Quod numquam ueriti sumus*, malum inopinatum, ut Dido (Aen. IV 419): 'Hunc ego si potui tantum sperare dolorem'. *Possessor*, Cladius. *Agelli*, uicus Virgilii; ager, agellus.

---

calarem (Desine, ab urbe uenit etc.) referret (cf. v. 61); sed *carmina* pluralem numerum requirebat. De *metro* non cogitabat Iunilius, cf. schol. sq.

Ecloga IX. μιμητικόν M | meticon 1 || in ispania C || personae II introducuntur scripsi | persone introducuntur 1 || decurrit C | decurrunt B cf. argum. ecl. V, VII, VIII || iturum (sic) B || pene B || sub quorum scripsi | et sub quorum B | et sub horum M || cornilius B semper || Lycidas M || amicus eius aequalis scripsi | amicus el qualis B ||

v. 1 'Alii dicunt Emoris — credendum est' in C bis adsunt. De his ineptiis cf. praef. p. 710 || quod 1 (idest *quot*) || ueherent B | uehementer C || acusandum C || gladium 1 | Claudium M, semper | Cladium scripsi quia in sequentibus quoque semper ita hoc nomen scribitur in cod. || in urbem om. M || 2 licida, semper B || *Peruenimus*, *eo* peruenimus scripsi | Peruenimus sepe imus B ||

v. 4. *Veteres migrate.* Quoniam repugnare non possumus, cedimus. *Iunilius* dicit. *Coloni.* Quondam domini, nunc coloni.

v. 5. *Quoniam fors omnia uersat.* Allegorice clamor laetitiae militaris. *Fors*, fortuna.

v. 6. *Hos illi*, Cladio uel Ario. *Nec bene*, ei proficiat. *Quod nec uertat*, nec ueniam mercatur. Bene 'mittimus haedos' pro portamus dona.

v. 7. *Certe*, tuo ingenio audieram agros restitutos. *Qua se subducere colles*, in procliuium a summo usque in imum. Hic terminat agrum Virgilii.

v. 8. *Mollique cliuo*, ripa Mincii. *Cliuo*, aequae descensionis colles.

v. 9. *Vsque ad aquam*, Mincii. *Et ueteris iam* et reliqua, idest a lacu usque ad arborum fines possessiones Virgilii dicit. *Fracta cacumina*, fagi quia alta franguntur.

v. 10. *Omnia*, supra scripta loca. *Carminibus*, ac si diceret: nonno carminibus agrum suum seruauit? *Vestrum seruasse Menalcan.* Hic sensus est: Menalcan, idest Virgilium, seruasse agrum a monte usque ad aquam et ab aqua usque fagum.

v. 11. *Audieras*, idest reddi. *Et fama fuit*, idest fama tantum fuit. *Sed carmina tantum*, pro nihilo habentur.

v. 12. *Valent*, solaciant †. *Lycida*, uocatiuus casus. *Tela inter Martia*, idest inter uim militarem, hoc est tumultum Vari uel Cladii.

v. 13. *Chaonias*, idest de nemoris nomine, quod est in Epiro; uel Chaonia regio in Epiro. *Dicunt*, ualere. *Chaonias columbas*, Dodonenses, quia ibi a quercu per ipsas responsa dabantur.

v. 14. *Quod nisi me quacumque*, subaudi 'ratione'. *Quod nisi me*, idest nisi praescirem augurando. *Nouas*, inauditas. *Incidere*, deuitare. *Quacumque*, quoquomodo. *Lites*, militares uel *lites*, Cladii uel Vari de agro communi, qui uolebat Virgilium occidere.

v. 15. *Sinistra.* Quattuor genera augurii: antica postica sinistra dextra. *Cornix*, auis quae cantare solet augurantibus.

v. 16. *Nec tuus*, amicus. *Moeris*, Macer. *Nec uiueret ipse Menalcas*, quia paene occisus est Virgilius.

v. 17. *Heu*, interiectio dolentis. *Cadit*, congruit. *Heu cadit in quemquam tantum scelus*, ut occideret Virgilium.

v. 18. *Solacia.* Tecum uel carmina rapta essent. *Menalca*, Virgili. *Solacia rapta*, solacia carminum rapta nobis essent.

---

v. 5 laetitiae l] an licentiae? || 6 uel ario l | nel Varo M || *Nec bene*, ei proficiat scripsi | ne ei bene proficiat l | Haec post 'Varo' subiunxit M || 7 tuo ingenio M | tna ingenio l || 8 *Cliuo*, aequae desoensionis colles scripsi | Cliuo ęque discensio VII cursus B | aequa descensio VII cursus M cf. ad Georg. III v. 293 not. || 10 hac si diceret l || e monte M || 12 *Valent*, solaciant †] An sauciant? cf. '*tela* inter Martia' || 13 Dicunt ualere Chaonias columbas etc. M || dedonenses B || 14 *Quod nisi me quacumque*, subaudi ratione scripsi cf. Seru. | Quod nisi me subanditur dico l || auguriando l || nel lites B | uelitis M || 15 antiqua C || destra C || auesquo cantaret solet auguriantibus B || 17 Heu C | Eu B || *Cadit*, congruit om. M || occideret scripsi | occiderit B || 18 Tecnm uel scripsi | Macrus uel l || solatia M || rapta nobis scripsi | rapta a nobis B ||

v. 19. *Canerct*, cantarct. *Quis caneret Nymphas*, quis Bucolica faceret? Subauditur: 'nemo'. *Humum*, per carmina. *Quis humum*, Georgicon agriculturam caneret?

v. 20. *Aut uiridi fontes induceret umbra*, arbores fontibus.

v. 21. *Sublegi*, subduxi. *Vel quae sublegi.* Hoc Cornelius ad Macrum de Virgilio dicit. Hic sensus est: Has ipsas odas, quas tibi recitaui, cum Romam ires. *Iunilius* dicit.

v. 22. *Cum te*, o Menalca, idest Virgili. 'Amaryllidas' metri causa excluditur. *Amaryllida*, concubina amborum, idest Virgilii et Lycidae, uel Roma. *Ad delicias nostras*, Romanas; nostrae deliciae sunt successus Romanorum.

v. 23. *Tityre*, qui oues pascit, Tityrus est. *Tityre*, ad aliquem suorum dicit. Hoc est, hos tres uersus *ex persona Virgilii* cantat Lycida, idest Cornelius. Imperium ouium Virgilius mandat alicui suorum. *Dum redeo*, *breuis est uia*, *pasce capellas.* Virgilius loquitur ad pastorem: non abfuturus sum longe.

v. 24. *Et potum*, ad potandum. *Et potum pastas age.* Monet ne quid contra Alfenum Varum diuisorem agrorum faciat, ne asperiorem reddat, quia necdum per huius Vari seu Tuccae intercessionem liberatus est, cum per carbonarias fugeret. *Iunilius* dicit. *Et inter agendum*, quasi, iter dum agis.

v. 25. *Capro*, militi. *Cornu*, gladio. *Cornu ferit ille caueto.* Militem caue, gladio enim tangit. Transfigurate loquitur.

v. 26. *Immo.* Quasi alius, se occiso, hoc cantaret, et hos tres uersus, ut priores, de se ipso cantauit. *Haec*, carmina. *Necdum perfecta*, scripta, sed mediata. *Canebat*, Menalcas.

v. 27. *Vare tuum nomen.* Commemoratio Vari. *Superet*, imperatiue. *Tuum nomen*, *superet modo Mantua nobis.* Excellentior nobis Mantua, sed sicut Mantuae, sic tuum nomen a nobis canetur.

v. 28. *Mantua*, *uae*, subauditur 'tibi'.

v. 29. *Cantantes cycni.* Allegorice poetas Mantuanos dicit, qui quasi cycni cantant, qui acti sunt de paludibus idest de agris suis. *Mantua uae* et reliqua. Quando Cremonenses contra Augustum Antonii copias

---

v. 19 agriculturam caneret scripsi | agricultnram tenentem B || 21 odas quas] quas om. M || ires M | inies 1 || 22 Amaryllida idest M || diliciae B || 23 ad aliquam 1 || hos tres uersus ex persona Virgilii cantat Lycida, idest Cornelius. Imperium ouium Virgilius mandat scripsi | hos tres uersus imperi huius uirgilius mandat alicui suorum si cantet lycida idest cornilius 1 || imperium Virgilius M || si cantet. Lycida M; cf. ad v. 39. 46 || abfuturus M | affaturus B || 24 per carbonarias M cf. Seru. E. IX v. 1 'fugit in tabernam carbonariam' | per cardinarias 1 || Ceterum uerba: 'Monet — fugeret' ad v. 25 pertinere lemmatisque 'Et potum pastas age' explicationem intercidisse patet, unde ante 'Monet' lacunae signum statuas || 26 sed mediata (idest dimidia) B | meditata M || 27 a nobis canetur scripsi | et nobis claret B || *superet*, idest remaneat C || 29 cicni M || cantant qui acti sunt de paludibus idest de agris suis. *Mantua uae* et reliqua. Quando Cremonenses etc. scripsi et transposui | cantantes. Mantua uae et reliqua qui acti sunt de palu-

susceperunt, agros eorum diuidi iussit Caesar, cuius mali partem inique perpessi sunt Mantuani. Vis enim regni fecit indignationem poetis; inde allegorice per pastorum decem colloquia poeta lamentatur. Hucusque *Isidorus* dicit. *Sublime ferent*, nomen Vari, allegorice Caesaris. *Cycni*, poetae Mantuani.

v. 30. *Gryneas*, Corsicas. *Iunilius* dicit. *Examina*, apes. *Fugiant examina taxos.* Hic ostendit, habitatores Mantuae fugisse ab ea, sicut apes effugiunt taxos. *Taxos*, arbor apibus uenenata, amaros flores habens et mel amarum, uel animalia suilia † quae offendunt apes.

v. 31. *Cytiso*, genus herbae uaccis odiosae. *Distendant*, dilatent.

v. 32. *Et me fecere*, idest cum errarem in monte, ut alii. *Poetam*, propter ingenium.

v. 33. *Pierides*, Musae.

v. 35. *Nam neque adhuc*, idest necdum talis sum, qualem promiserunt. *Varo* et *Cinna*, ablatiui casus. *Cinna*, optimus poeta Antonii, qui et Anser nominatus est, uel qui 'auis' nomine dicitur.

v. 36. *Argutos*, canoros. *Argutos inter anser olores*, inter olores canoros anser.

v. 37. *Voluto*, cogito.

v. 38. *Meminisse*, cantare carmen Lycidae.

v. 39. *Huc ades.* Hic allocutio est. *Huc ades o Galatea.* Hos quinque uersus Macer ex persona Virgilii dicit, uel Tucca; Nympham ad se uocat. *Galatea*, filia *Nerei*, quam Cyclops Polyphemus adamauit, quae allegorice Mantuam significat, uel Polyphemus eam uocat historialiter. *Quis est nam*, magnus ludus. Canit maris aduersa. Et hoc in honorem Mantuae dixit.

v. 40. *Hic uer*, et reliqua. Ingentia munera promittit. *Purpureum*, florens. *Hic flumina circum.* Hyperbaton. *Hic*, anastrophe est.

v. 41. *Hic candida populus antro*, adiuncta Mincio, ut (Ecl. VII, 66): 'Populus in fluuiis'.

v. 42. *Lentae*, flexibiles.

---

dibus idest de agris suis quando cremonenses B || susciperunt B || agros scripsi | et agros B || Vis enim scripsi | ius enim B || lamentatur hucusque. Isidorus dicit M ||

v. 30 grineas l || effugiant M || suilia †] An uilia? similia? futilia? cf. ad E. X 77 || 31 cithiso B | chithiso C || dilatent scripsi | denitant B || 32 cum errarem scripsi | cum erraret B || ut alii poetam propter ingenium M || *Incipe* idest canere C || 35 nec l || qualem (sic) l || 36 Argutos inter[strepere] anser M || 39 hic ad locutionem C || ex persona C | ex psona B || nel Tucca nympham ad se uocat M || filia Nerei]. *Nerei* addidi || ciclops C | ciclos ps B || pholiphemus l || quam ciclops pholiphemus eam uocat historialiter C || *Quis est nam*, magnus ludus. Canit maris aduersa scripsi | quis est nam magnus ludus cantauris diuersa B | *Quis est nam ludus in undis*, diuersa M || dicit M || 40 Hyperbaton. *Hic*, anastrophe est scripsi | Hic yperbaton anastrophe est B | Hic hyperbaton anastrophae est M || 41 ut: 'Populus in fluuiis' suppleui | ut populus l ||

v. 43. *Huc ades*, o Galatea. *Insani*, rapidi magni. *Sine*, imperatiue, idest: sine locum tuum, uel sine hic esse.

v. 44. *Quid*, idest et cetera carmina, hoc est siue ob interitum Salonini, siue ob iacturam ciuium tuorum. *Pura*, splendida candida.

v. 46. *Daphni*, uocatiuus, o Caesar. Hos quoque quinque uersus Gallus ex persona Virgilii canit, sicut alios priores. *Daphni*, *quid antiquos* et reliqua. Hic sensus est: O Caesar, quid antiqua regna consideras, quia nullus tibi comparabitur. *Suspicis*, consideras, idest susum aspicis.

v. 47. *Dionaei*, a Dione, Veneris filia, ex qua Caesar originem ducere gloriabatur. *Processit*, imperare coepit. *Astrum processit.* Hic astrologiam tangit, quia quaedam astra cum regni principio oriuntur, ut dicunt astrologi. *Astrum*, regnum imperium.

v. 48. *Caesaris astrum*, *astrum quo segetes.* Hic anadiplosis*est. *Astrum*, Gai Caesaris qui instituerat heredem imperii. *Segetes*, arua. *Gauderent frugibus*, turgent, maturae fiunt. *Quo segetes gauderent frugibus* et reliqua. Regnum Caesaris laudat in quo omnia bona futura sint.

v. 49. *Duceret*, acciperet. *Apricis*, calidis.

v. 50. *Daphni*, o Caesar. *Insere piros* et reliqua. Nunc Caesarem monet de statu regni, indicans quod nepotibus proficiet, uel longaeuus eris ut uideas nepotes tuos.

v. 51. *Omnia fert.* Haeret uerbo Lycidae (v. 32): 'Incipe si quid habes', et nunc dicit se non posse cantare propter inminens periculum. *Aetas*, iuuentus. *Animum*, fortem.

v. 52. *Cantando*, carmina. *Puerum*, Daphnim idest Caesarem. *Memini me condere soles*, tota die canebam. *Longos condere soles*, dies finire magnos.

v. 53. *Nunc oblita mihi tot carmina*, inpossibilia sunt prae graui periculo inminenti. *Vox quoque* et reliqua. Hic rusticam fabulam tangit, quia nox pastoris obruitur, si prius eum lupus uiderit, quam ille lupum, ac si diceret: Non possum cantare quia me tempestates obruunt.

v. 55. *Sed tamen ista satis referet*, allegorice haec pericula, uel quae possim cantare. *Tibi*, Lycida. *Menalcas*, siue Virgilius siue amicus eius.

v. 56. *Causando*, causas diuersas nectendo. *In longum*, per longum. *Ducis amores*, recusas cantare.

---

v. 44 carmina C | crimina, corr. carmina B || salomoni C || candida M | canda B || ob iecturam l || 46 antiqna signa coniec. M sed cf. ad v. 47 || sursnm adspicis M || 47 gloriebatur l || 48 heredem imperii] an hereditatem? || 50 *insere* idest planta C || 51 inminens M | eminens l || *Aetas*, iuuentus scripsi | Haetas iuuentus B | Hic aetas iuuentus M || 52 magnos M | magnus B || 53 prae graui scripsi | pro graui l || inminenti M | eminenti l || ac si diceret (usitata formula) scripsi | hac si dici B | ac si dicat M || 55 *referet*, allegorice scripsi | refert l (alligoricae B) | unde: *Sed tamen ista satis.* Refert etc. M || 56 causas dinersas nectendo uel excusando. *Ducis*, pro trahis C || amore recusas cantaret B ||

v. 57. *Et nunc omne tibi* et reliqua. Nunc obicit suauitates plurimas, pro quibus cantare debeat, et dicit omnia uelle audire. *Stratum*, quietum.

v. 59. *Media*, ad urbem.

v. 60. *Bianoris*. Bianor filius Tusci qui et ipse Mantuam condidit, animo et corpore fortissimus agricola; inde Bianor dictus est, sed postea deus erat, hoc est: forsitan adiuuet *te* cantantem.

v. 61. *Agricolae stringunt frondes*. Hic sacrificant ut adiuuentur; uel tecta sibi faciunt. *Hic*, *Moeri*, *canamus*, inuicem nos delectemus. *Canamus*, subauditur, ut adiuuemur.

v. 62. *Tamen ueniemus in urbem*. Licet bonum sit hic, tamen eamus in urbem. *Hic haedos depone*, allegorice uersus canta.

v. 63. *Pluuiam ne colligat ante*, *ueremur*, inminentem pluuiam. *Pluuiam*, tempestatem, allegorice periculum.

v. 64. *Licet usque*, iugiter. *Minus*, non.

v. 65. *Hoc te fasce leuabo*. Hic sensus est: non debes laborare in cantando. *Fasce*, onere. *Leuabo*, exuam, releuabo, leuiorem reddam.

v. 66. *Puer*, Lycida. *Agamus*, ambulemus.

v. 67. *Ipse*, Daphnis idest Caesar. *Canemus*, futuro tempore canemus, quia non nunc possum cantare prae grauitate periculi, sed praesente illo melius cantabo.

Ecloga X.

Haec ecloga in honorem G. Cornelii Galli, amici Virgilii, scripta est, de quo *Eusebius* dicit: 'G. Asinius Gallus, orator, Asinii Pollionis filius, de quo Virgilius meminit.' Haec ecloga quibusdam in Arcadia posita uidetur ideo, quia dicit (v. 14): 'Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Maenalus et gelidi fleuerunt saxa Lycaei.' In hac ecloga solus poeta loquitur. Haec ecloga non proprie bucolicon. Hoc genus carminis ἐξηγητικόν dicitur uel ἐπαγγελτικόν. *Iunilius* dicit. Haec ecloga in agro canitur ut (v. 7): 'Dum tenera adtondent simae uirgulta capellae.' In hac ecloga tantum ordo ostenditur dicendo: 'Extremum'; tamen per hoc conicere possumus, naturalem ordinem in his esse. Poeta hanc eclogam de zelo cum laude † ad Gallum canit. Incipit ecloga decima de desiderio

v. 57 Stractum B || 58 *Murmuris aurae*, idest procellae maris C || 60 filius tucci B || *te* post 'adiunet' addidi || hoc est forsitan: adiuuet cantantem M || 61 ut adiuuentur scripsi | et adinuentur 1 | nel adiunautur M || delectemus M | deleremus B || 63 inminentem pluuiam B | in mente pluuiam C | iminente pluuia M || 65 exuam scripsi | exultabo 1 || 67 Daphnis est Caesar M || prae grauitate scripsi | pro grauitate B || cantabo M | cantando B ||

Ecloga X. Haec C | hac B || de quo eus B | de qno eius C | Eusebius Vseuer | de Isidoro cogitat M | Eusebius dicit] Hieron. Ol. 198, 2 | 'cuius etiam Vergilius meminit' Hieronymus. Pertinent autem haec Eusebii uerba potius ad eclogam IV || pinnifer 1 || bocolicon exigiticon epangelticon B || simeae B || de zelo cum laude] Videtur subesse de zelo

Galli circa Voluminiam Cutheridem meretricem, quam Lycoridem dicit. Conquestio cum Gallo de agris. Hic titulus allegorice loquitur. *Cum Gallo.* Hic est Gaius Asinius Gallus orator, Asinii Pollionis *filius.*

v. 1. *Arethusa,* Nympha, dea carminis.

v. 2. *Gallo,* poeta Antonii. *Sed,* antiquo uocabulo. *Lycoris,* prouincia, uel meretrix, quam Gallus adamauit, quae contempto eo Caesarem est secuta.

v. 3. *Neget,* interrogatiue. *Quis carmina Gallo,* meritis eius.

v. 4. *Labere,* pro laberis, idest curres. *Sicanos,* Siculos.

v. 5. *Doris,* fluuius *Doris,* mater Nympharum et maritima Nympha. Ex nomine itaque eius mare appellatur, quia et aqua eius amarior est mari. Hic sensus est: Non te inpediat ullus neque mare, sub quod fluis, quia tu scis, quid sit amor, dum modo adiuues me cantantem de amore. Vel ad Caesarem et Virgilium intellegenda sunt. *Amara,* salsa. *Vndam,* aquam marinam.

v. 6. *Incipe,* semet ipsum imperat, uel Lycidam.

v. 7. *Attondent,* pascuntur. *Simae,* presso naso, ut: 'simae' . . . uel *simae,* graecum, idest capellae.

v. 8. *Respondent omnia siluae.* Montes enim reciprocam emittunt ex echo uocem. Hucusque praefatio.

v. 9. *Quae nemora,* inuocatio. Hinc incipit narratio.

v. 10. *Naides.* Nymphae fontium, si simpliciter; si proprie, Oreades: idest Nymphae montium, hoc est: ubi fuistis non me adiuuantes allegorice uel Gallum. *Indigno,* magno hoc est inpari, quia amans contemnebatur.

v. 11. *Parnasi,* mons Thessaliae. *Nam neque Parnasi* et reliqua. Haec omnia allegorice pro Nymphis in eis habitantibus dicuntur, uel auditoribus consolantibus. *Pindi.* Pindus mons Thessaliae.

v. 12. *Aoniae,* mons Boeotiae. *Aganippe,* fons Thraciae. *Iunilius* dicit.

v. 13. *Myricae,* genus fruticis paruae.

Lycoridis || EGLOGA B || CVTHCIDEM B || QVM B || LICORIDEM B || Verba: 'Incipit — de agris' titulum eius eclogae, qualis est in B Vergili uersibus inscriptus, repraesentant || Hic titulus allegorice loquitur scripsi | Hic tylus etc. B | Haec ad nouissimum titulum qui est: 'Conquestio cum Gallo de agris' spectare patet || Asinii Pollionis filius] filius addidi ||

v. 2 *Gallo,* poeta Antonii sed antiquo uocabulo M || Liquoris B || 4 curres] curris B || Siculos] sycilicos B | sicilios M || 5 amaior est C || inpediat C | impediat B || dum modo scripsi | dum non l || 6 Incipe me semet C || 7 Sime B | Simeae C || Post 'ut simae' uidentur nonnulla excidisse: nam citari locum patet || 8 Montes enim reciprocam emittunt ex echo uocem scripsi | montes enim reciprocani acmittunt ex echo uocem B | reciprocum remittunt ex echone uocem M || 9 narratio uel interrogatio C || 10 oriades l || montium M | fontium l || 'allegorice' post 'hoc est' collocandum uidetur || *Indigno,* magno] magno om. M || 11 Parnasi mone C || thesaliae l || consolantibus scripsi | considerantibus B || thesaliae B || 12 Aoniae mons l | fons M bis || Aganippe l | Aganippae M || monstratiae l || Iunilius dicit om. l | Vlla aouiae mons boaetiae agauiphac mons traue † parnasi boetiae. pindi traciae et agauiphac similiter ut *Iunilius* dicit Voss. || 13 fructicis parue B ||

v. 14. *Sola*, deserta. *Sola sub rupe iacentem*, prae nimio amore contemptu atque odio hominum captum in solitariis locis iacentem.

v. 15. *Maenalus*, mons Arcadiae. *Gelidi*, frigidi. *Lycaei*, mons Arcadiae.

v. 16. *Oues*, auditores allegorice. *Nec paenitet illas*, aliter non consolabantur te, pastor, uel de se, uel Gallum, si Gallus amens erat.

v. 17. *Nec te paeniteat.* Allegorice: non erubescas Bucolica scribere. *Pecoris*, poematis. *Diuine poeta.* Gallus optimus poeta fuit.

v. 18. *Adonis*, pastor uel aliquis poeta.

v. 19. *Opilio.* 'Opiliones' dicuntur haedorum pastores, uel 'opiliones' magistri ouium dicuntur. *Iunilius* dicit. *Venere*, uenerunt. *Tardi, uenere subulci.* Pastores porcorum ideo 'tardi' dicuntur, quia aliter porci non pascuntur nisi radicitus herbam effodiant.

v. 20. *Vuidus* pinguis sucus intrinsecus, unde 'uuae' dictae sunt, uel *uuidus*, glandibus quasi uuis pendentibus ex quercu coronatus. *Hiberna de glande*, quia hiemis tempore glandes maturae fiunt. *Menalcas*, Virgilius.

v. 21. *Rogant*, interrogant. *Tibi uenit*, etiam. *Apollo*, se ipsum *dicit* uel Caesarem.

v. 22. *Galle quid insanis*, siue canendo siue amando. *Cura*, amor, ut (Aen. IV 1): 'Saucia cura.' *Tua cura Lycoris*, inrisorie dicitur.

v. 23. *Alium*, Antonium. *Horrida castra.* 'Castra' bella; ideo autem 'horrida', quia cum Augusto Caesare bella ciuilia fecit.

v. 24. *Agresti*, rusticano. *Siluanus*, deus siluarum, uel pro Nymphis.

v. 25. *Florentis*, uirides frondentes. *Ferulas*, genus herbae, uel uirga caua de herbis nascens. *Lilia*, quae fiunt in ipsis ferulis. *Grandia*, longa.

v. 26. *Quem uidimus ipsi.* Solent enim numina se offerre rusticis.

v. 27. *Sanguineis*, rubeis. *Ebuli*, flos, uel 'ebulum' genus herbae. *Sanguineis bacis*, quia grana ipsa nigra sunt, floris sucus autem rubeus, ex quo 'uenenum' est, ideo dixit 'bacis sanguineis'. *Minio*, colore rubro.

v. 28. *Ecquis erit.* 'Ec' increpantis aduerbium. *Modus*, amandi. *Inquid*, Gallus. *Amor non talia curat*, non flectitur maeroribus. Quasi expertus loquitur.

---

v. 15 archadiae 1 || licaei mons archadiae B || 16 penitet B || consolabantur scripsi | consulabant B | consolabant M || uel de se, uel Gallum, si Gallus amens erat scripsi | uel de se si gallus uel gallum si amens erat B || 17 erubescas scripsi | erubesces 1 || bocolica 1 || *circum*, idest aduerbium loci. *nostri*, genetiuus pluralis C || obtimus B || 19 radicitur B || aerbam B || 20 succus M || uel *uuidus*, glandibus etc. scripsi | uel uuidus quasi uuis (uuius C) pendentibus glandis 1 || 21 se ipsum *dicit*] dicit addidi || 22 *Cura*, amor] amor om. M || licoris inrisoriae B || 24 rusticano scripsi | cano 1 || 25 herbae C | erbe B || quae fiunt] an 'sunt'? || 27 baccis M || sanguineis baccis M || colore rubro scripsi | coloribus 1 || 28 Haec quis 1 || ec increpantis B | haec increpantis C || amandi M | amanti 1 || meroribus B ||

v. 29. *Nec lacrimis crudelis amor*, satiatur. Quantascumque enim lacrimas fuderit amans, tanto amor extitit amplior. *Nec gramina riuis*, hyperbolice loquitur.

v. 31. *Tristis at*, uerum tristis amator. *Ille*, Virgilius uel Gallus. *Tamen cantabitis*, de se dicit. 'Tamen' alii superioribus iungunt, sed melius ut sic legamus: 'Tamen cantabitis.' Sensus enim hic est: licet ego duro amore consumar, tamen erit solacium, quia meus amor erit uestra cantilena. *Inquit*, Gallus.

v. 33. *Tum*, tunc. Tunc possim requiescere, si uos uoluissetis de amore cantare. *Quam*, postquam. *Molliter ossa quiescant*, pronuntiat, se moriturum. *Quiescant*, sedentur.

v. 34. *Olim*, aliquando. 'Olim' tria tempora continet.

v. 35. *Atque utinam ex uobis*, pastoribus. *Vestrique fuissem*, melius mihi uobiscum esset.

v. 36. *Aut custos gregis*, ut rusticauam uitam colerem, ac si dicat: Quid mihi cum urbibus, ubi sunt meretrices tam pulchrae, quam perfidae! *Maturae uinitor*, custos uinearum.

v. 37. *Phyllis*, Roma. *Amyntas*, Caesar.

v. 38. *Seu quicumque furor*, aliquis amorum furor; omnis enim amor plenus est furoris. [*Tuum carmen*, tuum, o Mantua.] *Si fuscus Amyntas*, licet aliis nociuus, tamen mihi bonus.

v. 39. *Et nigrae uiolae sunt*, successus rerum mihi habundat.

v. 40. *Sub uite*, sub rupe. *Lenta sub uite iaceret*. Allegorice: de uitibus cantantem audiret.

v. 41. *Serta*, flores. *Phyllis* mollis lentaque † manibus et digitis suis. *Cantaret Amyntas*, me cantare fecisset.

v. 42. *Hic gelidi fontes* et reliqua. Inuasit amor eius animum et quasi ad praesentem loquitur, ac si dicat: quid te adiuuat inter frigora esse? Gallus nunc multa enumerat bona, quibus adducat concubinam; allegorice Virgilius Caesarem.

v. 43. *Tecum consumerer aeuo*, idest tecum essem usque ad mortem.

---

v. 29 quantiscumque C ‖ fuderit M | fuerit l ‖ amor M | amore l ‖ extitit C | extetit B ‖ 31 *Tristis at*, uerum tristis amator scripsi | Tristis uerum tristis (tristris C) amatur l ‖ de se dicit. 'Tamen' alii scripsi (de uocabulo 'tamen' hic agi patet) | de se dicit; tamen alii M ‖ cantabitis M | cantabis B ‖ solatium M ‖ 33 *Tum* tunc. Tunc possim etc. scripsi | Tunc tunc tunc possim l ‖ *tum*, idest tunc C ‖ pronunciat B ‖ sedentur scripsi | sedantur B ‖ 35 esset B | erit M ‖ 36 uitam colorem l ‖ hac si l ‖ uinitor (sic) B ‖ 37 Pyllis B ‖ 38 amorum scripsi | amicorum l ‖ [*Tuum carmen*, tuum o Mantua], ubi pro *carmen* scribas *nomen*, nescio quo casu ex comm. ad Ecl. IX, v. 27 inrepsisse uidentur ‖ 40 *Sub uite*, sub rupe.] Illud '*sub rupe*' non tam glossa quam uarians scriptura esse uidetur ‖ 41 *Phyllis*, mollis lentaque manibus etc.] an *Phyllis*, Lycoris (cf. ad v. 46) *Serta legeret*, manibus etc. ‖ 42 hac si dicat B | hae si dicat C ‖ inter frigora esse. Gallus nunc multa enumerat bona scripsi et distinxi | enim erat l | inter frigora esse Gallus nunc? Multa enim erant bona Mueller ‖ *hic*, aduerbium loci C ‖

v. 44. *Insanus amor* et reliqua, idest nunc morior pro amore tuo, quia neque per absentiam discedit. *Insanus amor*, quia omnis amor plenus est furoris. Hinc usque in finem amatoris inconstantia exprimitur.

v. 45. *Aduersos*, infestos. *Hostes*, bellicosos.

v. 46. *Tu*, o Phyllis uel Lycoris. *Tu procul*, cum moriturus eo. *A patria*, subauditur recessisti.

v. 47. *Alpinas*, montanas uel Mantuanas. *A*, interiectio dolentis. *Rheni*, fluuius Europae.

v. 48. *Sine*, imperatiue. *Me sine*, idest relinque, o amor, ne fatigatus fueris. *Sola uides*, tunc uides. *A*, interiectio dolentis.

v. 49. *A tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.* Etiamsi spretus a te, tamen sollicitus sum, ne quid amari sustineas. *Aspera*, frigida.

v. 50. *Ibo*, dimittam te. *Chalcidico*, heroico, Homerico, Euboico. Chalcis ciuitas in Euboea, in qua Euforio fuit, quem transtulit Gallus. Hic seneus est: *Tum* tantum cantare potuero, cum non inpedies me, et tunc scribam Theocriteo stilo et carmina Euforionis canam.

v. 51. *Pastoris Siculi*, Theocriti. *Auena*, calamo, pro scriptura.

v. 52. *Certum est*, idest me a te ad alios uelle transire, idest Gallus ad concubinam, Virgilius ad Caesarem dicit. *Inter spelea*, inter speluncas.

v. 53. *Malle pati*, ferre laborem. *Incidere*, a te uellere. *Arboribus*, ad arbores dare.

v. 54. *Illae*, siluae. *Crescetis amores*, et uos, o amores, crescetis siluestres.

v. 55. *Lustrabo Maenala lymphis*, alii uerius *Nymphis*, uel cum Nymphis permixtos moutes lustrabo uenando. *Maenala*, hic 'Maenalus', haec 'Maenala', mons Arcadiae.

v. 56. *Acres*, uehementes.

v. 57. *Parthenios*, Arcadios uel mons Partheu † in moutibus Caucasi est. *Iunilius* dicit. Sed et Parthenii Lacones, ideo quod, cum profecti essent ad bellum, reliqua iuuentus stuprum cum uirginibus fecit; inde Parthenii nominati sunt, uel Parthenii dicti a uirginibus, quae illic uenari consuerunt.

v. 59. *Ire*, a prouincia. *Partho*, Persico. *Cydonia*, Cressia, accusatiuo casu. *Cydonia.* Arcus Persicus uel Cretensis, quia illic earum arborum primus usus inuentus est.

---

v. 44 decedit M || 45 Aduersus B || 46 cum moriturus eo scripsi | ero l || *Credere*, idest ut tam longe discessisses B man. II || 47 Alphinas montana l || mantuanas C | mantuanos, corr. -as B || 49 ne quid amari scripsi | ne quid mari B | ne quid mali M || 50 demittam M || calcidico l || homerico om. C || heuboico C || calcis l || euboia l || in qua Euforio *fuit* scripsi | in qua euforios l | in qua Euphorion M || Tum tantum scripsi | tam̃ l, unde tamen M || potero M || teocretio l || 52 ad alios l] an 'ad siluas'? || spelaea M || 55 mymphis B || uel om. M || 57 uel mons Parthe-n[ius] in montibus M || partheni B semper || uenari scripsi | uenerare B || 59 Ire prouincia C || cresia B | om. C || *earum*, post 'inuentus est' in l collocatum, ante 'arborum' collocaui ||

v. 60. *Tamquam haec sit nostri medicina furoris*, idem sensus ei nec (v. 28) 'talia curat.' *Furoris*, amoris.

v. 61. *Deus*, Cupido uel Caesar allegorice. *Mitescere*, molliri.

v. 62. *Hamadryades*, Nymphae, quae cum arboribus nascuntur et pereunt, qualis fuit illa, quam Erysichthon occidit, qui cum arboreın incideret, et uox inde erupit et sanguis, ut *Ouidius* docet (Metam. VIII 738 sq.). *Dryades* uero sunt, quae inter arbores habitant. Hoc autem ad superiora haeret, quia dixit (v. 55): 'Lustrabo Maenala Nymphis'.

v. 63. *Concedite*, recipite *uos*.

v. 64. *Illum*, amorem, uel Caesarem allegorice.

v. 65. *Hebrum*, fluuius Thracius, uel genus poculi inebriantis. Dicit amore carere non posse.

v. 66. *Sithonias*, pro Scythobarbaricas, Thracias. Sithon mons Thraciae, uel *Sithonias*, idest Scythias a Sithone Phyllidis patre. *Iunilius* dicit.

v. 67. *Moriens*, uitis aegra. *Alta*, uitis in arbore posita. *Alta*, suspensa. *Liber*, uitis. *Aret*, morietur. *In ulmo*, in cortice. *Nec si cum* et reliqua. Hic sensus est: licet in Aethiopia sitiamus et licet in Scythia laboremus propter eum, tamen non mutatur. *Liber aret*, allegorice senium adpropinquat.

v. 68. *Versemus*, pascamus. *Cancri*, unum de XII signis, quod in australi parte semper moratur.

v. 70. *Sat*, pro satis. *Diuae*, Musae. *Poetam*, Gallum.

v. 71. *Fiscellam*, sportam; allegorice significat se conposuisse hunc librum tenuissimo stilo. *Hibisco*, genus herbae.

v. 73. *Gallo*, *cuius amor* et reliqua. Hoc dicit propter Caesarem.

v. 74. *Vere nouo*, in principio ueris. *Se subicit*, susum mittit ad proceritatem.

v. 75. *Surgamus*, finiamus carmen. *Grauis*, idest plantarum agrestium umbra grauis cantantibus, uel quia difficile est omnia sub *uno* sensu constringere in Bucolicis.

---

v. 60 idem sensus ei scripsi | idem sensus et B | idem sensus est M || 61 *malis* idest miseriis C || 62 Amadriades l || fuit illa qua siclium occidit l | quam Erysichthon M || driades l || dicit B | dit C | unde dixit scripsi || 63 recipite] *uos* addidi || 65 Hebrum C | Haebrum B || trachius l || inhebriantis C || Dicit scripsi | hic l || 66 Scythobarbaricas Thracias M | scitho barbaricas thracius l || t^{h}racię B | trachie C || scithias B | scitias C || a Sithone Phyllidis patre scripsi cf. Pomp. Sab. | a scithone phillidis fratre l | *Sithonias*. *Probus: Sithonias*, barbaricas, Thracias. Sithon mons Thraciae. Vel *Scythonias*, i. e. Scythias a Scythone Phyllidis patre Wagner de Phil. II 18; cf. ad E. V 10.) Scithonias pro scythobarbaricas i. e. scythias, uel sithonias, thracias. Sithon mons Thraciae a Sithone Phyllidis patre Ribbeck proll. p. 146 adn., perquam uerisimiliter || 67 *Moriens*, uitis aegra scripsi | Moriens uitio agri B || in Aethiopia sitiamus scripsi | in ethiopia simus l || 68 *Ouis* idest nostras C || 71 *Gracili* idest exili C || *Pierides*, idest o uos, Musae carminum. *Haec* idest carmina. *Gallo* idest Caesari Octauiano C || genus haerbae B || 73 Haec dicit M || 74 sursum mittit M || 75 idest plantarum scripsi | idest psarum l | idest ipsarum scripsit et 'arborum' excidisse suspicatus est M || can-

v. 76. *Iuniperi*, genus ligni duri. *Iuniperi*, allegorice Georgica. *Nocent* et reliqua, allegorice Aeneidos.

v. 77. *Ite domum saturae*, *uenit Hesperus*, *ite capellae*, idest, non amplius uos canam. Verecunde se 'capellarum' esse pastorem dicit, hoc est uilissimorum animalium; nam Bucolica scribens debuit se dicere 'bouum' pastorem; sed uitans arrogantiam ultimum se esse uoluit, non principem, inscribens Bucolicis: 'Ite domum saturae, ite capellae.' *Saturae*, saturatae. *Hesperus*, stella quae primo uespere apparet.

---

tantibus scripsi | certantibus 1 cf. text. De 'certamine' hic non agitur || sub *uno* sensu] *uno* addidi || in bocolicis 1 ||
v. 77 arogantiam B

GEORGICA.

Haec omnia de commentariis Romanorum congregaui, idest *Titi Galli*, et *Gaudentii* et maxime *Iunilii Flagrii* Mediolanensis.

Iunilius Flagrius Valentiano Mediolani.

Virgilius in operibus suis diuersos secutus est poetas, Homerum in Aeneidis, quem licet interuallo longo secutus est; Theocritum in Bucolicis, a quo non longe abest, Hesiodum in his libris Georgicorum. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra insula, qui scripsit ad fratrem suum Persen librum quem appellauit ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑϹ, hoc est 'opera et dies.' Hic autem liber continet quemadmodum agri et quibus temporibus sint colendi, cuius titulum transferre noluit, sicut Bucolicorum transtulit et sicut Aeneidem appellauit *ad imitationem* Odyssiae; tamen cum per perifrasin

---

'Haec omnia — Mediolanensis' ad Bucolicorum calcem in libris adiecta, ad Georgica potius pertinere luculenter ostendit Mommsen mus. Rhen. XVI p. 446. Cf. praef. p. 697 | iunilii flagrii. mediolanenses 1 || Valentiniano M || mediolani B | medionali C ||

Vsus sum in ea praefationis parte, quae inde a uerbis: 'Virgilius in operibus suis' usque ad 'cum de Italia diceret' porriguntur, praeter B et C, Seruianis quoque codicibus his qui in bibliotheca publica Bernensi adseruantur: D cod. 363, saec. VIII uel VIIII, uetustissimo illo qui in omnium ore est, Horatii libro; E cod. 165 saec. X Tironianis interdum notis perscripto; F cod. 167 (idem est cod. C), cuius in initio quoque illa praemisso *Seruii* nomine leguntur, saec. VIIII—X. LIB̃ P̍M' EXPLANATIONṼ GEORGICORVM (praecedit Bucolicorum praefatio, cui est titulus praemissus: INCP̃T EXPS̃T SERVII · GRAM̃ IN BVCOLIC̃ · IN LIBRIS GEOR̃G ATQVE AENEIDVM) F || 1 sequutus E || omerum E | (h)omerum F || 2 in eneiadis BC | in ęneide D | in eneidę E | in aeidạe F || longe C || longo interuallo DEF || secutus est tamen DEF || theocretum B | theocritum C | teocritum DE | theocritạm (v suprascr.) F || teocritum (dimidii stichi lacuna, in marg. ascriptum: 'deest') teocritum in bocolicis D || 3 hesiodum B | esiodum ceteri || in his libris quem penitus reliquit (reliquid E) DEF || 4 de ascra insola BD | dea sacra insola C | de ascra insula EF || 5 ΗΡΓΑ ΚΑΙ ЄΜЄΡΑϹ BC | ЄΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜЄΡΑϹ D | ergẹ (a suprascr.) kaiem eras F | erga kai emeras E || idest DEF || 6 et quibus [temporibus] M | et quibus temporibus (sic) libri (corum suprascr.) || 7 bocolicorum BCDF | buccolicum E || transtulit sicut DEF || in aeneidem F || 8 apellauit odissiae BC || ad imitationem DEF | odissię (suprascript. ead. man. idest ulixinę) D | odissiae F | odyssię E || tamen cum BCE | tamen cum D | tamen F || per perifra-

primo exprimit uersu, dicens: Iudicabo quo opere et quibus *temporibus* ager colendus sit. Inde duobus modis scripsisse dicendum est. Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis indicaret sui ingenii coartando lata et angustiora dilatando. Nam cum Homeri et Theocriti in breuitatem scripta collegerit, uuum Hesiodi tamen librum iu IIII diuisit, quod ratione non caret. Nam omnis terra quadrifaria. Aut enim 'aruus' est ager idest sationalis, aut 'consitus' idest aptus arboribus, aut 'pascuus', qui herbis tantum et animalibus uacat, aut 'floreus', in quo sunt horti apibus congruentes et floribus. Alii autem duos tantum Georgicos male dicunt dicentes ΓΕΩΡΓΙΑΝ esse ΓΗϹ ΕΡΓΟΝ, idest terrae operam, quam primi continent duo libri, *nescientes tertium et quartum licet* ΓΕΩΡΓΙΑΝ *non habeant*, tamen ad utilitatem rusticam pertinere. Nam et pecora et apes habere studii est rustici. Licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus inuenire. Nam et farrago sine cultura non nascitur et in hortis colendis non minorem *quam* circa terras constat impendi laborem. Et hi libri didascalici sunt, unde necesse est ut ad aliquem scribantur. Nam praeceptum doctoris et disciuli personam requirit, unde ad Maecenatem scripsit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium. Sane agriculturae huius praecepta non ad omnes pertinent terras sed ad solum

---

sin EF | per peryfrasin D | perifrasin BC | per istas in M || 1 primo [uersu] exprimit D | primo uersu exprimit E | primo exprimit uersu BCF || quibus ager BC | quibus temporibus agor DEF || 2 inde duobus modis scripsisse dicendum est om. DEF || dicendum BC | dicendus M || 3 agit F || indicaret sui BC | sui indicaret DEF || 4 dilatando DEF | delatando B | dilat[a]ndo C || [h]omeri F || theocreti BC | teocriti DEF || 5 collegit E || tamen om. DEF | in IIII diuisit B | in III diuisit C | diuisit in IIII E | esiodi librum per perifrasin diuisit in quatuor D | diuidit in quattu[or] F || 6 Nam omnis terra ut etiam Varro docet quadrifariam diuiditur, aut enim DEF || quadrifariam E | quadrifaria[† m] (= uol quadrifariam, man. ead.) D | quadrifaria, corr. quadrifarie F || ar[u]us D || 7 sationalis ED | [† s]rationalis F | rationalis BC Müller || pasc[u]is F || 8 floreus BCEF || floridus D || horti E | orti BCDF || 9 et floribus. Male autem quidam Georgicorum duos tantum esse asserunt libros dicentes DEF || 10 dicentes ΓΕΟΡΓΙΛΝ esse idest BC | dicentes georgiam (georgicam E) esse ΓΗϹ ΕΡΓΟΝ idest DEF (ΓΗϹ ΕΥΓΟΝ E | ΕΝϹΕΡΟΝ D | ΠΗϹ ΕΡΎΠΟΝ F) || idest terrę D || terra C || primi duo continen DEF || 11 nescientes tertium et quartum licet ΓΕΩΡΓΙΛΝ (georgiam DF georgicam E) non habeant (habent D), tamen | ex DEF suppleui | nestamen ad utilitatem etc. BC | nec tamen M || 12 rusticum BC | rusticam DEF || 13 rusti[ci] F || 15 [h]ortis D | [h]ortis F | ortis E | hostiis BC || non minorem (nec E) circa terras libri | quam addidi || circa terras constat inpendi laborem DEF | circa terras impendi laborem BC | circa terras impendi[mus] laborem M || 16 et hii BC || didascalici DF | didasc[h]alici sunt idest doctrinales unde E | italici BC | didactici M || [ad] aliquem F || 17 praeceptum et doctoris DEF || personam reliquit D || 18 scribit EF || esioodus D || lucreti[us] F || situm Italiae *et praecipue Venetiae* teste etc. suppleui ex DEF || ad solum situm *uitaliae* teste C (quam scripturam ex uerborum

situm Italiae *et praecipue Venetiae* teste ipso Virgilio qui ait (Georg. II 174): 'Tibi res antiquae laudis et artis ingredior', cum de Italia diceret. Hucusque *Iunilius.*

Georgicorum duae sunt species, alia ad agriculturam pertinet, alia ad rusticationem. Et agriculturae quidem opera sunt segetes et uites et alia quaecumque ex agris gignuntur; rusticationis uero cura pecorum et ouium et ceterorum animalium, quae ruri sunt fructuosa. Ergo duo priores libri super agricultura sunt, quapropter uelut perfecto opere in secundo libro laudem agriculturae exsequitur, in quo etiam nullo uelut principio utens statim ad ipsam rem transit, scilicet praefationem eius operis habunde explicante primo libro. At uero opus rusticationis tertio et quarto uoluminibus continetur, quapropter tertius longiorem rursum praefationem uelut nouo principio ac primae comparatiuam incipit, et quartus expeditam et festinantem *rem* refert ex secundi similitudine.

Principium Georgicorum paene tale est, quale in Aeneide. Ibi praefatio prima, ut: 'Arma uirumque cano', secunda inuocatio numinis, ut

---

'Italiae' et 'Venetiae' conflatione ortam esse neminem fugiet) | ad solum situm italiae teste B || 2 de italia F || In uerba 'cum de Italia diceret' desinunt DEF || de italia diceret. Incipiunt georgica D || Quae praeterea ante: 'Hucusque Iunilius' leguntur in BC: 'quid (quiad C) terras pingues efficiat', ea, quippe uersus primi Georg. I interpretationem continentia, illuc sunt retrudenda, cf. l. l. ||

Inde ab illis: 'Georgicorum duae' usque ad finem duobus solis codicibus BC uti pergo || 4 species in ras. B || Cui tantum duae sunt species: alia enim ad agriculturam etc. Commentator apud Burm. I p. 167 || 5 Et agriculturae sunt segetes et uites alia quae ex agris nascuntur Burm. || 6 quaecumque scripsi | quaeque B | queque C || rusticationis autem Burm. | rusticationes uero 1 || 7 caeterorumque animalium quae fructuosa. Ergo duos Burm. || fructuosae M || 8 supra agricultura sunt propter uelut opere. In secundo libro laudem Burm. || oua propter C || 9 exequitur C || in quo etiam nullo uelut (sic) 1 | in quo etiam in principio utens statim Burm. || 10 Scilicet praefationem huius abunde explicante Burm. || 11 priore libro M || at uero opus (sic) B || tertio etiam uolumine continet Burm. || Verba 'opus rusticationis tertio et quarto uoluminibus continetur quapropter' in C desunt, in B inde ab 'rusticationis tertio' in margine suppleta eadem manu || 12 rursum B | sursum, corr. rursum C | rursus Burm. || 13 praefatio^nem B || praefatio C || ac primae comparatiuam scripsi || hac prime comparatiue B | prime comparatiue C | praefationem in principio adprime comparatiue Burm. | apprime comparatiue M | ac prime comparatione codd. Parisini 7950. 7960. Laur. pl. 45 cod. 14 || 14 et quartus expeditam et festinantem *rem* refert ex secundi similitudine scripsi | et quartus expeditam et festinantem referens ex secundo similitudinem 1 | et quartus expeditam et perfectam referens ex secundo similitudinem Burm. ||

15 Principiom B || poene 1 || in aeneide C | in aedine B || in Aeneide. Ibi praefatio prima, ut: 'Arma uirumque cano', secunda inuocatio numinis scripsi | in (aenide C aedine B) *ut expositio materiae ibi* hic praefatio prima, secunda (II B II C) inuocatio numinis 1 | secundo inuocatio M | Confer de his sequentia. | Principium Georgicorum tale est quale Aeneide, ut expositio materiae ibi, hic praefatio, secunda inuocatio numinis Burm. | Testimonium: 'Arma uirumque cano' concinnitatis

(v. 8.): 'Musa mihi causas memora', tertia expositio materiae narratur, ut (v. 12): 'Vrbs antiqua fuit.' Hic autem praefatio est, ut: 'Quid faciat laetas segetes'; inuocatio numinis, ut (v. 5): 'Vos o clarissima mundi lumina', ut ibi (Aen. I 8): 'Musa mihi causas memora'; expositio materiae, ut (v. 43): 'Vere nouo gelidus canis quo montibus humor.' Hucusque hic tractatus.

In Georgicis poeta solus loquitur. In Georgicis ethicam narrat. In Georgicis operator. In Georgicis medium eloquium. In Georgicis uita prudentium. Georgica septennio scripsit. Georgica Maecenas postulauit. Georgica duobus modis scripsit, praecepto doctoris et personam discipuli requirente. In Georgicis augusta dilatauit. *Iunilius* dicit.

Georg. liber I.

v. 1. *Quid faciat laetas segetes* et reliqua. In his quattuor uersibus quattuor agrorum sunt genera: *quid faciat*, aruus; *uertere* (v. 2), consitus; *conueniat* (v. 3), pascuus; *sit pecori* (v. 4), floreus. *Quid faciat laetas segetes*, quae res terras pingues efficiat; nam 'segetem' modo pro 'terra' posuit, ut (Aen. VII v. 526): 'Horrescit seges ensibus.' *Iunilius* dicit. Alius dicit: 'Seges' non omnino pro 'terra', sed cum fructibus accipere debemus, ut ne bis idem dixisset, subiciens: 'quo sidere terram'. At idem dicit. Nec sane 'segetes' simpliciter pro 'terra' ponuntur, sed pro 'terra arata', ut *Varro rerum rusticarum primo libro* (I 29): 'prata purgari, salicta seri, segetes arari conuenit.' *Quid faciat.* Praefatio in his quattuor uersibus indicat, quid in his libris Georgicorum scripturus sit. *Laetas segetes*, pingues terras; nam fimus qui per agros iacitur, uulgo 'laetamen' dicitur. *Quo sidere.* Quo sideris ortu uel occasu, idest, quo tempore; ex sideribus enim tempora colliguntur. Hic metafora ex animali ad inanimale.

---

gratia desideratum addidi || 1 III oxpositio l | tertio expositio M || materiae narratiuae Burm. || 2 Hic igitur praefatio est Burm. || 3 laetas segetas l || 4 nt ibi scripsi cum Burm. | ut ubi (ut i||bi B) l || 5 matherie B || Hucusque hic tractatus scripsi, cf. ad Georg. II 70 | hucusque hic tractatur l || 7 In Georgicis poota solus loquitur om. C || 8 operator C | operatur||| B || 9 georgicam septennio C || Georgica Maecenas postulauit om. C || 10 II modus l || praecepto doctoris et personam discipuli requirente scripsi | praecepto doctoris et persona discipuli requirentis l, cf. supra || 11 dilatauit scripsi | delatauit l || Iunilius dicit om. C || De praemissi tractatus auctoribus diuersis cf. praef. p. 699 sq.

v. 1 quid faciat aruus uestor, consitus, conueniat pascuus, sit pecori florens M || consistus C || pinguas l || modo pro terna l || ut ne bis scripsi | et ne bis l | et nobis M | et bis idem dixit Mommsen mus. Rh. XVI p. 443 || at idem scripsi cf. praef. p. 718 | et idem l | et idem dicit: Nec M || salicta C | salicia B || seges arari l || fimos B || iacitus B || *Quo sidere* lemma om. M || bi metafora B || ad animale M ||

v. 2. *Vertere*, arare. *Maecenas*, praefectus praetorio fuit, ad quem fecit Virgilius Georgica, ut Hesiodus ad Persen. *Gallus* dicit. *Vlmis*, ulmi arbores sunt in Italia, in quibus uites altius eleuantur, ut sit optimum uinum. *Gaudentius* dicit.

v. 3. *Bouum*, pro omni pecore, ut maius animal minoribus non separetur, sicut de hominibus facit dicens (Aen. I 30): Relliquias Danaum atque inmitis Achillis. *Gallus* dicit. *Cultus*, habitus hominum, 'cultura' agrorum. *Habendo*, dum habeantur. *Cultus*, pro cultura. 'Cultura' in animi constat intentione, 'cultus' autem in ipsa operis diligentia. Ex eo uerbum nimirum illud in consuetudinem peruenit, ut pecora 'culta' dicantur.

v. 4. *Pecori*, pecus quod fructus gratia alitur, a quo et 'pecunia'. *Experientia*, notitia, scientia. *Experientia*, actus rei, usu nata doctrina. *Experientia*. *Cicero* dixit: 'Proprie si quaeratur nihil *interest*; sed imperiti sic discernunt ab experimento experientiam ut 'experientiam' dicant actum rei, 'experimentum' rem ipsam.' *Apibus parcis*. Apes 'parcae' parcendo suis dominis; *apes aeriae*, idest colligendo mel 'sacrum' eo quod cum Iuppiter in Creta celaretur in spelunca, cibum ei offerebant, ideoque eas munere donauit, sine Venere mel parturire. *Apibus parcis*, quoniam apes minutatim conferunt et diligenter custodiunt. *Parcis*, seruatricibus frugum, quia mel custodiunt.

v. 5. *Incipiam*, non ut mathematicus; non enim de apibus in primo libro scripturus est, sed de agricultura. *Vos*, inuocatio. *Vos o clarissima mundi lumina labentem caelo quae ducitis annum Liber et alma Ceres*. Quaeritur, quos nunc deos istis nominibus significauerit. Quidam simpliciter intellegunt Liberum et Cererem, quos philosophi dicunt quasi 'oculos mundi'. Nam Liberum inuocat, quod de uitibus dicturus sit, Cererem, quod de frugibus. *Iunilius* dicit. Quidam autem hunc Liberum

---

v. 2 praetoria, corr. praetorio B [praefectus praetorio] cf. Mommsen mus. Rh. XVI p. 448 || ut hesioq B || 'uiter B || ut cit, corr. sit B | ut fit M || Gaudentius dicit scripsi | gaudā B | Gaudentius M || 3 relliquias hominum M || achilles B || pro cultura in animi C || cultura in animi l | cultura animi M || intentione] intensione Voss. || uerbum nimirum, mi in ras. B | uerbum nimirum C | mirum M || dicantur scripsi | dictentur B | cultura dicuntur C || *Cultum* pro cultura posuit: nam 'cultura' in intentione animi constat, 'cultus' in ipsa exercitatione et operis diligentia, ex quo uerbum (uerbo) uenit in consuetudinem, ut pecora 'culta' dicantur cod. Bern. 165 || 4 usu natam doctrinam experientiam Cicero dixit M || cic̄ dixit l || queratur l || nihil interest scripsi | nihil est l || sic discernunt ab experimento experientiam ut experientiam dicant scripsi | sic solent ut ob experimento experientia dicant l | ut ab experimento experientiam dicant M || apes parcendo M || 'apes aeriae' idest colligendo mel sacrum transposui | idest colligendo apes. Aeriae mel sacrum B Videtur respici versus 1 Georg. IV: 'aerii mellis caelestia dona' || ideoque eas M | ideoque eis B || Apibus partis B || seruatraibus B || 5 mathemathicus B || sed de agricultura scripsi | sed oleagricultura B | sed de oleagri cultura M || labentem om. l || ductis l || quos nunc] an 'quos nam'? || significauerit scripsi | significauer̄ (signifauer̄ C) l | significaueriut

'Solem' uult intellegi, quod 'libere' uagetur, Cererem 'Lunam', quod 'creet' fructus; non enim alias possunt segetes uirere, nisi fuerint horum deorum adiutae mysteriis. *Gaudentius* dicit.

v. 7. *Liber et alma Ceres.* Stoici dicunt unum deum, sed pro uario officio uaria nomina dicuntur, quia Sol Liber pater et Apollo, Luna Proserpina. Secundum quosdam pro Sole Liberum, pro Luna Cererem inuocauit, quorum cursu tempora computantur, per lunam menses, per solem annus. *Vestro*, creando. *Si*, siquidem; nam confirmantis est 'si.' *Alma*, ab alendo, hic 'casta', alias 'pulchra', alias 'altrix' significat. *Liber*, Sol; *Ceres*, Luna. Liber et Ceres Sol et Luna accipiuntur, ut per Liberum masculum 'deos' significaret, per Lunam uero feminam 'deas.' *Liber*, quia libere commoueat; luna enim obnoxia est, quia beneficium luminis a sole accipit. *Iunilius* dicit.

v. 8. *Chaoniam glandem.* Lucus Iouis Epiri, ubi glandem ante homines ederunt, quam aristam. *Chaoniam*, regio est in Epiro, ubi Iuppiter praecipue colitur. Quercus autem arbor est in Iouis tutella, ex qua glandes nascebantur, quibus homines uescebantur, antequam essent fruges inuentae. *Gallus* dicit. *Arista*, pro frumento, speciem pro genere posuit. *Arista*, Aristaeus Apollinis et Cyrenae filius, cuius fabula ista. Cum aliquando in quasdam Graeciae ciuitates grauis pestilentia ueniret, reponsum dedit, aliter pestilentiam non posse sedari, nisi suo filio Aristaeo uouissent candidissima armenta; illae electos iuuencos candidos in Ceam insulam duxerunt et ibi reliquerunt. Ille Aristaeus, qui Eurydicen, uxorem Orphei in prato flores legentem, intermixtam Nymphis, adamauerit. Inuocat eum, quia hic primus aratri usum inuenit. *Gaudentius* dicit.

v. 9. *Acheloia*, fluuialia. Achelous fluuius; non quod ipse solus uino sit mixtus, sed ipsum pro qualibet aqua posuit, et hic fluuius ante omnes primo mixtus est uino. *Acheloia*, de Acheloo pastore Aetoliae regis Oenei, qui primus arborem adtulit suo domino Oeneo.

M || quod libere uagetur scripsi | quod liber euagetur 1 cf. Prob. p. 26, 15 K | quod Liber euagotur M cf. ad v. 7 || quod creet] quod creat 1 || alias Vossianus | alicos B | aliq̊ C, unde fortasse alioqui? | aliter M || uigere M || adiute misteriis 1 | eductae ministeriis M ||

v. 7 ot arma B || pro uario (sic) B || inuocat M || per solem annus scripsi; cod. 165: quorum cursu tempora computantur; nam por solem annus per lunam mensis intellegitur | per solem annos B | per solem anni M || liber e ceres 1 || masculum eos C | masculos M || feminam scripsi | feminas 1 || Liber qnia libere 1 | Libor a libere M || 8 Lucus Iouis Epiri, ubi glandem ante homines ederunt quam aristam scripsi | lucis iouis ubi epiri glandom ante homines uiderunt quaredum (quaredam, corr. quaredum B) 1 || regi est 1 || quercus at 1 | autem Voss. | quercus alta M || tutella B | tutela C || aristus apollonis et corouae B | Pertinet hoc scholium ad v. 14 quem locum in Vossiano quoque occupat || filius fuit M || ueniret scripsi | uenerit B || sedceri B || aristeo B || illae scripsi | ille B | illi M || hic aristheus qui euridicens B || adamauit, inuocatur M || 9 Acheloga C | Achelonia B bis || Achelonius 1 || ipse sol C || acbeleo B || Aetoliae scripsi | Italiao B cf. Prob. p. 27, 1 K ||

v. 10. *Praesentia*, propitia. *Fauni*, dii siluestres Latinorum, dicti a Fauno rege Italiae, uel a fando dicti, ut *Varro* ait. *Iunilius* dicit.

v. 11. *Ferte*, et uenite et annuite felicitatem carmini meo. *Pedem*, uersum. *Dryades*, ab arboribus dictae.

v. 13. *Fudit equum.* Equum nunc dicit Arionem, quia cum in Thessalia tridenti terram Neptunus percussisset, exisse dicitur equus, unde Neptunus equester dictus est, idest ἵππιος. Ibi etiam natus est fons Hippocrene. Item: in Thessalia primum equi nati sunt. *Fudit aquam* ... ... ubi cum aliquando flumen esset statiuum et quondam diruptum inundasset, dictum est Neptunum percussisse tridenti, quia non credebant, tantam uim aquae humano motu excitatam, sed diuino. *Fudit equum.* Neptunus tridenti percussit scopulum in Thessalia, in qua primum equi domari coeperunt a Thessalis. *Qui* adsidentes equis cum tauros sequerentur, grauibus eos uulneribus adficiebant et quosdam adprehensos domabant. Illi dicti sunt Nephelo*centauri uel* Hippocentauri. *Gallus* dicit. *Equum*, Pegasum, quia Neptunus in principio terram percussit tridenti et inde equus Pegasus prosiliuit, ut (Aen. IX, 523): 'At Messapus equum domitor Neptunia proles.' *Iunilius* dicit. *Equum*, quoniam ab Ope pro Neptuno sit equus subpositus Saturno, pro Ioue lapis, hic conuenit Neptunum inuocare de equis dicturum. *Iunilius* dicit.

v. 14. *Cultor*, pro incola, idest Aristaee, quem dicit *Hesiodus* Apollinem pastoralem. *Ceae*, insula in Oceano fertilissima. Aristaeus hanc tenuit primo hominibus uacuam, postea ea relicta cum Daedalo transitum fecit in Sardiniam.

v. 15. *Ter centum*, pro multis. *Dumeta*, aspera pascua, spineta. *Tondent*, uescuntur.

---

v. 10 *praesentia*, idest optima C ‖ seluestres B ‖ Varro] de L. L. VII 36 M. ‖ 11 Ferte uenite C ‖ et annuite scripsi | et amate l | et date M ‖ Driadis B ‖ 13 Fudit equum · equum (aequum C) nunc dicit arionem quia (qui C) cum in tesalia tridente terram (tridenti terram C) neptunus percussisset (percusset C) exisse dicitur equus unde (inde C) neptuuus equister (eqš C) dictus est idest hippios (ippios C) ibi etiam natus est fons hippocrene (ippocrene C). Item in thesalia primum equi nati sunt ubi cum aliquando flumen esse. statiuum (statium C) et quondam |||||||ñ (in marg. signo addito diruptum; condam inruptum C) hab|||asse (habundasse C) dictum est neptunum (neptunum om. C) percussisse (percusisse C) tridenti quia non credebant tantam (corr. ex tantum, tantum C) nim aquo humano motu excitatam sed diuino et ee est (an et ec est? et haec est C) nec re||c||lusit (reclusit C) captellum in thesalia in qua primum equi domare (corr. domari, domare C) ceperunt a thesalia adsidentis equis cum tauros sequerentur granibus (g^r anibus C) eos uulnoribus adficiebant et quosdam adprehensos domabant illi dicti sunt. nefelleres hippocentauri (ippocentauri C) gallus dicit libri | De Muelleri in eo loco corruptissimo sanando collocata opera meisque sanandi rationibus cf. praef. p. 719 ‖ prosiluit M | prosiliuit ut mesapus B ‖ neptuni proles B ‖ quum ab Ope M ‖ de equus B ‖ dicturum scripsi | dicturus B ‖ 14 aristee B ‖ apollionem B ‖ Aristaeus M | aristei B ‖ cum declalo B cf. de hoc loco praef. p. 720 ‖

v. 16. *Lycaei.* Lycaeus mons Arcadiae.

v. 17. *Pan.* Pana *Pindarus* ex Apolline et Penelopa in Lycaeo monte editum scribit, alii ex Aethere et Oenone. *Si*, siquidem. *Maenala*, mons Arcadiae.

v. 18. *O Tegeaee*, diriuatiuum a Tegeo oppido Arcadiae, quia post mortem Vlixis Mercurius cum uxore eius concubuit Penelopa et grauidam fecit et in monte Maenalo iuxta oppidum Tegeum parturiit Pana ideoque dixit 'Tegeaeum'. 'Tegeum' tribrachus, 'Tegeaeus' paeon primus. *Oleaeque Minerua.* Sunt qui dicunt, Athenis prolatum esse oliuae ramum a Minerua; sunt qui putant olei humorem Mineruae idcirco conuenire, quod nulli possit misceri incorruptus et integer, comparabilis uirgiui deae, quae ex uno parente progenita est, quam sapientiam interpretantur, uirtutem inuiolabilem, ut *Homerus* †. *Iunilius* dicit.

v. 19. *Puer.* Bene autem tacuit de nomine et generaliter ait 'puer', quia non unus aratrum in toto orbe monstrauit, sed diuersi. *Puer.* Triptolemum dicit Celei filium. Alii Osirim putant, ob quam rem ab Aegyptiis inter deos sit relatus. *Puer.* Triptolemus. Ceres raptam Proserpinam eum quaereret, hospitata est apud quendam et pro humanitate fruges Triptolemo dedit totumque orbem seminauit. Dedit etiam dracones, quibus iunctis adsideret et reliqua, uelut *Philochorus* ait.

v. 20. *Siluane cupressum.* Deus siluarum. Hic adamauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hanc cum Siluanus nescius occidisset, puer extinctus dolore, quem amator deus conuertit in cupressum arborem eius nominis, quam pro solacio portare dicitur.

v. 21. *Diique.* Post specialem inuocationem generaliter dicit, ne quod numen praetereat. Haec *in Indigitamentis* inueniuntur, idest in libris pontificalibus, qui nomina deorum et rationes nominum ipsorum continent. *Tueri*, pro tuendi.

---

v. 16 lycei lyceum mons archadiae B || 17 Pana Pindarus cf. Bergk fr. 76 || ex appolline B || in lyceo l || editum C | editam B || et Oenone] et Iunone cod. G. Burmanni cf. schol. Theocrit. Syring. *τὸν δὲ Πᾶνα ἔνιοι γηγενῆ ἱστοροῦσιν, ἔνιοι δὲ Αἰθέρος καὶ νύμφης Οἰνόης, ὡς καὶ Πίνδαρος* || archadiae B || 18 o tegeae l || diriuatiunm C | diriuatum B || a tegeo l | a Tegaeo M || archadie l || Penelopa concubuit M || et in monte C | et in ||m||orit̃ B || menalo C || parturiit l | parturit M || dixit tegenm l | cod. 165: Penelope uxor Vlixis fuit post cuius mortem concubuit cum ea Mercurins, ex qua natus dicitur esse Pan in oppido Tegeo, propterea dictus Tegeaeus (tegeus) || Tegeum addidi || tribracus l || tegeus peon primus l || Tegaeum. Tegeum tribrachys, Tegeaee paeon primus [tertius?] coniecit M cf. Seru. || Mineruae M || ouile ramum B || ideirco (sic) B || quae eximio parente M || progenerata M || ut Homerus †] Legendum: ut ait *Verrius*, cf. praef. p. 717, et ad E. VI 18. VIII 30 || 19 in toto^{or}be B | in toto orbe C || treptulemnm l || caelei C || oscrim C || pntant *et* ob quam l || trepulemus B || quaereret M | coleret B || trepulemo B || Philochorus scripsi | philorus B | Inter Philochorum et Philostephanum (cf. Seru.) anceps M iudicium. De Philostephano cogitari nequit cf. praef. p. 720 || 20 ciparissnm B || eernam (sic) B || quam solatio M || 21 nnmen B | nomon C || Haec in indigitamentis M | haec indigitamentis l ||

v. 22. *Non ullo semine*, non satas a nobis.

v. 23. *Satis*, seminatis. *Caelo*, idest e caelo.

v. 24. *Tuque*, o Caesar. Adolatur Caesarem, quem inuocat inter deos, quia deorum Imperatores post mortem honorem meruerunt, Caesar autem in uita honores meruit diuinos, ut *Horatius* ait (Epist. II, 1, 15. 16): 'Praesenti tibi maturos largimur honores iurandasque tuum per numen ponimus aras.' Vnde male quidam culpant Virgilium dicentem laudem post interitum, si maximum est deum fieri.

v. 25. *Incertum est*, quem deum esse te uelis, utrum caeli an maris, uel terrae possideas imperium. *Gallus* dicit.

v. 26. *Maximus*, totus, ut (Georg I 329): 'Quo maxima motu terra tremit. *Iunilius* dicit.

v. 27. *Auctorem*, ab augendo dictus, uelut sator, ut (Aen. VII, 49): 'Tu sanguinis ultimus auctor. *Iunilius* dicit. *Tempestatum*, temporum. *Potentem*, ubique.

v. 28. *Cingens*, ornans. *Myrto*, quae in honore Veneris, a qua Augustus originem ducit. *Gallus* dicit. *Materna tempora myrto*, pro Iulia gente. *Iunilius* dicit.

v. 29. *Inmensi*, totius maris.

v. 30. *Sola*, magna. *Thyle*. Insula est in Oceano quam idcirco nominauit, ut magnum ei et longum tribueret imperium. *Thyle*, insula Oceani inter Septentrionem et Occidentem, ultra Britanniam Hiberniamque et Orcadas.

v. 31. *Generum*, uirum filiae. *Tethys*, uxor Oceani, Nympharum mater. *Emat*. Quod 'emat' ait, ad antiquum nuptiarum ritum pertinet, quo se uir et uxor inuicem emebant. *Gallus* dicit. *Tethys*, iuxta honorem inmortalitatis deam uxorem adiungit. *Iunilius* ait.

v. 32. *Tardis*, longis, maioribus, aestiuis. *Iunilius* dicit: Eleganter dicit 'tardis', quasi futurum sit, *ut*, cum Caesar ierit in caelum, hominum uita tendatur.

v. 33. *Erigonen*. Ipsa est uirgo Erigone, Icari Atheniensis filia; inter duodecim signa esse dicitur. Modo secundum Chaldaeos loquitur dicens, eum posse habere locum inter Scorpium et Virginem uel Sirium,

---

v. 22 non satas scripsi | non iactas l || 23 Celo decst e celo B, unde idest e caelo scripsi | an 'deest e' [caelo]? || 24 adulntur C || innoent C | uocat B || post interitum scripsi | per interitum l || si maximum C | sed maximum B || 26 tremnit BM || 27 tempestnt$\overset{v}{o}$ B || 28 *Myrto* qune scripsi | Myrtoque BM || in honorem M || duxit M || pro Iulia gente Burm. G | pro illi agente Voss. | pro iliam gentem B || 30 *Thyle*. Insula est in Occano — tribueret imperium om. M || quam scripsi | qni l || eius C || Brittaniam B || hibernamqne B || 31 uxor Oceani scripsi | uxor occanu ympharo$\overset{v}{}$m B | oceano nympharum C || *Emat*. Quod 'emat' ait scripsi ex Seruio | Emat ait B | Emat aut C | *Emat*, ad nntiquum etc. Voss. || hemebant B || Tethis B || 32 aestiuis scripsi | acstatis B || Iunilius dicit scripsi | utilius B et est in Vossiano Iunilii nomen in fine additum || 'ut' post 'futurum sit' addidi || ierit scripsi | hierit B | inerit M || 33 Ergonen B || iacari B || Chaldeos B || syrinm B ||

et ordo hic est: 'Qua locus ipse tibi panditur.' *Erigonen.* Tropus metaphora. Erigonen autem Iustitiam dicit. Liber pater pro hospitio Icaro Atheniensi uinum dedit et usum uini monstrauit; at ille eum pastoribus dedisset et ille cupiditate non paruum bibissent, somno sunt oppressi, quorum parentes aestimantes ueneno ab Icaro esse necatos, eum Icarum occiderunt et cadauer eius in puteum proiecerunt. Canis autem eius cum uenisset Athenas, quocumque modo significare coepit domini mortem. Icari autem filia Erigone suspitione tacta antecedentem canem secuta est. Cum ad puteum peruenisset animaduertissetque patris cadauer, sepelit qua potuit optauitque, ut nisi Athenienses ulti essent Icari mortem, eadem morte perirent. Inde per laqueos uitam finiuit. Et cum pestilentia incidisset, responsum est, pastores eos poenam pro illis soluturos. Illi cum pastores punirent, pestilentia caruerunt. Liber autem memor quod sua causa Icarus periit, filiam eius inter astra collocauit, quae est Virgo, eiusque canem, qui quoties oritur, uitis aduritur, quique Sirius appellatur.

v. 34. *Ipse tibi*, in tuum honorem gratiamque. *Brachia*, idest Scorpii. *Ardens Scorpius.* 'Ardens' ad illud refertur, quia Martis domicilium; nam tempus Scorpii frigidum est, idest Nouembris. *Ardens*, commune omnibus, an proprie ad Scorpion refertur, quod sit feruentissimum signum, an ardens 'festinans' et cupiens parare locum Augusto, ut (Aen. VI 5): 'Manus emicat ardens.' *Ardens*, candidus idest Sirius, qui canis dicitur.

v. 35. *Scorpios*, frigidus. Eleganter Virgilius locum Scorpionis Augusto tradidit. Aiunt astrologi idest Chaldaei, Scorpionem locum duorum siderum in Zodiaco tenere, et in locum, quem inprobe occupat, sine iniuria cuiusquam Caesar inuocatur. Bene dat Augusto regionem Iustitiae.

v. 36. *Quicquid eris*, quia cetera per parenthesin dicta sunt. *Nam te nec sperant Tartara regem.* Allegorice dicit, illum non debere mori uel bene posse.

---

v. 33 ordo hic *est* scripsi | ordo hic *em* B | ordo hic: *in* qua etc. M || meafora l || ospicio l || ioara C || pastoribus quum M || oppressi M | appressi l || estimantes l || ab iacaro l || eum incarum l | eum lacerum M || mortem M | morti l || iacari l || erigonen C || suspicione l || cata C || ad puteum uenisset M || animaduortisset quo C || quia potuit C || iacari mortem l || perirent scripsi | periret l || Inde per laqueos scripsi | inde silentios l | inde silentio M || incidisse C || solituros l || sua causa Voss. | suo causa l || iacarus l || quoties C | quocies B || 34 in tuū B || nouembis B || an ardens M | an cordens B || parare M | parero B || angusto B || manus micat B; cod. 165: Vel festinans accipitur uel quia generale est omnibus sideribus, ut 'ardentia' dicantur propter calorem et propinquitatem aetheris || Ardens om. M || *Candidus*, idest Sirius in textu, et in margine: 'Videtur scribere noluisse *gelidus* et adnotatio referenda ad v. 43' M || 35 eliganter C || insticiae B || 36 quicquid C | quidquid B || per parenthesin dicta] per parentes indicta l et M || sperent M ||

v. 38. *Quamuis Elysios* et reliqua. Quaerendum an ad auctores Graecos an ad solum Homerum retulerit, qui in Odyssia campos laudat Elysios, et adeo amoenos locos quos praetulerit amori matris *Proserpina*. *Iunilius* dicit.

v. 39. *Nec repetita sequi* et reliqua. Nec accepta facultate eam uoluit sequi. *Iunilius* dicit. *Matrem*, idest Cererem.

v. 40. *Da facilem cursum*, poematis. *Adnue*, faue. *Coeptis*, uerecunde dicit de suis uiribus. *Gallus* dicit.

v. 41. *Ignaros*, rusticos iuua. *Ignarosque uiae*, pro artis uel traditionis uel rationis.

v. 42. *Votis*, sacrificiis. *Iam nunc*, adhuc. *Et uotis iam nunc*, nam ut dixi Augustus diuinos meruit honores. *Iunilius* dicit.

v. 43. *Vere nouo*. Expositio. *Gelidus*, frigidus. *Canis*, niue candidis. *Quo*, cum. *Nouo*, recenti, incipiente uere idest Martio, qui initium anni est, quo nix de montibus soluitur. *Vmor*, quia uix humida in montibus solet esse.

v. 44. *Liquitur*, fluit manat. *Zephyro*, calido uento.

v. 45. *Depresso*, cum ui fixo. *Taurus*, speciem pro genere posuit; 'taurum' enim bouem dicit, ut (Aen. III 21): 'Caelicolum regi in litore taurum,' ubi uisi bos intellegitur, Virgilius errauit; 'tauro' enim sacrificium Ioui non fit. *Iunilius* dicit.

v. 46. *Sulco*, aratri ductu. *Splendescere*, splendere, ut calescere et calere. *Vomer*. Lucretius ait (I 315): 'Occulto decrescit uomer in aruis.' Hic 'uomer' et hic 'uomis' et ab utroque huius 'uomeris' dicimus.

v. 47. *Illa*, illa terra uel gleba, uel illa seges. *Auari*, parci.

v. 48. *Bis quae solem*, calorem dierum et noctium. *Sentit*, aratur. Indicat autem his tempora, quibus seritur.

v. 49. *Illius*, parci agricolae. *Ruperunt*, impleuerunt.

v. 50. *Ignotum*, inmensum. *Ferro*, uomere. *Quam scindimus*, idest antequam aramus. *Aequor*, pro campo. Hic metafora. *Isidorus*.

v. 51. *Varium caeli*, diuersas caeli partes.

v. 52. *Ac patrios* et reliqua. Tres res dicit, quemadmodum a maioribus sit cultus et quid melius ferat et quid recuset. *Habitusque locorum*, idest natura utrum pluuiis gaudeat an tepore uel frigore.

---

v. 38 Quam elysios C || auctores codd. Paris. Flor. Burm. G | auditores 1 || qni nodyssia C | qui in odysia B || clyseos 1 cf. Od. δ 563 || amoenos M | ameios B | amois C || locos] Malim lucos cum Burm. || *Proserpina* addidi ex Burm. G || 40 poematis C | poenatis B | poëmatis adnue, faue M || 41 rusticus C || 42 nam ut dixi, cf. ad v. 24 || 43 niue candidis scripsi | uiuo candidis 1 || *Quo*, cnm B | quoque cum nouo recenti M | 'Cum' pro uariante scriptura potest accipi. Nam in B in textu 'cum' legitur, in margine pro uariante scriptura 'quo'. || rocente, corr. recenti B || inicium B || Vmor B || 45 cum ui fixo C | cum infixo B || pro gene B || † ubi nisi bos intellegatur Virgilins errauit codd. Paris. Flor. | iibi nisi bos intellegitur tauro enim etc. B | ubi non nisi etc. M || Ioui sacrificium M || 46 calescero calere M || *Vomer* lemma om. M || decrefut. Vomer B || 48 Bisque 1 || aratur scripsi | arator B || tempora Voss. | temporo B || 50 aramus scripsi | faciamus B | faciamus ueruactum Seru. || isiõ B | est Voss. || 51 diuersas caeli partes scripsi | diuersa caeli parte 1 || 52 utrum pluuiis Seru. | ut pluius B || añ teporo B | an temperie M ||

v. 53. *Reeuset*, abnuat.

v. 54. *Veniunt*, proueniunt, ct 'prouenire' fructus dicuntur. *Iunilius* dicit. *Veniunt*, crescunt, ut (Aen. V 344): 'Pulchro ueniens in corpore uirtus', idest crescens. *Gallus* dicit.

v. 55. *Arborei fetus*, poma. *Alibi*, alio loco. Inter 'allbi' et 'aliubi' hoc interest: 'alibi' est alias, 'aliubi' alio loco. *Atque iniussa*, sine studio, sine cultura; nam frumenta iniussa naseuntur. *Virescunt*, reuirescunt.

v. 56. *Nonne uides*. Argumentatur, ac si dicat: Si una prouincia ferre non potest, quanto magis unus ager. *Tmolus*, mons in Lydia, ubi odores nascuutur, uel mons Ciliciae, in quo crocum nascitur.

v. 57. *Molles Sabaei*, aut delicati, aut toto corpore ucstiti. *Molles Sabaei* eo, quod sub aere clementiore sunt. *Molles Sabaei*. Populi sunt iuxta Syriam ct Arabiam; Sabaeum oppidum in Arabia, in quo tus nascitur suaue.

v. 58. *Chalybes*, gens in Ponto, inuentrix ferri, dieti a Chalybio Euboiae uico quod hinc coloni fuerunt. *Iunilius* dicit. *Nudi*, duri.

v. 59. *Castorea*, testieulos. *Castorea*. Castores dicuntur idest eanes siluestres, qui in Ponto tantum nascuntur, quos Latini 'febros' dicunt, quorum testiculi pretiosi sunt ad medicamenta, ct uirus, quod habent, 'castoreum' dicitur, ut in *Physiologi* libro dicitur. *Iunilius* dicit. *Eliadum*. Elis urbs Peloponnesi ab Elo dicta. *Iunilius* dicit. *Epiros*, in Europa, in qua equi optimi. *Iunilius* dicit.

v. 61. *Imposuit*, quicquid frugis dcbeat proferre.

v. 62. *Deucalion*. Cum in Thessalia aliquo tempore flumina habundabant et omnes alta loca petebant, Deucalion Thessalus et Pyrrha dea uel filia Terrae lapides iactauerunt in terram. Lapides quos Deucalion iactauit, in masculos uersi sunt, lapides uero quos Pyrrha, in feminas. Hinc genus humanum. *Vacuum*, hominibus.

v. 63. *Durum genus*, quod ex lapidibus constat secundum historiam Deucalionis. *Terrae*, genetiuus casus.

---

v. 53 abnnet B || 54 fluctus 1 || nenics B || crescens B | cresccs M || 55 poma C | pomo B || iniussae M || reniriscunt, corr. reuircscunt B || 56 Nonnc C | Nune B (n *supra*) || argumentatio M || hac si B | há si C | sic ac si Voss. || non potest *omnia* Seruins || qnanto magis] an 'quanto minus'? || Ciliciae M | sciliae B || in quo scripsi | in co B | in co M || croccum M || 57 dilicati 1 || Molles Sabaei scripsi | ucl suauei 1 | uel suancs Snringar || Moles Sabei B || thus M || saaue, corr. snane B || 58 Chalibes gens in pento C || Chalybia M || Euboeao M || coloni fuernnt scripsi | coloni s||| sunt C | colonis sunt B | coloni snnt M || Iunilins Voss. | Nunilins B | nunillius C || 59 qne in ponto B | qni Voss. || fibros Voss. || pretiosi Voss. | p̃tiosa B || in *Physiologi* libro] cap. XIX | phisologi B || dicitur M | dicit B || Heliadnm, Helis, Helo 1 || peloponensi B | pelopenensi C || Iunilius Voss. | nnñ B | nuñi C || Epirus M || curupa 1 || 62 Qunm M || in thesalia 1 || aliqno scripsi | alio 1 || habundabant] an *inundabant*? cf. ad v. 13 || thesalus 1 || pyrra 1 || dca uel filia Terrae cf. ad Ecl. VI 41. Pyrrham Terrae deam Snringar quoquo miratnr || ictauerunt C || quo deucalion 1 || 63 & lapidibns B | et lapidibns M || genitiuns M ||

v. 64. *Pingue*. Redit ad solum. *Primis*, ueris tempore.

v. 65. *Inuertant*, arent.

v. 66. *Puluerulenta*, idest quae concreta propter hiemis *frigus* puluerulenta facit. Hic metafora uel epitheton est. *Coquat*, glebam uertat in puluerem. *Maturis*, pro matura facientibus aut plenis et legitimis. *Solibus*, diebus.

v. 67. *Sub ipsum*. 'In' et 'sub' tunc accusatiuo casu iungitur, cum 'aduersum' uel 'ante' significat, ut (Aen. IX 424): 'Ibat in Euryalum', et 'sub ipsum Arcturum' pro 'ante', ut *Donatus* dicit in Arte II. *Sub ipsum*, prope ipsum, ut in VI (v. 255): 'Ecce *autem* primi sub lumina' idest prope lumina. *Sub ipsum Arcturum*, autumnali tempore, quo Arcturus oritur. *Sub*, quando tempus significat, accusatiuo gaudet, ut hic 'sub ipsum Arcturum', circa ipsum Arcturum.

v. 68. *Arcturum*. Arcturus qui Bootes dictus, quem ursas putant quidam Boreo circulo continere. Bootes autem quod plaustrum. Hic oritur ad Kalendas Octobris. *Suspendere*, leuiter arare.

v. 69. *Illic*, in terra forti et pingui. *Officiant*, obsint noceant.

v. 70. *Hic*, in tenui et infecunda. *Ne deserat humor harenam*, minus fecundam terram aquis inrigari iubet.

---

v. 64 Primus B || 66 *Puluerulenta*, idest quae concreta propter hiemis *frigus* puluerulenta facit scripsi et transposui | idest contrita propter hyemis (hiemis C) quae puluerulentia facit l | idest propter hiemens quae puluerulentia facit contrita Voss. | idest contrita propter hiemem quae puluerulenta facit M || mactafora B || epytheton l || uertat Voss. | uertit B || matura facientibus scripsi | maturis f. B | maturas f. M || diaebus B || 67 tunc Voss. | tunt l | cum M || accts B | accs C || iba in C || eurialum l || significat ibat l || ut dona dicit in aeneide II (ęneide II C) l | in Aencidem M | Aeneidos secundo Voss. De Donati comm. Aen. II v. 442 'postesque sub ipsos'] Manifesta descriptio: alii quippe obsidebant *ante* fores etc. cogitabat Suringar. || *in Arte II* reposui, quia ea uerba neque in Donati comment. in Aen. l. II leguntur et dilucide inueniuntur in Aelii Donati *Arte altera.* Cum enim apud Keil. Gramm. Lat. IV p. 390, Donat. art. II 16 in textu legantur: 'quarum 'in' et 'sub' tunc accusatiui casus sunt cum ad locum uel nos uel quoslibet ire isse ituros esse significamus; tunc ablatiui, cum uel nos uel quoslibet in loco esse fuisse futuros esse significamus', haec reperias ex interpolatis quas uocat editionibus insuper addita et a Keilio in marginem relegata: 'tunc praepositiones accusatiui casus sunt, cum 'aduersum' uel 'ante' significant ut: 'Ibat in Euryalum' et 'sub ipsum Arcturum' pro 'ante' etc., unde *ut* ante 'Ibat' inserere haud dubitaui || ecce primus sub limia idest prope limina B || aut tumnali B || gaudet M | saudet B || ipsum arcturus B || 68 bootus l || quem ursas putant] quod ursus l | ursos M || boreo B | borreo C, cf. ad v. 243 | boreali M || contineri l || plaustrum hic oritur interp. M || ad K octimbri l || Arcturus qui Bootes dictus quod ursus putant: quidam boreo circulo contineri Bootes aiunt quod plaustrum hic oritur ad Kl. Octimbres Voss. (Suringar) | Arcturus id est qui et Boetes dictus idest quem ursas putant quidam baorio circulo contineri. Boetes quam plaustrum huic ursarum nominis attribuant. hic oritur a. d. XI Kal. Octobr. Burm. G coll. Mommsen. || 69 forti C | forta, corr. forti B | malim *fertili,* ut 'fertili' in sequenti uersu respondeat 'infecunda', ut 'pingui' terrae 'tenui' opponitur cf. v. 74 | intenui M || 70 Ne^c deserat B || haraenam B || inrigare M ||

v. 71. *Alternis*, per uices, aduerbialiter dixit. *Idem*, agricola. *Tonsas*, agros messos, qui alternis uacant. *Nouales*, quia sementa nouantur. 'Noualia' prima rura proscissa. Has 'nouales' et haec 'uoualia' dicunt.

v. 72. *Segnem*, sterilem, qui nihil ferat. *Durescere campum*, ut redeat in uires priores. *Segnem*, pro 'cessantem' dicit. *Patiere*, patieris. *Situ*, positione.

v. 73. *Mutato sidere*, in principio ueris, alternis annis uel anno.

v. 74. *Laetum*, fertile, pingue. *Legumen*. Legumina dicuntur, quaecumque non falce succiduntur, sed manu leguntur. *Siliqua quassante*, folliculo sonante.

v. 75. *Tenuis*. Vicia enim uix ad triplicem prouenit fructum. *Viciae*, genus leguminis. *Tristisque lupini*, quia tristes faciat propter amaritudinem; incoctus enim amarus est.

v. 76. *Siluamque sonantem*, ubi enim faba tolluntur, sonant siliquae.

v. 77. *Vrit*, uexat. *Lini*, *auenae*, *papauera*. Bene excerpsit linum, auenas, papauer et dicit post haec frumenta non esse serenda; nam licet manu legantur, et sint inter legumina, uiribus tamen frumentis aequantur.

v. 78. *Lethaeo*, idest plena obliuionis; uam Ceres Ioue admonente dicitur cibo papaueris orbitatis oblita, et reuera papauer gignit soporem; nam ad dolorem obliuiscendum in potionibus datur. *Perfusa papauera somno*. Qui papauera manducat, cito somno opprimitur; est enim papauer somniferum. *Iunilius* dicit.

v. 79. *Sed tamen* et reliqua. Redit ad praeceptum.

v. 80. *Pingui*, umido.

v. 81. *Effetos*, continua fertilitate. *Cinerem*. Cinis, stercoratio, intermissio arandi, incensio stipularum. *Gallus* dicit. *Inmundum*, sordidum, ad discretionem illius quo utitur puella.

v. 82. *Requiescunt*, quia per intermissionem arationis roborantur, quam rem repetit dicendo (v. 83): 'Nec nulla.'

v. 83. *Inaratae*, non satae. Haeret ad illud, quod dixerat: 'Tonsas cessare noualis' (v. 71).

---

v. 71 Idem Voss. | idẽ B | idest C et M || sementa Burm. G | sementia B || proscisa B || has nouales et haec noualia dicunt M | has nouales ut ut noualia dicuntur B | malim *dicimus* cum Burm. G cf. v. 99 || 72 positione] *pro otio* coniecit Suringar || 73 alternis annis uel anuo] *Alternis*, annis, uidetur ad v. 71 pertinere, scribendumque: 'in principio ueris uel *anni*' || 74 folliculo M | foliola (*la* in ras. B) 1 || quas ante C || 75 peruonit M Voss. || quia tristes faciat M | quia tristes facit Voss. | qua triste faciat B || 76 sonant siliquae scripsi | sonant silna B | sonat silua Voss. || 77 *Vrit*, uexat. *Lini*, *auenae*, *papauera*. Bene excerpsit scripsi | Vrit excerpsit uexat lini auene lini auone papauera bene excerpsit 1 | uexat linum auenas papauera. Bene excerpsit M || papauera et dicit M || ligantur C || equantur 1 || 78 Loetheo C | letheo B || admonte C || orbitatis C | olbitatis, corr. orb. B || potionibus M | potationibus 1 || Perfura B || manducat (sic) B || oprimitur B || 80 humido M | humidi Voss. || 81 effectos C || stercuratio 1 || 82 nec ulla M || 83 sate heret 1 || dixerat scripsi | dixerã 1 | dixit Voss. | dixeram M || 'Tonsas cessare noualis' (v. 71)] tonsas caesare noualis 1 et M ||

v. 84. *Incendere*, igni. *Agros*, non agros, sed quae in agris sunt.

v. 85. *Crepitantibus*, sonantibus.

v. 86. *Pabula terrae*, Diligenter plures causas exsequitur, ex quibus certe aliqua profecisse uideantur.

v. 88. *Exudat*, exsiccatur excoquitur. Hic hypallage, dum non humor exudat, sed terra. *Isidorus* ait.

v. 89. *Caeca spiramenta*, breues cauernas, per quas sudor emanat.

v. 90. *Spiramenta*, uocat poros.

v. 92. *Tenues*, lentae et penetrabiles. *Rapidi*, ueloces.

v. 93. *Acrior*, pro duobus uel pro uno. *Penetrabile*, non quod penetrat, sed quod facile penetratur. *Iunilius* dicit. *Adurat*, siccet; ad solem et ad frigus pertinet; uno sermone duo diuersa *eadem* conclusit clausula.

v. 94. *Multum adeo* et reliqua. Ordo hic est: multum adeo adiuuat arua, rastris qui frangit aut uimineas trahit crates. *Rastris*, hos 'rastros', haec 'rastra'. *Inertis*, pigras, non fertiles. 'Iners' enim sine arte, qui nullum rei affectum habet; ita et glebae nunc appellantur 'inertes' metaforice.

v. 95. *Vimineas*, lentas adque graciles uirgas. *Trahit*, auellit.

v. 96. *Flaua*, propter aristarum maturitatem. 'Flauam' quidam putant dictam, quae flauescentibus frugibus faueat. *Iunilius* dicit. *Nequiquam*, sine causa. *Spectat Olympo*. *Quasi* sedeat in caelo et prospiciat, laborantibus fauens. *Iunilius* dicit.

v. 97. *Proscisso*, conueniens uerbum. *Aequore terga*, campo, terra quam arauerit.

v. 98. *Rursus*, scilicet autumnali tempore, quando cum seminibus aratur. *Perrumpit*. Bene perrumpit de obliqua aratione contra sulcum, ut rustici dicunt 'cancellate arare.'

---

v. 84 Incendere igni. Exurere agros M | 'Exurere' per uirgulam appositam uarians scriptura esse intellegitur eius quod est in textu, 'incendere' || qui in B || 85 Crepantibus C || 86 ex quitur (se *supra*) B || ex quibus scripsi | ex se quibus B | quibus M || profecisse scripsi | prouidisse B || 88 exciccat exquoquitur C || hicipalage C | ypalage B || isiõ (isio C) I || 89 sudore manat B | sudor manat Voss. || 90 uocat poros. Pori sunt minutissima foramina, per quae exit sudor a corporibus. Cutis enim humana tota est plena foraminibus, quamuis non uideantur. B man. II, sed saec. X || 92 lentae scripsi cum Voss. ex Seruio | laete C | lęte B || 93 penetrautur B | Aut legendum: 'non quod penetratur, sed quod facile penetrat', aut: '*nunc* quod penetrat; *alias* quod facile penetratur.' || Aduret B || 'eadem' ante 'conclusit' addidi || 94 hordo C || uimine astrahit I || ita et Voss. | ite et B | item M || metafocice, corr. -forice B || 95 adque B | atque C || *Crates* idest cletas C || 96 putant dictam scripsi | putant deam I || faucat M | flaneat I || frugibus om. C | flugibus, corr. fru. B || Nequicquam M || Olympho B || quasi semper in caelo sedeat laborantibus fauens Burm. G | sedeat in caelo et prospiciet B et prospiciat M || 98 autumnale C || quando M | qm̃ = quoniam I | quo iam cum Seruio Suringar || cancellate M | concellate B ||

v. 99. *Atque imperat aruis*, ut tantum ferant. quantum ipse desiderat. *Imperat*, elegantis translatio. Nam de militibus dicimus.

v. 100. *Vmida*, ut humida fiant. *Humida solstitia.* Quomodo congruit, cum alterum hibernum, alterum aestiuum? Et sunt alii, qui solstitia pro 'solstitio' dicunt, referentes ad aestiuum. *Vmida solstitia.* Alii solestitia, pro aequinoctiis uerno et autumnali accipiunt, alii pro aestatibus. *Orate*, idest, o agricolae.

v. 101. *Puluere.* Serenitas puluerem creat. *Farra*, frumenta.

v. 102. *Nullo tantum se Moesia cultu*, quantum humida solstitia et hiemes serenae, idest, quamuis colatur optime Moesia, tamen *tantum* nullo cultu se iactat, quantum ea terra, quae huiusmodi habet caeli temperiem. *Moesia*, regio Asiae uberrima, uel *Moesia*. Moesiae tres sunt: Moesia 'Gargara', Moesia 'superior' Moesiaque in Asia prouincia. Vel ciuitas Phrygiae non longe a Troia prope Gargara, montes Phrygios.

v. 103. *Et ipsa suas mirantur Gargara messes.* Fantasia poetica in re inanimali. *Gargara*, pars Idae montis in Phrygia, nunc uero in Troade, quoniam Troes Phryges dicuntur. *Gargara*, regio Asiae. Etiam mons uocatur. *Gargara*, mons Apuliae.

v. 104. *Iacto*, iactato. *Comminus*, prope, sed nunc 'statim'.

v. 105. *Ruit*, frangit, euertit, dissipat. *Male pinguis arenae*, non fertilis.

v. 106. *Deinde.* Ante generaliter, nunc specialiter agriculturam. *Satis*, segetibus, seminatis. 'Satis' participium est. *Sequentis* iuges.

v. 107. *Exustus*, calore aestatis. *Morientibus.* Secundum Pythagoricos dicit, qui dicunt, omne quod crescit, animam habere. *Aestuat*, calefit.

v. 108. *Ecce supercilio*, quasi superiore cliuo. *Cliuosi*, inclinati. *Cliuosi tramitis*, ex improuisa altitudine terrarum; nunc ab alto. Metaforicos ab animali.

v. 109. *Elicit*, euocat, inducit. *Leuia saxa*, calculos dicit. *Raucum.* Non solum ad utilitatem hanc rem, sed et uoluptatem.

---

v. 99 fuerant C || elegans M || dicimus scripsi | dicuntur B | dicitur M || 100 soltitia C || cong(r)uit C || pro solsticio B || solestitia B || equinoctis B || 101 serenitus, corr. -tas B || 102 colatur scripsi | collocatur l || tamen *tantum* nullo scripsi | tam̃ nullo l || cultu se iactat] cultus se iacet l | cultu se jactet M || uel *Moesia.* Moesiae scripsi | uel moesia moesia B | uel Moesia M || Vel ciuitas scripsi. Pertinet hoc scholium ad illud: 'Moesia regio Asiae uberrima' quocum in Voss. quoque coniunctum legitur | et ciuitas l || frigię, frigios B || 103 et ipsas suas mirantur garra C || in re in animali M Voss | in rei animali l || ide l || frigia l || nunc uero in Troia Burm. G | nunc ueroiada l | nunc uẽro Troado M || friges l || 104 *Comminus.* Glossam om. C || 105 euertit Voss. | auertit l || pingues M || 106 segitibus B || Seqnestis B || iugis M || 107 phitagoricos l || Haestua B || calefit scripsi | calefacit B || 108 supercilii C || ex inprouisa scripsi | ex inprouisu B || nunc ab alto]. An *undam elicit?* || motaphorice M || 109 Etlicit B || calculos C | calctilos B et M || sed (et) uoluptatem B ||

v. 110. *Ciet*, inriget †uel canit. *Scatebris.* 'Scaturigines' dicuntur uenae aquarum, sed in arido solo aqua ebullat, atque si ibi oriatur, idest aqua feruens quae scaturire dicitur, idest glomerari. *Scatebris*, saltibus.

v. 112. *Luxuriam*, perifrasticos dicit. Ostendit rem superfluam et nocituram, nisi amputaretur. *Tenera depascit in herba*, herbae adhuc tenerae antequam in culmos cogantur.

v. 113. *Quique paludis* et reliqua. Ordo est: paludis umorem deducit collectum bibula arena. Haec cultura priori contraria est. Nam ut illa sicco agro aquam inmittit, ita haec habundantem aquam deducit.

v. 114. *Deducit*, diriuat siccat trahit. *Tradit* palustrem aquam diriuari ex agris.

v. 115. *Praesertim*, maxime. *Incertis*, inoportunis. 'Incertos menses' quoscumque, qui adferant uariam tempestatem, an proprie ad uernos. *Incertis si mensibus*, ueris autumni, quia in hieme 'certum' frigus, in aestate calor.

v. 116. *Exit.* 'Exire' amnes dicuntur, quando exuberant. *Exit* dixit, ut ibi (Aen. II 496): 'Non sic aggeribus ruptis cum spumeus *amnis* exit.' *Obducto*, superfuso, superlito. *Limo*, limus infimum lutum, unde et uiatores attinguntur.

v. 117. *Tepido*, noxio inutili. *Lacunae*, caua loca, quae aquam concipiunt pluuialem.

v. 118. *Nec tamen* et reliqua. Ordo: nec tamen nihil officiunt, cum haec sint.

v. 119. *Inprobus anser.* 'Inprobum' dicit anserem, quia fugatus redeat, referens ad animum rusticorum, an potius pro auido cibi, idest insatiabili uel nulli probabili. Set anseres agrestes dicit. *Iunilius* dicit.

---

v. 110 inriget] Vera glossa intercidit. Videtur enim 'inrigat' ad v. 109 '*Elicit*, euocat inducit' pertinere cf. ad v. 269 | Ciet inriget uel uocet Voss. || canet l || Scatenebris B | scatebri C || Scaturigines M | scaturmes l || aqua ebullat atque si ibi oriatur scripsi | aqua que ebullat atque ibi oriatur (ebulat C) l | aqua quae ebullit atque ibi oritur M || idest feruens, om. aqua M || glomerari scripsi | glomerare l || Verba 'aequare quo operire' (pro operire M) = '*aequare*, cooperire' quae post 'glomerare' collocauit M ad v. 113 pertinent. || saltibus scripsi | salientibus B || Scaturigines (Scatturrigines) sunt ebullitiones, quas facit aqua, cum in unum locum coadunatur B m. II || 112 Luxoriam l || erpifrasticos l || Luxus dicitur omnis superfluitas. 'Luxuriem segetum' dicit, quando nimium excrescunt, et tunc teneras (et tunc eas [in ras.]) depascit (depasci) eas (om. M) B m. II || in erba B || 113 umore B || aquam (sic) B || Quae inde apud M secuntur uerba: ueris temporum pro uarieta eris (ueris tempore pro uarietate aeris Voss.), ad v. 115 pertinere patet, hunc in modum corrigenda: *Incertis mensibus*, ueris tempore, pro uaria tempestate ueris, cf. ad v. 115 || 114 diriuat l || trahit. *Tradit* palustrem scripsi (nisi mauis *hortatur*) | trahit plaustrim l et M || diriuari l || inoportunis l | inopportunos M || AÑ B | aÑ C || ueris [et] autumni M || quia in hieme scripsi | quam hieme B | quam hiemis M || aestate B || 116 dixit ut ibi scripsi | dixit ubi l || spumeus exit l | exit dixit, ubi non sic aggeribus ruptis; cum spumeus exit. M || litum B || 117 nexio C || inululi, corr. inutili B || pluuialem (sic) B || 118 et reliqua om. M || he sint C || 119 insaciabili uel nulli probabilis et inseres et agrestes dicit B | idest insatiabiliter nulli probabilis et anseres agrestes dicunt M ||

v. 120. *Strymoniae.* Strymon fluuius Macedoniae uel Thraciae per duos alueos discedens lacum magnum efficit. *Amaris*, amaro suco. *Intiba.* Hic 'intiba' neutrum; est et frequenter hic 'intibus'; est 'intibus' in singulari numero masculinum, in plurali uero neutrum. *Intiba*, uena quaedam pessima et nerui amari terrae. *Officiunt*, nocent. *Fibris*, fibrae summae partes iecorum sunt; nunc frumentum dicitur.

v. 121. *Nocet*, frugibus. *Pater*, Triptolemus uel Iuppiter.

v. 124. *Torpere*, stupere. *Veterno.* Morbi nomen, otio pigritia desidia hydropicorum uel 'ueternum' torporem quendam corporis, quo quasi inueterascat corpus.

v. 125. *Ante*, idest regna. *Ante Iouem* et reliqua. Iouem dicit fecisse ea quae in uituperationem ueniunt, sed hoc loco defendit dicens (v. 123): 'Acuens mortalia corda' et reliqua. *Ante Iouem* et reliqua. Dicunt Iouem commutasse omnia, cum bonus a malo non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod *Caluus* canit. *Iunilius* dicit.

v. 126. *Limite.* 'Limes' fossa in agro, quae inutilem concipit pluuiam. *Iunilius* dicit. *Limite*, termino. Inter 'limitem' et 'terminum' hoc interest: 'limes' consecratus adeo terminus.

v. 127. *In medium*, in commune. *Quaerebant*, adquirebant.

v. 128. *Liberius*, largius. *Nullo poscente.* Ferebat ultro, ut supra dixit in eclogis.

v. 129. *Ille*, Iuppiter. *Virus*, uenenum. *Malum uirus*, ad discretionem epitheton; nam 'uirus' et bonum et malum est, sicut uenenum. Licet sub Saturno serpentes fuerint, sed *fuerunt* sine ueneno.

v. 130. *Moueri*, nauigari.

v. 131. *Remouit*, non sustulit, sed occuluit.

---

v. 120 Strimoniae l || strimon l || machedonie C || traciae l || discedens scripsi | discendens l | unde descendens M || succo M || Hic intiba neutrum M | hic in [ne]utrum B | hic in neutrum C || uero neutru C || singulari C | sigulari B || 121 treptolemus B || 124 *Veterno.* Est morbus, qui et 'intercus' dicitur, graece ὕδρωψ (ydrops); sed (om. M) hic ponitur pro pigritia. B m. II || Torpere stupere scripsi | Torpore stupore B || hidropicorum B | Malim hoc uocabulum post 'morbi nomen' collocatum || inueterescat B (fuit -scas) || 125 cum bonus] Malim 'cum *antea* bonus' || 'Subigo' multos sensus habet: 'subigo' est fodio, et 'subigo' est exaro et 'subigo' acuo ut (Aen. VII 627): 'Subiguntque in cote secures' (ut subiit in cote secures) B m. II || 126 pluuiam scripsi || opinionem l cf. ad v. 117 | colluuionem Wagner de Phil. II p. 9 || 'Limes' est petra (petrum M), quae (quod M) ponitur pro signo inter duos campos. B m. II || ad eo terminus B | Scholium excerpendo misere mutilatum ita Burm. G plenius exhibet: Limes consecratus est adeo ut quoniam Turnus eum commouit fit autem terminus (commouit sit interemptus ait enim cod. Paris. 7950) limes agrorum — quae sic corrigas: limes consecratus est adeo ut quoniam Turnus eum commouit, sit interemptus; ait enim (Aen. XII 898): *Limes agro* || 127 Querebant adquerebant B || 128 in eglogis B, i. e. ecl. IV || 129 epithethon B | epitetbon C | epitheton facit Voss. || serpentes C || serpentis B || fuerint sed fuerunt scripsi | fuerint sed Voss. | fuerunt sed l || 131 sed occuluit M | secloaulit B | sed occulit Voss. ||

v. 132. *Riuis.* Quidam uini riui fuerunt. *Iunilius* dicit. *Repressit*, inhibuit; hyperbolice loquitur.

v. 133. *Extunderet*, studiose repperiret. *Extunderet*, a fabris translatio. *Iunilius* dicit.

v. 134. *Paulatim*, bene paulatim, quia ars gradibus quibusdam excogitatur. *Iunilius* dicit. *Sulcis*, ductibus aratri. *Frumenti*, segetis. *Herbam*, perifrasis, segetes.

v. 136. *Alnos*, rates.

v. 137. *Numeros*, modos, ut diceretur Septentrio septem stellarum.

v. 138. *Pleiadas.* Ortu suo primae nauigationis tempus ostendit. 'Pleiades' sunt stellae quae in cauda Tauri positae in uere oriuntur et 'Vergiliae' nuncupantur. *Hyadas.* Stellae, quae in fronte Tauri, septem ut *Chaldaei* tradunt, nutrices Liberi patris, appellatae, ut *Musaeus* scripsit, ab Hya fratre, quem in uenatione interemptum fleuerunt. *Iunilius* dicit. *Hyadas.* Alii ab eo 'Hyadas' *dictas* esse putant, quod ortu suo pluuiae nascuntur, quae a nautis 'Suculae' dicuntur et in modum Y litterae in fronte Tauri sunt. *Claram*, quia non occidit, aut quia aliae non clarae. *Lycaonis Arcton*, idest maiorem, Septentrionem, quia minor 'Cynosura' dicitur. *Lycaonis*, subauditur filia, idest ursa, in quam transfigurata est Callisto, Lycaonis filia.

v. 139. *Fallerè uisco*, ad aues capiendas.

v. 141. *Funda*, genus retis fundendo dicti, unde fundatores dicuntur, quia lapidem stuppeis uinculis iaciunt; sic et 'iaculum' dicitur iactando. *Alius*, piscator.

v. 143. *Rigor*, acies, ut (Aen. XII 304): 'Rigido ense ferit.' *Rigor*, durities, inde 'rigidus Amor' dicitur. *Lammina*, 'plures' per 'lamminam' dixit. *Argutae*, stridulae. *Serrae.* Perdix, discipulus Daedali, serrae usum primus inuenit. *Iunilius* dicit.

v. 145. *Artes. Persius* (Prol. v. 10. 11): 'Magister artis ingenique largitor | uenter negatas artifex sequi uoces.'

v. 146. *Improbus*, magnus.

v. 147. *Prima Ceres* et reliqua. Omne agriculturae genus hominibus indicauit. Alii dicunt Osirim, uel Triptolemum aratrum inuenisse obiciunt, sed aliud est omnem inuenire agriculturam, aliud unam rem.

---

v. 134 ductibus aratri scripsi | ductis aratri B | ductis aratrò M || periphrasis segetis M || 137 dicerentur M || septentrio B semper || 138 Plyadas l || hortu C || Plyades C | plyadas B || uirgiliae l | nuncupantur M | nuncupant l || Pleiades (Plyades) sunt stellae in fronte Tauri, quae et Vergiliae dicuntur, dictae Vergiliae, quia (quod M) uernali tempore oriuntur. Hyades (yades) sunt in genu illius, quae et 'Suculae' (setulae) dicuntur. B m. II || chaldei l || patris C | patres, corr. patris B || museus l cf. Hyg. poet. astr. II 21. Schol. Germ. v. 173, p. 396, Eyss. || Hyadas dictas esse scripsi | hyadas esse B || sycule B || cynosura M | cinosa B || licaonis B || caliston licaonis B || 139 fellere B || 141 uinculis] An reticulis? || dictum M || 143 rigos B | Rigor aces C || ense se ferit l || duricies l || Lamina, laminam M || *Argutae* stridulae serrae. Pernix M || pernix B || declali B || serre B || 145 perseos magister artis ingenii largitor uentor nogatus (negatur C) artificos sequi uoces l || negatus M || 146 *Improbus* magnus uel inlaudabilis. *Vrgens* idest inconpellens C ||

Ferro, uomere. *Prima Ceres* et reliqua. Cum enumeraucrit ea quae ab Ioue inuenta sunt, alia, quae ad usum arandi pertinent, prima a Cerere inuenta meminit.

v. 148. *Arbuta*, genus uirgulti, rubra poma habens, quae *Plinius* 'unedones' uocat.

v. 149. *Deficerent*, quia quercus mella ferebant. *Dodona.* Ciuitas Epiri iuxta quam nemus Ioui consecratum et habundans glandibus, uel locus in Chaonia, ubi praecipue Iuppiter colebatur. *Gallus* dicit. *Siluae*, quarum sterilitate significatur ceterarum infecunditas. *Dodona*, quercum significat, quae consecrata erat in templo Dodonaei Iouis. *Iunilius* dicit.

v. 150. *Mox et frumentis labor additus.* Quia ante erat labor, sed tantum herbarum intiborum, postea accessit rubiginis labor.

v. 151. *Esset*, consumeret. *Rubigo*, genus uitii, quo culmi pereunt, abusiue. Proprie uitium obscenae libidinis, quod 'ulcus' uocatur, ut *Varro* ait. *Segnis*, inutilis infecundus, quia segnes facit carduus ubi calcatur.

v. 152. *Subit aspera silua*, de herbis dicta.

v. 153. *Tribuli*, spinae. *Nitentia*, uiridantia.

v. 154. *Infelix*, ad discretionem earum quae seruntur. *Dominantur auenae*, quod altius inter segetes concrescunt, ideo 'dominantur' dixit. *Infelix*, quia nullum facit fructum, sed magis messibus obest. *Auenae*, herbae messibus nociuae.

v. 155. *Quod nisi* et reliqua. Haec superioribus addit. Nam illic dixit (v. 120): 'Amaris intiba fibris'. *Insectabere*, insectaberis, idest nisi sarriueris. *Rastris*, raritate dentium dicti. 'Insectabere rastris' haeret (v. 120): 'Amaris intiba fibris'.

v. 156. *Et sonitu terrebis aues*, haeret (v. 119): 'Nihil inprobus anser'. *Et ruris opaci falce premes umbras*, haeret (v. 121): 'Aut umbra nocet.'

v. 157. *Premes*, supprimes incides conpesces. *Falce premes umbras*, nisi falce temptaueris ramos. *Votisque uocaueris imbrem*, haeret (v. 100): 'Vmida solstitia.' *Iunilius* haec coniungit.

---

v. 147 Prima ares l || arundi B || 148 uirgulti scripsi | uiminis B || plenins unidoneas B] H.N. XV, cap. 28 | 149 mella ferebant scripsi | mel ferebant C | mel adferebant B || Dedona C || ceterarũ infecunditas B | ceterarum fecunditas M || sterilitate, corr. sterolitate B || quae consecrata erat in templo Dodonaei Iouis scripsi | quae conmater illa dodonei iouis B, cf. ad ecl. I 17. Wagner de Phil. II 19 do qnercu Ionis matro cogitat cum Voss., qui exhibet: 'quae est mater illa' etc. || 150 additur C || herbarum intyborum Voss. (cf. v. 74 sq. v. 120) herbarum ut ciborum l || 151 uicium l || obscene l || infecnndis B || 153 Nitencia B || uiridantia M | uiridencia B || 154 Post *infelix* glossa intercidit, nam 'ad discretionem earum quae seruntur' pertinent ad nounm lemma *steriles auenae* || crescunt M || 155 addit] Malim *reddit* cf. v. 208 || nisi sarriueris scripsi | nisi araueris l || raritate dentium scripsi | raritatem denunm B || 156 sonitũ l || Nihil om. M || umbras om. M || 157 suppremes l || temptaueris] Quamquam Verg. georg. II 365 'temptare' uerbum eo, qui hic requiritur, sensu adhibuit, tamen pro nostri consuetudine dicendi legerim 'amputaueris' || uocaberis B ||

v. 158. *Heu*, o; suo more ingemit, referens ad personam de qua loquitur. *Aceruum*, multitudinem frugum.

v. 159. *Quercu*, glandes ad uictum colligendo.

v. 160. *Arma*, instrumenta ut (Aen. I 177): 'Cerealiaque arma.'

v. 162. *Vomis* et uomer 'uomeris' faciunt, et ex eo dictus, quod trudendo uomat terram. *Inflexi*, pro flexi. *Inflexi*, propter sulcos altius iuprimendos.

v. 163. *Eleusinae*, ciuitas Atticae haut longe ab Athenis; in qua cum regnaret Celeus et Cererem quaerentem filiam susciperet hospitio, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae *quare* et ibi maxime colitur. *Plaustra*, uehiculum bubus aptum. *Eleusinae*. Eleusinam ab Eleusina urbe Atticae in qua Ceres adorabatur. *Matris*. 'Matrem' autem 'Eleusinam' Cererem dicit. Nam ut ueteres 'patres' deos dicebant, ita et deas 'matres', Deum Matrem, Vestam Cereremque. *Iunilius* dicit.

v. 164. *Tribula*, genus uehiculi, quo frumenta teruntur in areis. *Iniquo*, graui; iniquum ab inaequalitate dictum. *Trahae*, genus uehiculi a trahendo dictum, quia non habet rotas. *Iniquo pondere*, quia quae iniqua sunt, pondere praegrauantur.

v. 165. *Celei*. Celeus antistes Cereris, Eleusinorum rex, non utique honestus, qui ex uirgis habuit plurimam suppellectilem. *Vilis*, quod uili pretio ematur. *Suppellex*, usurpatum est, nam *Artis* est 'suppellectilis', domus instrumentum.

v. 166. *Arbuteae crates*, coniunctae inter se uirgae. *Vannus*, alueus ex uiminibus factus, corio desuper tectus, quo in areis rustici utuntur, discernens fruges et paleas. Vannus dictus quasi annus quod patens sit. *Mystica*, quia mysteriis Liberi patris adhibetur, et *mystica*, quia instrumentum purgationis est. *Iacchi*, idest Bacchi.

v. 170. In *burim*, 'buris' dicta a bustione; igni enim flectitur. *Buris* curuamentum aratri est, dictum quasi βοὸς οὐρά, quod in similitudinem caudae bouis.

---

v. 158 ingemit M | ingemat l || 159 Querquu B || 160 ecroalia arma M || 162 uomueris C | uoueris B || alcius B || 163 atricę C || haut l || atthenis l || caeleus B | caelus C || filium l || ospicio l || illa praemuneratione C || quare addidi || colitus l || Eleusine M || atice B || arcs B || Eleusiniam M || Deum Matrem scripsi cum Wagnero de Phil. II p. 19 | dea matrem B | deam matrem M || Vestam scripsi | uestram B M || 164 trobula, corr. tribula B | tribulae C || in areis (sic) B | in aeris C || uciculi B || 165 Caelei C || cereis C || precio B || quod uili pretio ematur suppellex usurpatum est nam artis est. Suppellectile est domus instrumentum. M, cf. Charis. p. 47, 31. 88, 10. 143, 16. 144, 6, 13 || 166 coniuncte C | coniuntę B || in se M || Vannas, corr. -us B || factum, tectum l; an 'alueus uel uas — factum — tectum'? cf. ecl. VII 33 | factus Voss. || discernentes M || pa^s^tensit B | quod patens sit om. C | Quae uidentur in hunc esse modum corrigenda: 'Vannus dictus quasi Iauus, quod patens (nisi mauis 'bipatens') sit.' || Iacbi idest bachi B || *Iacchi*, qui apud inferos in uanno accipit animas malasque mittit in incendia, bonae (bona) seruantur ad Elysiacas sedes. C m. II || 170 ab ustione C || bosura l | bouis sit Voss. |

v. 172. *Binae aures*, duae, quibus latior sulcus efficitur. *Duplici*, lato. *Dentalia*. 'Dentale' lignum in quo uomer inducitur.

v. 173. *Ante*, ante tempus necessarium caeditur, ut exsiccatum fiat leue. *Iugo*, idest ad iugum. *Alta*, longa.

v. 174. *Stiua*, gubernaculum aratri ut *Nigidius* ait. *Currus*, rotas ideo 'currus' ait, quia in Gallia et in Britannia et aliis regionibus aratra axes habent et rotas, et sic arant. *Iunilius* dicit.

v. 175. Et *suspensa*, radicitus cuulsa. *Explorat*, siccat. Bene ait 'explorat', quia uitia materiae ex eo apparent. *Iunilius* dicit.

v. 176. *Possum*. Iucunde commemorat habundantiam peritiae suae in rusticis rebus.

v. 177. *Tenuis*. Subtilitatem studii ostendit.

v. 178. *Area*, ex 'aruisse' dicitur, carens umore, ut in urbe 'area Vulcani' dicitur. *Cum primis*, hysteroproteron posuit; prius enim manu terra uertitur, deinde solidatur area, postremo aequatur. *Et uertenda*. Bene triplicem ordinem fecit; primo enim ait, uertenda est area, post cylindro aequanda est, tertio creta tenaci solidanda. *Cylindro*, lapide rotundo, in modum columnae, qui uolubilitate nomen accepit, quo area acquatur.

v. 179. *Creta*, alba terra.

v. 180. *Neu puluere uicta fatiscat*. Hypallage est, pro 'ne uicta fatiscat in puluerem'. *Puluere fatiscat*, idest in puluerem soluatur. *Fatiscat*, dehiscat, crepet.

v. 181. *Inludant*, noceant. *Exiguus*. Debuit enim dicere 'paruus'; 'exiguus' namque, cui aliquid ex debito detrahitur aut aliqua pars corporis aufertur, 'paruus' uero totus natura.

v. 182. *Domus atque orrea*. 'Domus' et 'orrea' ait, ut copiam abrepti frumenti exprimeret. *Iunilius* dicit.

v. 183. *Capti*, caeci. *Capti talpae*, mutauit genus ut in Bucolicis (ecl. VIII v. 28): 'Timidi dammae.' *Talpae*, genus bestiae.

v. 184. *Bufo*, rana terrestris nimiae magnitudinis. *Plurima terrae*. Et alia purgamenta terrarum.

---

v. 172 Dentilia, dentile B || indur (citu) B || 173 ides B || 174 quia in M | quam B || britania B || 175 euulsa M | aunlsa l || *Robora* idest instrumenta praedicta C || uicia matheriae B || bene ait scripsi cum Voss. | beneagit B || 178 exaruisse l || aurea uulcani C || histeroproteron l || auertitur l || solidatur area l | solidatur glarea M Suringarum secutus, a quo deceptus in sequentibus quoque *cylindro* coniecit || *Et uertenda* C | Euentenda B | *Euentum da* in textu, in marg. *cylindro* coni. M || facit M || aequanda C equanda B || tertio C | tercio B || tenac||| C || immodum columne B | *Cylindro* idest acronnmain, quod rotulum dicitur C || 180 dicta l || fatisca C || ypalage l || pro nec uicta (uita C) l | pro uicta M | neu uicta Voss. fatis l || saluatur l || deiscat B || 181 nocent l | Illudunt nocent Voss. Ante 'debuit enim' quaedam excidisse uidentur, e. g. 'Incongrue dixit' || detraitur B || 'paruus' uero totus natura scripsi | paruero totus nature B | paruus uero mus natura M || 182 horrea M | orrea l || 183 ut in Voss. ut B || clamme B || talpe B || talpa M || 184 terrestri C || et alia Voss. talia B || terrae M ||

v. 185. *Populat*, despoliat.

v. 186. *Curculio. Varro* ait hoc nomen per ἀντίστοιχον dictum, quasi 'gurgulio'. *Curculio*, genus bestiae. *Inopi*, quae semper quaerit alienum auxilium. *Metuens formica*, non tantum ad formicas, sed ad generales pertinet. *Senectae* senectuti. *Inopi*, generale epitheton senectutis est.

v. 187. *Contemplator*, futuri temporis imperatiuus modus. *Plurima*, longa, ut (Georg. III 52) 'Plurima ceruix.' *Nux*, auellana, idest amygdala. *Contemplator item.* Prognosticon est anni futuri fertilis uel infecundi. *Plurima*, longa: amygdalum uult intellegi.

v. 188. *Inducet*, se infundet: *Et ramos curuabit*, propter pondus pomorum; bene elegit arborem quae prima foliis uestitur.

v. 189. *Si superant fetus*, si habundat nux. *Pariter*, similiter, itidem.

v. 190. *Calore*, aestate. Aestus nimios fore dicit.

v. 191. *Exuberat*, fluit habundat.

v. 192. *Nequiquam pinguis*, non pingues, sine frugibus. *Paleae.* 'Paleam' contra Artem dixit, quia quae ex pluribus constant, numeri sunt *pluralis*, ut 'cancelli.' *Paleae culmos*, strages spicarum.

v. 193. *Semina uidi.* Incipit dicere de medicandis leguminibus. *Medicare*, pro medicamentis aspargere. *Serentes*, serere uolentes.

v. 194. *Nitro*, aqua ut puto. *Amurca*, umor expressus ex oleo, idest feces olei.

v. 195. *Fallacibus*, quae fallere plerumque solent.

v. 196. *Et quamuis* et reliqua. Ordo: quamuis cito coquerentur, uidi ea tamen degenerare.

v. 197. *Spectata*, probata ut (Aen. VIII 151): 'Rebus spectata iuuentus.' *Labore*, hominum.

---

v. 186 ἀντίστοιχον scripsi | antesticon 1 | antistichum M || *Curculio* genus bestiae. *Inopi*, quae semper — pertinet. *Senectae* senectuti. *Inopi*, generale — est transposui et suppleui | quasi gurgulio genus bestiae quae semper querit (q̃rit C) alienum auxilium metuens formica — pertinet (pertinent C) 1 | Inopi genali senecte senectuti aepiteton senectutis est B, quam cod. scripturam secutus M nil nisi hoc mutauit: *Inopi senectae*, senectuti, generale epitheton | Varro] cf. Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 223 fr. 112 || 187 *Plurima*, longa ut: 'Plurima ceruix'. *Nux*, auellana idest amygdala scripsi et transposui | Plurima longa abellana idest amigdala ut plurima ceruix 1 || 188 Inducet 1 || prima] primo B || foetus 1 || 190 aestus nimios] aestus nimius B | aestum nimium M || 192 Nequicquam M || sine frugibus Seru. | in frugibus 1 || constant Voss. | constat B || pluralis om. B, add. M et Voss. || ut cancelli. *Paleae culmos*, strages spicarum interpunxi et scripsi | ut cancelli, paleae. *Culmos*, strages piscarum (B) M || contra artem] cf. Charis. p. 32, 19. 93, 5 || 193 de medicandis leguminibus scripsi | de medicamentis leguminibus (leguminis, corr. -ibus B) 1, unde de medicamentis; leguminibus medicare M || aspargere B | spargere C | adspergere M || 194 *Nitro* aqua ut puto idest herba unde lauantur uestimenta dicta a nitiditate (niditate) uel a regione C || umur B || 197 probata ut 'Rebus — iuuentus.' *Labore* hominum transposui | probata labore hominum ut rebus etc. B ||

v. 198. *Ni*, nisi.

v. 201. *Lembum*, nauiculam breuem.

v. 202. *Subigit*, susum agit, remigat, impellit, urget.

v. 203. *Alueus*, media pars amnis et maxime altissima. Sensum parabola finit.

v. 204. *Praeterea.* Astrologiam rusticam dicit. *Arcturi*, perifrasis est pro Arcturi sidus. *Arcturi*, Septentrionis, cuius ortu tempestas fit, uel stellae in signo Bootae.

v. 205. *Haedorum.* Antiqui antequam adspiratio esset inuenta, f littera utebantur, et quod nos dicimus 'haedi' illi 'faedi', et nos 'fortuna', illi 'ortuna', et ideo postquam inuenta est, 'haedi' dicuntur. *Haedorumque dies.* Aurigae signum est haud longe a Septentrione, cuius pedem cornu Tauri una stella adtingit. *Lucidus anguis.* Tres sunt angues in caelo, unus inter Septentrionem est, alter Ofiuchi, tertius australis, in quo Crater et Coruus, de quo nunc proprie dicitur.

v. 206. *Vectis*, idest his qui uehuntur.

v. 207. *Pontus*, regio Asiae. *Ostriferi*, in quo ostreae multae sunt. *Abydi.* Sestos et Abydos ciuitates Hellesponti, quae angusto et periculoso freto segregantur, uel *Abydi* conchulae sunt, unde fit purpura.

v. 208. *Libra*, aequinoctium autumnale, in quo sol in Libra fit; uernali enim in Ariete. *Varro* scripsit (R. R. I 34): 'Ab aequinoctio autumnali nobis sereudum usque ad diem XC post brumam.' *Die*, pro diei. *Die somnique.* Antitheton diei 'somnum' reddidit, non 'noctem'. 'Nox' enim per 'somnum' significatur, quia per id tempus diei somno opera datur. *Iunilius* dicit.

v. 209. *Luci atque umbris.* Eodem antitheto: nam luci 'umbram', non 'noctem' reddidit.

v. 210. *Exercete*, *uiri*, *tauros.* Obseruat praedicta, ut (v. 45): 'Taurus aratro'. *Ordea*, usurpatiue III casus tantum pluralis dicuntur. *Serite ordea.* Notandum quod frumenta autumno serenda dicat, legumina uero uere.

---

v. 202 remigat Voss. | remiget 1 || 204 fit M | sit B || 205 Haedorum C | hędorum B | Hoedorum M, semper || hodi illi fedi 1 || *dixerunt* post *faedi* addid. M || hedi dicuntur 1] cf. Velium Longum p. 2230 P || auriga M | aurige B || haud M | hoc B || adtingit scripsi | adiungit B, cf. Sorn. || est om. M || officii B || tercius B | cod. 165: Tres sunt serpentes in caelo unus in Septentrione, alter Ofiuchus idest serpentarius, tertius australis in quo sunt Crater et Coruus de quo hic proprie dicitur anguis || 206 his Voss. | hi sunt B || 207 Ponti M || Sostos M | esto B || ellesponti B || fretu B || uel Abydi conchulae sunt Voss. | uel abidi concule sunt B | uel Abydi emcule sunt M || 208 Libera C || in libra M | in libero 1 || fit Voss. | sit 1 || anteteton B || non noctem. Nox enim scripsi | non nocti uenus enim B | non noctem; eam enim — significat Wagner de Phil. II p. 9 || significat M || 209 eodem antitheto Voss. | codem B | eddem, corr. eodem C | anteton 1 | idem antitheton M || non noctem scripsi, cf. supra ad v. 208 | noni nocti 1 | non nocti Voss. || redidit 1 || 210 Ex-er^{ce}te B || ordea B, bis | hordea C || serenda dicat M | serendicat B | seri dicat Voss. ||

v. 211. *Vsque sub extremum brumae.* Bruma a breuiore meatu solis dicta. Bruma finit VIII Kalend. Ian. Non ad brumae finem dicit esse serendum, idest non usque ad ipsam diem, quamuis aliter scripsit *Varro*. - *Intractabilis*, durae.

v. 212. *Segetem*, semen. *Et cereale papauer*, quod inter frumenta sit, uel uerius, quod eo Ceres curam leuauerit lugens filiam suam, somno impleta. *Iunilius* dicit.

v. 213. *Tegere*, seminare. *Et iamdudum*, pro quam primum.

v. 214. *Dum sicca tellure licet*, hoc est, antequam pluuiae inmineant. *Dum nubila pendent*, dum serenitas est. Dicit hoc tempore serendum, quando non pluit, sed inminent pluuiae.

v. 215. *Vere fabis.* Haec 'faba' fit. Fabis uero inusitata declinatio est, ut *Cominianus* ait. *Medica*, quam Xerxes pugnans ad Medos rapuit, uel translata est in Graeciam, naturamque huius herbae respicit; uno enim anno seritur *et* frequenter procreatur. *Satio*, sementis. *Medica*, herbae species.

v. 216. *Milio.* Milium nigrum est, quod ad pabulum bouum seritur. *Venit annua cura.* Medicae ostendit non esse curam.

v. 217. *Candidus* ... Non enim a capite, sed dorso oritur, idest in medio sui apparere incipit, non a fronte, uel quod Aprili mense sol in Tauro est. *Auratis*, aura plenis, idest rorulentis; uernum tempus significat. *Aperit*, bene aperit, quia Aprilis aperiendo dicitur.

v. 218. *Aduerso astro.* Quidam 'malo' accipiunt, 'Sirium ardorem illum sitim morbosque ferentem mortalibus aegris'. Alii 'aduerso astro' ad ipsum Canem *non* referunt, sed ad solem, qui 'aduersus' intellegitur ex eo, quod contra mundum nititur. Sed magis intellegere nos conuenit 'aduerso astro' Taurum dici, cum quo Canis occidit, quia *Nigidius* ait: 'Taurum aduersum inter sidera locatum.' *Aduerso.* Quod posteriores eius partes, quia primi ueris sunt, umidiores habentur, priores autem ideo quia aestatis, existimantur sicciores. *Iunilius* dicit.

---

v. 211 extremum C | exemnm B || Brumae M || meatu solis M | metatu solns l || finitnr Voss. et M || VIII || (fuit VIIIl) C || abrnme l || serendnm Voss. | ferendum l || 214 idest M || inmineant M | inminant l || nubile B || serentas B || 215 uero] uere M || declinationem C || commianius B || comminamus C | at Commianus M, cf. Charis. I p. 34, 25 K. haec faba. Vergilins 'nere fabis satio' innsitata declinatio || Media C || xerses l || translata est in Graeciam scripsi | translatio est in greciam l | translatio est. In Graeciam M || seritnr *et* freqnenter] seritur freqnenter l | frequenter [et] procreatur M, cf. Seru. || sementis Snringar cum Sern. | semen libri || 217 Ante 'Non enim' lacunam signaui cf. ad v. 181 || aprile l || rorolentis B | pnluerulentis coni. M || 218 Anerso C || male M || odorem l || morboque B | borboque C || egris l, Aen. X 273. 274 'Sirius ardor: ille sitim morbosque ferens mortalibns aegris' || canem *non* referunt scripsi | canem referunt l || Post locatnm 'adnerso' lemma interposui cf. praef. p. 720 | Sed magis intellegere nos conuenit *auerso astro* tanrum dici cum qno canis occidit. deniqne Nigidius ait etc. Bnrm. G || quia primi scripsi | qui primi l | quae primi M || quia aestatis, existimantnr sicciores scripsi | quia aestati (ęstati|| C) existant sicciores l | qnia aestate existant, sicciores M ||

v. 219. *Robustaque farra.* Plus enim uirium habent, quam legumina, et tempore quo Atlantides occidunt, sunt serenda.

v. 221. *Eoae*, orientes. *Eoae abscondantur*, idest matutinos occasus faciant. Nam cum sol in Scorpione est, XV Kalend. Mai., Vergiliae occidunt. *Iunilius* dicit. *Atlantides*, idest Pleiades, hoc est Vergiliae, et sunt sex, quarum nomina Alcyone Merope Celaeno Electra Sterope Taygete. *Atlantides*, aliquando septem, aliquando sex uidentur. In Nouembri non uidentur a nobis. *Abscondantur*, in Nouembri.

v. 222. *Gnosia*, Cretica. *Coronae.* Corona XII signis proxima. *Coronae*, quia Liber pater Ariadnam filiam Minois, uxorem suam cum corona in caelo dedicauit. *Iunilius* dicit . . . . . . quam coronam Vulcanus obtulit ad uxoris insigne et inter sidera collocauit. *Gaudentius* dicit.

v. 224. *Inuitae terrae.* Terra enim quando aratur, quasi uulnera quaedam patitur.

v. 225. *Maiae*, idest Atlantidum, quia de illis una est. Maia, una de Vergiliis, sed per unam omnes intellegimus. Tropus synecdoche.

v. 226. *Auenis.* 'Auenis' calamis.

v. 227. *Vilemque phaselum*, plurimum habundantem. Omne enim quod habundat 'uile' dicitur. *Phaselum*, genus leguminis quod nos 'siliquam' dicimus.

v. 228. *Pelusiacae*, Alexandrinae, non pretiosae, de oppido Pelusio in Aegypto, ubi lentis magna est *copia*. Moris est poetis epitheta rebus dare aut a loco, ubi nascuntur, aut ubi optimae sunt, aut ubi plurimae. Lentis autem ut uiticula quidam †. 'Lens' ut deus. *Pelusiacae.* Pelusium graece dictum a luto uel umore aquae, et hoc oppidum apud Alexandriam Nilo inrigatur, uel unum de septem ostiis Nili. *Aspernabere*, aspernaberis.

v. 229. *Cadens*, uerno tempore occidens. *Bootes*, caeleste sidus,

---

v. 221 orientes M | orientis l an scribendum 'in plaga orientis'? || matutinos] matutino l || faciant] facinnt l || in scriptione C || pliades l || celeno l || asterope l || Taygete M | taugere l || Athlantides B || non uidentur a nobis, absconduntur in Nouembri M || 222 Cnosia B || proxima corone B | proxima corona M || liber pater M || adriadnam B | Ariadnen M || Minois scripsi | ionis B | Iouis M || in caelo B || obtulit scripsi | abstulit B cf. Seru. | Post 'dedicauit' transposui 'Iunilius dicit' et lacunam signaui | dedicauit quam coronam uulcanus abstulit ad uxoris insigne et inter sidera collocauit iunilius et gaudencius dicit B et M cf. praef. p. 705 || 225 hathlantidum B || senecdoche B || 226 calami B ||
h
227 abundantem B || *Phaselum* — quod nos *siliquam* scripsi | *Siliquia* — quod nos *phaselum* B || 228 preciosae B || copia om. l, add. M || ephiteta B | epithea C || dare Suringar | dicere l || lentis autem ut uitisula (corr. uiticula; uincula C) quidam (quidem C) l. Num latet sub hoc corruptelarum aceruo: Lentis autem 'curam' ut (Georg. III 404): 'Nec tibi cura canum'? an 'lentis autem lenticula diminutiuum': cod. 165 'ubi habundant lenticulae' —? || *Pelusiacae.* Pelusium etc.] Pelusium — inrigatur pelusiacę uel unum B | unde inrigatur Pelusiaco M || hostiis B || aspernabiris B ||

cuius occasus tardus uidetur. Occidit enim cum quattuor, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, quare hic primam partem occasus eius, idest cum Tauro, intellegi oportet, ut uere legumina serenda dicantur, non aestate. *Iunilius* dicit.

v. 230. *Ad medias.* Omnia couplexus est tempora; uernum, quo legumen seritur, autumnum, quo frumenta, et multi uolunt hanc partem astrologiae librasse Vergilium. *Pruinas*, pruina 'ros' matutino tempore congelatus.

v. 231. *Idcirco*, idest, ut serues sidera. *Dimensum* ordinatum.

v. 232. *Per duodena*, propter annum diuisum in quattuor tempora, XII signa, XII menses. *Mundi sol.* An 'mundi astra', ut (Georg. I 335): 'Caeli menses et sidera serua'? *Astra*, menses.

v. 233. *Zonae*, translatiue; nam proprie 'zonae' in terra, sed pro paralleloes posuit, idest circulis.

v. 235. *Extremae*, Zonae, septentrionalis et australis. *Iunilius* dicit.

v. 237. *Duae*, solstitialis et brumalis. *Iunilius* dicit.

v. 238. *Via secta*, zodiacus circulus, quem nos 'signiferum' dicimus. *Iunilius* dicit.

v. 239. *Ordo*, circulus.

v. 240. *Mundus*, pro caelo; nam 'mundi' nomine IIII elementa continentur, ignis, aer, aqua, terra. Iam definitio est nostri climatis, idest habitationis, quae a Septentrione incipiens in australi desinit plaga. *Aratus* et *Iunilius* dicit. 'Ad Scythiam' dicit, cuius montes sunt Rhipaei.

v. 242. *Hic*, in hac parte, in Septentrione. *Vertex*, Septentrio. *Nobis semper sublimis*, haec pars mundi semper a nobis uidetur. *Illum*, idest mundum.

v. 243. *Sub pedibus Styx*, idest axem 'notion' idest australem, qui numquam a nobis uidetur, sicut boreus. *Styx*, quasi de inferis.

v. 245. *Circum perque duas.* Circum enim et per utramque labitur, maiorem cauda tangens aluoque conplectens minorem, 'in morem flumi-

v. 229 tardus uidetur scripsi | tarde uidetur B | nisi manis 'tardatur' || Occidit scripsi | decidit B || gĕminis B || serenda dicantur scripsi | seri indicentur B, cf. ad v. 210 || 230 librasse Seruius | liberasse (libe in ras. B) l | astrologice librasse M || uergilium l || ros scripsi | eos B || 231 ut serues scripsi | ut serue l | ut serue sidera per duodena etc. M || 232 an mundi astra et caeli menses et sidera serua astra menses M || 233 pro paralelo es posuit B | pro paralelis posuit C | pro parallelis eas posuit M || 237 Duce B || brumalis scripsi | australis B || 240 definitio M | deficio l || in anstrali definit plaga C | in australĕ definit plaga B || iuniliu B | Aratus] v. 21 sq. Iunilii scholium uerbis 'pro caelo — terra' conprehenditur, cf. praef. p. 707 || riphei B || 242 *Hic* .in hac parte in Septentrione. *Vertex* Septentrio scripsi | Hic uertex septentrio in hac parte in septentrione l || Quae inde secuntur in codd. uerba: '*Arctos.* Astrologi nullam picturam designant', ad v. 245 pertinent || 243 Seb pedibus C || stix l || axem otion l | notion M || que numquam nobis l || Post 'boreus' uerba 'a nobis semper uidetur' excidisse suspicatur M ||

nis'. *Arctos*. Astrologi nullam picturam designant. *Duas arctos*, *arctos Oceani metuentes*. Hae duae pelices Iunonis fuisse dicuntur, quas postquam Iuppiter in sidera pertulit, Iuno rogauit Tethyn, suam nutricem uxoremque Oceani, ne umquam pateretur occidere; inde nunc 'metuentes' dicit. *Gaudentius* dicit.

v. 247. *Illic ut perhibent* et reliqua. Hic uariae philosophorum opiniones. Alii dicunt a nobis abscedentem solem ire ad antipodas; alii negant et uolunt illic tenebras esse perpetuas. *Intempesta*, non apta uel profunda; medium noctis tempus ideo 'intempestum', quia nulli rei tempestiuum est, idest aptum aut maturum.

v. 248. *Et obtenta*. Iuxta Epicurum dubitat de ea causa, quae nobis ortum, illis occasum . . . *Obtenta*, longa.

v. 249. *Aurora*, sol.

v. 252. *Hinc*, ex ratione astrologiae. Et iam conclusio. Nam hoc dicit: non sine causa intuemur siderum ortus et occasus, hinc uniuersa noscuntur. *Gaudentius* dicit.

v. 254. *Infidum*, periculosum. *Impellere*, nauigare. *Marmor*, aequor mare.

v. 256. *Tempestiuam*, oportunam. *Euertere*, incidi. *Tempestiuam siluis euertere pinum*, idest quo tempore incidi debeat.

v. 257. *Signorum*, siderum.

v. 258. *Parem*, uerno aestiuo autumno hiberno. *Diuersis*. Quid tam diuersum est, quam aestas et hiemps?

v. 259. *Continet*, prohibet.

v. 260. *Multa forent* et reliqua. Ordo est: multa maturare datur, quae forent in serenitate celeriter properanda. Nam male quidam 'forent' esse praesentis temporis uolunt, ut sit sensus: multa sunt properanda, quae maturare datur.

v. 261. *Maturare*, idest celeriter facere. Hoc uerbum duas habet significationes. Dicitur enim 'maturare' tarde, hoc est sensim aliquid facere, et dicitur pro 'uelociter'. Hic ergo duo sensus possunt accipi, ut de uelocitate ait (Aen. I 137): 'Maturate fugam.' *Iunilius* dicit. *Procudit*, cudendo dentem exteuuat.

---

v. 245 pellices M || pertulit scripsi | reptulit B | rettulit M || tethin BM || gaudencius B || Scholia a versu 242 male distinxit Suringar p. 315. 316 || 247 philosophorum C | phylosorum B || 248 epicorum B || Post 'occasum' nonnulla interciderunt. || Nomina equorum solis: Erythreus (ericthous) Aethon (actheo) Lampon (lampas) et Philogeus (filogeus); cum his circuit totum mundum, ut fabulae ferunt C || 252 et iam scripsi | etiam l || ratione (ex supra) B || noscuntur Seruius | nascuntur l || 254 periculorum, corr. -osum B || v. 255 *Armatas* aeratas M | Sed nil nisi 'aeratas' in B, signo apposito, cui idem signum super *armatas*, quod est in textu, positum respondet, manu eadem scriptum. Est uarians scriptura || 256 oportunam l || incipi M || 258 diuersum quam, om. est M || 259 *Continet*, prohibet uel refrenat ab opere C | 260 esse praesentis temporis nolunt scripsi, cf. sq. et Seru. | esse pro semper nolunt l | esse pro [futuro tempore] semper nolunt M || 261 semsim B || duos sensus B || ait maturare fugam M | maturate B || cudendo dentem extenuat scripsi | cudendo di-

v. 262. *Lintres* duas significationes habet; siue naues significat, siue 'uasa coneaua' in quibus premuntur uuae. *Iunilius* dicit.

v. 263. *Aut*, deest facit. *Pecori signum*, characteres quibus pecora signantur. *Aut numeros inpressit aceruis.* 'Tesseras', quibus frumentorum numerus signatur.

v. 264. *Exacuunt alii uallos*, ut: 'Acuto robore uallos' in secundo libro (Georg. II 25).

v. 265. *Amerina*, urbs Italiae in Vestinis est, circa quam uimina multa nascuntur, quibus uites ligantur. *Iunilius* dicit.

v. 266. *Facilis*, flexibilis. *Fiscina*, in qua caseum premitur. *Rubea.* Rubi oppidum in Apulia hoc genere uiminis habundans. *Iunilius* dicit.

v. 267. *Nunc terrete* et reliqua. Quibusdam uidetur hic hysteroproteron esse, sed non est, quoniam Vestae sacrificium XV Kalend. Mai. celebratur, quo tempore necdum maturae segetes inueniuntur, et prius torrentur, idest siccantur, deinde moluntur. *Torrete*, praeparate panem; *frangite*, molite.

v. 269. *Fas* ad deos. *Iura* ad homines. *Riuos deducere*, siccare; nam inrigare 'inducere' dicitur.

v. 270. *Religio*, diuina humanaque, nam ad religionem pertinent, fas ad homines, iura ad deos, quia fas diuinum, ius humanum. *Iunilius* dicit.

v. 271. *Insidias auibus moliri*, non de aueupationibus loquitur, sed iubet a satis aues prohiberi, ut (v. 119): 'Nihil inprobus anser.' *Vepres*, masculini generis.

v. 272. *Balantum*, syncope pro 'balantium'. *Mersare*, mundare, mergere. *Fluuio salubri.* Nam dicit in tertio libro (Georg. III v. 441), scabie temptari nisi lauuntur.

---

citur exterrat l (exterrat, err in ras. B) | aut *cudendo extenuat* aut *Procudit*] a cudendo dicitur idest extenuat Suringar | tundendo dicitur extenuat M ||

v. 263 caracteres B | caracteres C || thesseras B || 264 *Vallos*, idest palos idest motosi C || 265 ulbs, corr. urbs B || in Vestinis] cf. Wagner de Phil. II p. 19. 20 || 267 isteroproteron B || XV ☨ Maī. B || inueniutur B || deinde moluntur scripsi | indie moliuntur B | inde moliuntur M || frangite C | frangilite B || 269 *Fas* ad deos. *Iura* ad homines scripsi | Fas ad homines iura ad deos l || 270 Relligio M. Hoc scholium misere corruptum, unde in Voss. non nisi uerba '*Religio* diuina humanaque' remanserunt, sic fortasse restituas: *Religio*, diuina humanaque; *utraque* enim ad religionem pertinent, fas ad deos iura ad homines, quia fas diuinum ius humanum; — ut illud *religio* Iunilio generalis quam uocant notio nisa esse dicatur. Maluit Wagner de Phil. II 20 hoc scholium in duas partes dirimere sic: *Fas et iura.* Diuina humanaque; nam ad deos pertinet fas, ad homines iura. *Fas et iura.* Quia fas diuinum ius humanum. | Seruius: idest diuina humanaque iura permittunt; nam ad religionem fas, iura pertinent ad homines || quia scripsi | qua l || 271 aues om. M || 272 siucope l || mundare mergere] Quamquam *mundare* rei conuenit, tamen ob notionum concinnitatem maluerim: 'in undas mergere' || tercio B || lauuntur] labuntur B | lauentur M ||

v. 273. *Tardi*, onusti. *Aselli*, asini. *Agitator*, uerberator, ab agendo dictus.

v. 274. *Vilibus*, habundantibus. *Lapidem*, molam manualem.

v. 275. *Incusum*, incude conpositam molam significat. *Iunilius* dicit. *Aut atrae massam picis urbe reportat*, quia pix in agris nascitur et in urbe tractata in agrum a plerisque reportatur. *Incusum*, reparatum, refectum, perforatum. *Gaudentius* dicit.

v. 276. *Ipsa dies*. De omnibus diebus expressit *Hesiodus*, quam rem iste praelibat. *Ipsa dies et reliqua*. Ordo est: Ipsa luna alios dies alio ordine dedit felices, sed alios aliis rebus aptos. *Iunilius* dicit.

v. 277. *Felicis operum*, ad sumenda opera. *Pallidus*, quia pallidos facit. *Quintam*. Dicitur hic numerus Mineruae esse consecratus, quam sterilem esse constat, unde sterilia omnia quinta luna esse nata dicuntur. *Gaudentius* dicit. *Orcus*, infernus; quidam cum aspiratione 'Horcus' legunt.

v. 278. *Eumenides*, steriles, uel propria dearum *nomina*. *Eumenides*. *Κατ' εὐφημισμόν* Eumenides uocantur. *Satae*, filiae. *Nefando*, sacrilego.

v. 279. *Coeumque Iapetum*, pro gigantibus. *Saeuum*. 'Saeuus' multa significat, sed hic 'crudelis', aliquando 'fortem', ut ibi (Aen. I 99): 'Saeuus ubi (Acacidae telo) iacet Hector', aliquando 'potentem', ut (Aen. I 4): 'Saeuae memorem Iunonis ob iram.' *Iunilius* dicit. *Typhoea*, a loco † gigas.

v. 280. *Et coniuratos fratres*. Aloidas dicit Oton et Ephialten gigantes.

---

v. 274 Vilibus — manualem om. M || molam Voss. | molem C | mole B || 275 Incussum 1 || incude conpositam scripsi | inconpositam 1 || molem M || incompositum Voss., unde: 'incompositum: molam significat' Suringar || reportant C || in urbe tractata scripsi | in urbe retracta (in urbere tracta C) 1 | in urbe retractata M || incussum B || Gaudentius, om. dicit M || 276 De omnibus diebus scripsi | omnibus diebus 1 || hesidus 1, cf. Opp. 765 sq. || praelibat M | proliba 1 || 277 Felicis, corr. -es B | Felices C || quia Voss. | qua 1 || constat M | constant B || sterilio B || Horcus scripsi | orcum B | om. M, cf. Suringar hist. crit. II p. 18 not. Hesiod. Opp. 805: *Ὅρκον γεινόμενον*. Probum sic statuisse Seruius auctor est. Dicit enim: Cornutus uetat adspirationem *addendam*, non *inserendam*. At *orchus* legisse Probum statuebant Lersch ephem. antiq. 1840 p. 111; (A. Riese de comm. Valeri Probi p. 7 not. 2); H. Keil gramm. latt. uol. IIII praef. XXV; quibus Ribbeck recte aduersatus est proll. p. 139. Probi catholica p. 10, 22. 14, 33. 22, 27 38, 29 K. nil huc pertinent; neque schol. ad G. III 223 quamquam illo respicit Ribbeck p. 128 || 278 nomina add. M || Eumenides, deae irarum quae crinem uipereum habuisse (abnisse) dicuntur C || cateuphemismone menides uocatur 1 || sacrilega B || 279 *Coeumque Iapetum*, pro gigantibus scripsi | Coeum poeta iapetum pro gigantis (gignantis C) 1 | *Coeum* poeta [et] Iapetum pro gigantes M | Coeum poetam iapetus gigas Voss., unde *Coeum Iapetumque*, Iapetus et Coeus gigas coniecit Peerlkamp apud Suringarum || fortem ut ibi: 'Saeuus ubi' etc. scripsi | fortem ubi seuus iacet ector 1 || Typhea B || a loco † gigas]. An: *alius gigas*? quod Peerlkampum quoque coniecisse laetor. Possis fortasse suspicari: *Typhoea*, gigas ut alibi (Aen. I 665): 'Tela Typhoia' || 280 alloidas dicit oton et iaphialem B ||

v. 281. *Conati*, pro difficultate. *Pelio Ossam*, montes Thessaliae.

v. 282. *Ossae*, monti. *Inuoluere*, ut magnitudinem exprimeret, dixit, ut (Georg. III 378): 'Totasque aduoluere focis ulmos.' *Olympum*, mons.

v. 283. *Pater*, Iuppiter.

v. 284. *Septima post decimam felix.* Felix quidem est septima, sed felicior decima. *Gaudentius* dicit. *Septima post decimam*, idest XVII, aut VII sola, aut post decimam sequens septima, ut (Aen. I 330; conf. Ecl. V 65): 'Sis felix.'

v. 285. *Licia*, pluraliter, ut in Bucolicis (VIII 74): 'Licia circum.'

v. 286. *Fugae*, nauigationi. *Furtis*, bellis. *Iunilius* dicit.

v. 287. *Multa adeo* et reliqua. Diligens diuisio temporum; primo enim quattuor partes anni exsequutus est, deinde dies lunares, modo horas, in quas et dies noxque diuiditur. *Iunilius* dicit. *Adeo*, ualde. *Nocte*, nomen est. *Horatius* enim iunxit praepositionem, ut (Epist. I 2, 32): 'De nocte latrones.' 'Noctu' autem aduerbium est ut *Salustius*: 'Diu noctuque laborare.'

v. 288. *Eous*, oriens. *Eous*, stella Veneris; alii Iunonis, alii Cephali et Aurorae filium tradunt, qui cum Venere de pulchritudine contendit, sed magis Veneris stella est.

v. 291. *Quidam* pro aliquis; 'quidam' enim persona est certa.

v. 292. *Inspicat*, acuit findit incidit, ad species aristarum.

v. 293. *Solata*. Bene 'solata', ut in Bucolicis (IX 64): 'Cantantes licet usque — minus uia laedet — eamus.' *Iunilius* dicit.

v. 294. *Arguto*, resonanti.

v. 295. *Aut dulcis.* Hic uersus longior est una syllaba, sed sine uitio. *Iunilius* dicit. *Vulcano*, igni. *Decoquit humorem*, idest uuam passam facit.

v. 296. *Trepidi*, exultantis, feruentis, bullientis.

v. 297. *Ceres.* Hic metonymice Ceres pro frumento ponitur. Hic tamen ingratiorem metonymiam reddit, quod subiungit 'succiditur'. *Iunilius* dicit.

v. 298. *Tostas*, exustas.

v. 299. *Nudus ara*, iuxta *Hesiodum*, adeo sereno caelo, ut amictum

---

v. 281 *Conati*, ut ascenderent in caelum C || tessaliae B || 282 foces l || 284 septima est M || gaudencius B || ut: Sis felix scripsi | ut sit felix fugae nauigatione furtis bellis iunilius dicit B | sed uerba 'felix — iunilius dicit' ad v. 286 pertinere manifestum, unde illuc protrusi || ut sit felix fugae, nauigationi etc. M || 285 Lycia C bis || 287 oracins l || preposicionem B || nnctu B | nunctu C || 288 *Eous* oriens uel lucifer C || Cephali scripsi | caelei B || de pulcritudinē B | de om. M || 289 *Leues*, idest quia in die fragiles sunt C || 291 pro aliqus B | pro aliquos C || *Seros*, idest tardos quia longas uigilias facit C || 292 ad species aristarum] Etymologiae, quae hic agitur, gratia maluerim: 'ad speciem spicarum' cf. Phil.: 'findit in modum spicarum' || *Faces* idest molosi C cf. ad v. 264 || 293 ledit l || 295 sine uicio B || 297 ingratiorem metonymiam scripsi, sed cf. ad G. IV 117 | ingratiorem eam l || 298 exussas B ||

contemnere possis. *Hiemps*, frigus. *Sere*, imperatiuus modus. *Ignaua colono*, ignauos facit colonos.

v. 300. *Parto*, parato.

v. 301. *Mutua conuiuia*, ut *Lucretius* (II 75): 'Inter se mortales mutua uiuunt.'

v. 302. *Genialis hiemps*, eo quod in hieme homines ingenio suo utuntur. 'Geniales homines' ab antiquis appellati sunt, qui ad inuitandum et largius parandum cibum et quae consequuntur, promptiores essent. *Iunilius* dicit. *Genialis*, uoluptuosa conuiualis. *Curasque resoluit.* Nam X. Kalend. Februarias frugum lustrum faciunt.

v. 303. *Pressae*, onustae. *Ceu pressae* et reliqua. Vt solet, sensum similitudine conclusit. *Iunilius* dicit.

v. 304. *Coronas*, funes.

v. 305. *Quernas*, ex quercu, ut 'colurnus'. *Stringere*, decutere. *Quernas*, mons Macedoniae † et diriuatiuum a quercu, tamen usu magis quam ratione, ut colurnum a corylo.

v. 306. *Cruentaque myrta*, idest de sanguine Adonis, uel quod sucum cruori similem habeant, uel quod belli tempore *inde* hastilia fiunt.

v. 307. *Pedicas*, laqueos quibus pedes inlaqueantur.

v. 308. *Auritos*, aures grandes habentes. *Sequi*, ab equis. *Figere*, uenari.

v. 309. *Balearis.* Baleares insulae Hispani maris, uicinae inter se, ubi primum dicitur fundae militaris usus inuentus. *Verbera fundae*, funes fundae.

v. 310. *Cum nix.* Κακέμφατον. *Nix alta*, niue onusta *terra.*

v. 311. *Quid tempestates autumni.* Verno et autumnali *tempore* tempestates fiunt, quia nec plena aestas nec hiemps; inde in hoc confini tempestates efficiuntur. *Sidera*, frigora.

v. 313. *Vigilanda*, idest uigilanter et mature facienda. *Iunilius*

---

v. 299 contompnere C, cf. Hes. opp. 391 *γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάαν.* || frigus Voss. | frigidus l | *hiems*, frigitur M || quod ignauos Voss. || 300 *Parto* parato Voss. | Porta paratu B | Parto paratu M || 301 ut lucrecius mutua inter se mortalia uiuunt l | ut Lucretius mutua inter se mortalia ineunt M || 302 geniales etc.] Sunt Santrae uerba apud Nonium p. 117 M | Nonium uero haec ex eodem fonte hausisse unde Philargyrius desumpsit probat schol. Phil. ad G. II 344 conl. Non. p. 200, 2 M, cf. Ribbeck proll. p. 211 | qui Nonius | quod B || parendum B || promciores B || X K febr l || 303 conclusit Voss. | clusit l | clausit M || 305 ex quercu ut colurnus scripsi | ex quercu coloro l | ex quercu arbore coniecit Suringar || mons Macedoniae †] Haec uerba, quae suo loco mota esse Suringar quoque uidit, sine dubio ex v. 332 inrepserunt nonnullaque expulerunt || tamen usu magis quam ratione M | tamen usu quam racione B || colornum B || 306 succum M || cruori similitudinem C || inde hastilia] inde hostilia Leid. 135 | inde astilia Flor. Par. | in astilia l | in hastilia M || 309 inuentus esse M || Verbera — fundae om. M || 310 cacemfaton l || niue onusta l | terra addidi || 311 tempore add. M || plena M | plana l || hiemps C | hiemp B || frigora (i. e. uarians scriptura) scripsi cum Voss. | frigorē B | frigore M ||

dicit. *Ruit*, praecipitatur uel intermisit †. *Imbriferum uer*. Vtrum perpetuum ueris est epitheton, an, si forte imbriferum fuerit?

v. 314. *Spicea*. De maturis frugibus abusiue dicimus; nam proprie 'spicus' est, cum *per culmi* folliculum, idest extremum tumorem aristae *adhuc tenues in modum spiculi eminent*. *Gaudentius* dicit. *Inhorruit*, deusata est.

v. 315. *Lactentia*, adhuc tenuia et lactis plena. *Varro* in libro diuinarum dicit, deum esse 'lactantem', qui se infundit segetibus et eas facit lactescere. *Stipula*. Stipulam pro culmo posuit, scilicet uersu tertio (317) 'culmum' dicturus. *Lactentia*. 'Lactans' qui lacte praebet, 'lactens' cui praebetur. *Turgent*, implentur.

v. 317. *Stringeret*, destringeret meteret, ut (Ecl. IX 60): 'Vbi densas agricolae stringunt frondes.'

v. 318. *Omnia*, pro omnium.

v. 320. *Sublimem*, pro sublime. *Turbine nigro*, tempestate noxia.

v. 321. *Ferret*, auferret agitaret. *Hiemps*. Hiemem pro tempestate posuit. *Culmum*, stipula. *Stipulas*, folia.

v. 322. *Aquarum*, pluuiarum.

v. 323. *Et foedam*, ut (Aen. IV 195): 'Passim dea foeda.'

v. 324. *Ex alto*, a Septentrione, ex aquilone quia altus et facit tempestates grauissimas, quia auster humilis. *Gaudentius* dicit. *Ruit arduus aether*, cum impetu uenti et tonitru uenit.

v. 326. *Diluit*, disicit dissoluit. *Et caua flumina crescunt*. Ad alueum retulit fluuiorum.

v. 327. *Fretis spirantibus*, reciproco spiritu.

v. 328. *Ipse pater*. Iuppiter. *Pater*, non addit 'quorum'. *Media nimborum*, ne temporis esse fulmina crederemus et non subitarum tempestatum. *In nocte*, pro tenebris uel tempestate posuit. *Corusca*, correpte, ut ultima.

v. 329. *Fulmina*. Vnum fulmen est quod colorat, aliud quod incendit, aliud quod transfigit, aliud quod adflat, ut (Aen. II 649): 'Ex quo me diuum pater atque hominum rex fulminis adflauit uentis.' *Molitur*, bene 'molitur', ut uideatur terrere. *Maxima*, tota.

---

v. 313 uel intermisit †]. Forsan: uel 'imbrem misit' || opiteton B || 314 spiceus B || cum folliculum idest extremum tumorem aristae. gaudentius dicit B | per, eminent add. M | Malui omnia quae insuper apud Seruium leguntur supplere. De Gaudentio Seruii auctore cf. praef. p. 699 sq. || inorruit B || 315 Lactentia B | Lactantia C || tenua l || in libro] An III libro? | in libris diuinarum Seruius || 316 qui lac praebet M | qui lacte prerupet B | prerupet Voss. || 317 distringeret meteret B | destringeret et meteret M || 319 *Grauidam*, idest plenam granis C || 321 anferret agitaret Voss. | anferet agitet l || 322 pluiarum B || 323 ut: 'Passim dea foeda' scripsi | Et foedam passim de ea foeda l || 324 soptentrione C | soptemtrione B || quia altus scripsi | qui altus BM | quia latus C || grauissimus C || tonitrui B || 326 disicit scripsi | diligit l || 327 spiritui l || 328 iuppiter C | iupiter B || addidit M || Iupiter, nam addit corusca Voss. || 329 aliud quod adflat ut: 'Ex que — adflauit uentis' scripsi | aliud ex quo medium pater atque hominum rerum adflauerat l | aliud

v. 330. *Terra tremit*, quatitur mouetur. *Fugere ferae*, passim disperguntur.

v. 331. *Per gentes humilis*, quia humiles facit. *Humilis pauor*, quod humiles facit.

v. 332. *Athon.* Potest adfectus ordo uideri, crescente numero syllabarum per aucta montium nomina, quod genus et aput *Homerum* industrie factum inuenitur, cum idem uersus ab I syllaba incipiens usque ad V decurrit. *Iunilius* dicit. *Aut Athon aut Rhodopen*, montes Thraciae duo. *Ceraunia*, mons Epiri iuxta Amantiam.

v. 333. *Deicit*, ferit percutit. *Ingeminant austri*, post enim fulmina uentus et pluuia in montibus fiunt.

v. 334. *Plangunt*, percutiuntur, resonant.

v. 335. *Caeli menses.* XII signa, quibus menses agnoscuntur. *Sidera*, planetas. *Caeli menses*, quasi caeli motus et cursus. *Iunilius* dicit. *Serua*, custodi, tene, intellege.

v. 336. *Frigida*, nociua et contraria. *Frigida.* Satis cognitum est, Saturni stellam frigidam esse et ideo aput Iudaeos Saturni die frigidos cibos esse. *Frigida.* 'Frigidam' dicunt, quod sit glacialis, pestilis, grandinosa, atrox, permutabilis.

v. 337. *Quos ignis.* Stella Mercurii. *Quos ignis* et reliqua. Pars Mercurii, pars Apollinis. *Cyllenius*, Mercurius, quia in Cylleuio monte Arcadiae natus esse Mercurius dicitur. *Gaudentius* dicit.

v. 338. *Venerare*, mero et ture sacrificare. *Annua*, anniuersaria. *Magnae*, bene, ut incutiat religionem agricolis.

v. 339. *Refer*, redde. *Operatus*, dans operam conuiuiis, cum cuncta opera compleueris [sed ipsius anni].

v. 340. *Sub casu*, de cursu uel fine. *Sub casu*, 'casu' pro 'occasu' intellegendum, ut (Aen. IV 81): 'Suadentque cadentia sidera somnos', pro 'occidentia'.

---

medium ex quo pater adflauerat Voss. | aliud [quod adflat] 'ex quo me diuum pater atque hominum rex adflauerat' M ||

v. 331 *Per gentes humilis*, quia humiles facit scripsi | Per gentis humiles facit C | Per gentes humiles humiles facit B || quod humilis B || 332 per aucta montinm Voss. | per aucto montium (moncium B) l || aput l || Homerum] Contrarium notatur schol. *M* 208 | industriae C | industrię B || idēm B || incipiens nsque codd. Laur. Paris. | incipit usqne l | incipit [et] usque M || rodopen B || trachiae B || Cercunia mons opyri B || Amantiam scripsi | iuxta amaticam B | iuxta Amaticam M | iuxta Adriaticum Voss. || 333 ferit percutit resonat l | 'Resonat' ad v. 334, quo pertinet, transposui || Deiecit C || fulmina uentns M | fuluentus B | Prius enim fulmen uentus Voss., unde possis conicere: Prius enim fulmen, tum uentus etc. || 334 resonant scripsi | resonat l, cf. ad v. 333 || 335 planaetes B | planetes C || innilius, corr. iuñ B || 336 aput C | ap̄ B || indeos l || Frida B || atox B || permutabilis Paris. | permotabilis BM || 337 *Quos ignis.* Stella Mercurii scripsi | Quostellā mercurii l, unde *Quo stella*, Mercurii M || pars Apollinis] Scilicet: 'stellam intellegi uolunt' || in Cylleno M || 338 thure M || ut incutiat scripsi | ut incitat B | ut mutat M || relegionem B || 339 reddes l || [sed ipsius anni] uncis circumscripsi quippe ex scholio v. 341 perperam huc aduecta || 340 *Sub casu*, casu pro occasu intellegendum scripsi | Subcasu pro occasu legendum B | *Sub casu*, pro occasu, om. legendum M ||

v. 341. *Mollissima uina*, dulcia, iucunda, asperitate carentia et uetustate, sed ipsius anni. *Iunilius* dicit.

v. 342. *Densae*, subcrescentibus frondibus densantur umbrae.

v. 343. *Tibi*, tibi in honorem, in tuam gratiam.

v. 344. *Dilue*, offer, dissolue. *Baccho*, uino.

v. 345. *Ter*, ut (Ecl. VIII 75): 'Numero deus inpare gaudet.' *Felix*, fecunda. *Eat*, bene, quasi sua sponte inmolaretur. *Iunilius* dicit.

v. 346. *Chorus.* Chorus est proprie coacuorum cantus, ut alibi (Aen. VIII 287): 'Chorus ille senum'. Hic multitudo.

v. 347. *Nec ante.* Ordo est: ante quam det.

v. 349. *Cereri*, habens in memoria uictum priorem, quando homines glandibus uescebantur. *Redimitus*, coronatus.

v. 350. *Motus*, saltationem aptam religioni, nec ex ulla arte uenientem. *Gaudentius* dicit. *Incompositos*, syllepsis, quia 'incomposita' etiam ipsa carmina intelleguntur. *Carmina*, hymnos.

v. 351. *Discere.* Haeret (v. 335): 'Caeli menses et sidera serua.'

v. 352. *Aestus*, pro serenitatibus posuit.

v. 353. *Menstrua*, unde et *Μήνη* dicitur.

v. 354. *Caderent*, flare desinerent.

v. 355. *Propius stabulis*, non longe a stabulis.

v. 356. *Surgentibus*, flare incipientibus.

v. 357. *Aridus*, quia sicca et arida ligna quaeque facile franguntur, 'aridum' pro 'sonanti' dicitur.

v. 359. *Misceri*, pro turbari.

v. 360. *Male temperat*, pro non temperat, uel non abstinet, non sibi parcit, idest unda furiosa.

v. 361. *Celeres*, celeriter. *Reuolant*, festinant.

v. 362. *Marinae*, ad discretionem fluuialium.

v. 363. *Fulicae*, quas uulgo 'fulliculos' dicunt.

v. 364. *Ardea*, quasi 'ardua'; auis, quam uulgo 'sarapam' uocant, dicta ab eo, quod cum uocem emittit, oculi eius ardescunt; *ut* alii putant, dicta, quod ardua crura habeat, idest alta, uel quod ardue idest alte uolat.

---

v. 341 et uetustate]. Seruianum *et defecata* sub hoc latere suspicatur Suringar || 342 densatur C || Densae — umbrao, bis, sed prius eras. B || 343 gratiam C | graciam B || 344 diluae C || dissolue scripsi | desolue l || offer]. *Aufer* coniecit Suringar respiciens Tibull. III 6, 3, non satis cauto || Bacho B || 345 *Ter* ut: 'Numero deus inpare gaudet' scripsi | Ter deus numero inpara gaudet l et nisi quod 'impari' correxit, M || *Felix* fecunda, quasi etc. '*eat*, bone' om. M || 346 coeuorum B || 349 in memoriam l || quando scripsi | qm̃ l | quum M || 350 saltationem M | salutationem (salutacionem B) l || rolegioni B || gaudencius B || syllepsis] sinlipsis B | synlipsis M || 351 Discere (sic) B || 353 menc B || *Ipse* idest Iuppiter C || 355 *Propius stabulis* est longe a stabulis M || 357 ligua quaeque B | ligna quoque C | quaeque ligna M || dicitur l | ponitur M || 359 Misceri perturbari Voss. || 360 abstenet, corr. abstinet B || parcet C || 361 Caeleres B || Reuolant festinant, bis, sed prius eras. B || || 362 discrecionem B || 364 uulgano sarapam l || uulgo sarpam Voss. Burm. G | uulgo nosarapam M || *ut* alii putant dicta scripsi | alii putant dicta l | alii putant dictam M ||

v. 365. *Inpendente*, inminente.

v. 366. *Praecipites*, utrum pro celeritate, an potius, quia sic a nobis uidentur?

v. 367. *Flammarum* et reliqua. Stellarum purgamenta cadentia uentum denuntiant. Fit enim hoc ex habundantia fluctuosa, quae dicitur densitas aeris, unde uenti ueniunt.

v. 369. *Conludere*, conmoueri, ut (Aen. VIII 632): 'Ludere pendentes.' *Plumas*, quascumque plumas, nisi forte 'pappos' significat, idest cardui florem plumeum. *Aratus* ait.

v. 371. *Tonat*, ubi pluit.

v. 373. *Legit*, colligit. *Inprudentibus*, pro nescientibus posuit, idest numquam nescientibus offuit tot iis praecedentibus signis, uel uerius ualde prudentibus.

v. 374. *Illum surgentem*, imbrem. *Vallibus imis.* Grues ualles petunt.

v. 375. *Aeriae. Lucretius* ait (I 12): 'Aeriae primum uolucres', quod alte uolent. *Fugere*, propter hiemis signum.

v. 376. *Patulis.* 'Patulis' apertis. *Captauit*, suscepit.

v. 377. *Arguta*, stridula personans. *Lacus circumuolitauit hirundo.* Aestatis signum.

v. 378. *Veterem*, solitam. *Et ueterem in limo ranae* et reliqua. *Modestus* ait, Lycios pastores qui Latonae sitienti aquam denegassent, in ranas conuersos, et *Ouidius* (Met. VI 340 seq.) ait, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad fontem peruenisse et reliqua. Alii dicunt ranas per habundantiam aquae extra paludes pelli et serpentibus cibo esse aut alioquin interire. *Gaudentius* dicit. Ranas namque dicunt ad tempestatis aduentum querellam excipere. 'Querella' uox est multa, ut (Aen. VIII 215): 'Omne querellis inpleri nemus'. *Iunilius* dicit.

v. 379. *Extulit oua.* Vbi frigidus est aer, terra spissescit, et si qua habet caloris semina, intrinsecus cogit, ex quo accidit, ut hieme aqua puteana calidior sit. Ergo inminente pluuia frigidiore aere humus interior

---

v. 366 pocius B || 367 denuutiat C || 369 Concludere C || coumoueri scripsi | coumouere l | moueri Voss. || papos B cod. 165: 'aut reuera plumas aut flores carduorum accipe qui pappi uocantur siue pappuli' || Aratus ait] cf. Arat. 921: ἤδη καὶ πάπποι, λευκῆς γήρειον ἀκάνθης Σῆμ' ἐγένοντ' ἀνέμου. || 371 ubi scripsi | ubiqne B || 373 uunquam nescicutibus; *offuit* totis etc. interp. M || tot iis scripsi | totus, corr. totis B | toutis C || 374 imbrem scripsi | aerem B || 375 lucrecius B || aeriae C | ęrię B | Lucretius ait aeriae primum uolucres quod altc uolent M || 376 suscipit B || 377 persouans sonora C || hyrundo B || 378 Modestus] cf. Ribbeck proll. p. 121 || et reliqua om. M || licios l || latouae (latone C) sicienti l || ad fontem uenisse M || peruenisse et rcliqua] Haec librarii uel epitomatoris arbitrio decurtata plenius enarrantur in Voss. cf. praef. p. 696 || habundantiamquc B | aquae M || cibo scripsi | cibos B || querellam, querellis B || Qucrela est uox M || multa scripsi | muta B Voss. | mutua G Burm. || *Gaudentius dicit* post *peruenisse et reliqua* collocandum, cf. praef. p. 707. Cetera Iunilii suut. || 379 ut hieue l || qua puteana C || frigidiore aere scripsi | frigidiora aere l | fri-

uaporatur, qua propter mirum non est, si formicae, quae sub terra uiuunt, ex repentino calore pluuiam praesentientes oua proferant. *Extulit*, susum tulit.

v. 380. *Et bibit*, uulgare prouerbium est. *Iunilius* dicit. *Ingens*, idest duplex.

v. 381. *Arcus*. Iris enim ex Oceano bibit, idest pluuias repetit. *Agmine magno*. Translatiue *uocem* militarem de coruorum multitudine dixit.

v. 383. *Asia*, palus. *Circum*, aduerbium. *Asia prata* uocantur circa Caystrum fluuium, qui est in Lydia. *Iunilius* dicit.

v. 384. Ordo est: Circum Asia prata dulcibus in stagnis Caystri rimantur. Iucunda translatione usus est; proprie 'rimari' sues dicuntur. *Iunilius* dicit. *Rimantur*, quaerunt, uel altius pascuntur, ut alibi (Aen. VI 599): 'Rimaturque epulis'. *Caystri*, deest uideas. *Caystri*, fluuii.

v. 385. *Certatim largos umeris infundere rores*, deest uideas.

v. 386. *Nunc caput* et reliqua. Sicut homines laetitiam suam uerbis ostendunt, ita aues corporis gesticulatione exprimunt.

v. 387. *Incassum*. Frustra enim humor pennarum densa leuitate suspenditur, ut minime corpus pertinguat. *Videas*, hic praesagientis est, non imperantis. *Gestire*, uelle.

v. 388. *Tum cornix* et reliqua. Notandum cornicem solam praedicere pluuiam, coruos uero plures. *Vocat*, denuntiat. *Plena*, rauca, contra eius naturam. *Improba*, ut (v. 119): 'Improbus anser.'

v. 389. *Et sola*. Tum enim dat signum, cum sola est. Posuit aues praedicere futura, quae in aere fiuut.

v. 390. *Ne nocturna quidem* et reliqua. Ne puellae *quidem* ignorauerunt pluuiam futuram, nocturna pensa recarpentes, cum uiderint scintillare oleum timore pluuiarum.

---

gidior aere M || interior scripsi | inferior l || formice sub terra uiuunt C | pluuiam M | pluuia B | pluui C || praesencientes l | qna pro fera^n^t C cod. 165: Vbi frigidus est aer, terram spissiorem facit et siqua habet caloris semina intrinsecus ex quo accidit ut hieme aqua ex puteis calidior sit. Ergo inminente pluuia frigi*diore aere* humus inferior — pluuiam praesentientes oua proferant' || sursum M

v. 380 prouerbium est. *Iunilius* dicit. *Ingens* i. e. duplex scripsi | prouerbium tullit etc. Voss. | prouerbium estulit iugens idest duplex B | prouerbium est. *Bibit ingens*, i. e. duplex M || 381 Translatiue uocem militarem scripsi | translatiuae militalem B | translatiuo multitudinem M || 383 aduerbium M | adumbium l || 384 dulcia l || rimanturque B || 385 humeris M || deest uideas] Quae deinceps secuntur: 'hic presagantis est non inperantis' ad v. 387 reieci || 386 Nunc caput C | Nuucapud B || leticiam B || 387 pertinguat B | pertingunt M || *Videas* lemma suppleni, cf. supra ad v. 384 || praesagientis Voss. | presagantis B || iuperantis B || 388 coruos] coruus l || uere C || coruus uero plures uocat denuntiat M || denunciat B | denuutiat C | adnuntiat Voss. || rauca, contra eius scripsi || rauca eius B || 389 praedicere scripsi | praediscere B || fiunt scripsi | uiuunt B || 390 No nocturna B | Nec nocturna C || *quidem* post 'puellae' addidi | Nec puellae Voss. ||

v. 391. *Testa.* 'Lucernam' pro uilitate noluit nominare, nec 'lychnum', ut (Aen. I 726): 'Dependent lychni.'

v. 392. *Fungos*, globos. *Plinius* dicit (H. N. XVIII 84): Cum frigus aeris esse coeperit, (fauilla quae cum fumo solet egredi) prohibita aeris crassitudine in lucerna residet et quasdam uelut fungorum imitatur imagines.

v. 393. *Nec minus ex imbri soles.* Signum serenitatis. *Serena.* 'Serenum' a serando idest aperiendo dicitur, idest reserando.

v. 394. *Prospicere.* Quia sic cognoscitur caelo tempestuoso serenitas futura, ut ex sereno tempestas.

v. 395. *Obtunsa.* Perseuerauit in translatione; nam cum dixisset 'aciem', 'non obtunsam' addidit. *Iunilius* dicit.

v. 396. *Fratris*, Solis. Ergo non absurde hic uidetur duo tempora dixisse, nocturnum et diurnum. *Iunilius* dicit. *Obnoxia*, quia ab illo accipit lumen, uel pro eo, quod noceat, idest eclipsin dicit. *Iunilius* dicit.

v. 397. *Tenuia*, nebulae dicuntur, quae inminente tempestate ob nimiam leuitatem uento in aere iactantur, uel aranearum texturas dicit, quae inminente tempestate per aera rumpantur. *Iunilius* dicit.

v. 398. *Pennas in litore pandunt.* Signum tempestatis.

v. 399. *Alcyones*, aues marinae. *Alcyones.* Ceyx, Luciferi filius, habuit uxorem Alcyonen, a qua cum prohibitus esset ire ad consulendum Apollinem de statu regni sui, naufragio periit; cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset, illa praecipitauit se in pelagus, quos Thetis ambos in aues conuertit marinas, quae Alcyones uocantur. Aliter: Alcyon cum sororis suae incestum ulturus eam gladio perimere uellet, tunc Thetis miserata eos aues marinas fecit. Alcyones omnibus Nymphis dilectae sunt. Nam nouem diebus, quibus fetus in mari faciunt, nulla aura nullusque uentus consurgit, uel septem, ut alius ait. Tertio die pullamina excluduntur, quarto fouentur, quinto plumis uestiuntur, sexto alis emouentur,

---

v. 391 noluit M, cf. Seru. | uoluit B || licinum B || ut dependentes lichini B || 392 *Fungos* globos luminis lucernae C || ceperit C || 'fauilla — egredi' ex Seruio suppleuit M || uelut C || 393 serenum a serando M | serenīda serando B || 394 Quia sic scripsi | quia sicut (sic̃ C) l || quasi ait Voss. || tempestuoso M | tempestiuo l || serenitas futura Voss. | serenitati futura l | serenitatem futuram M || ut ex scripsi | ita et l || 396 Fratris solis ergo B || eclypsin B || 397 Tenuiia B || iactanter l || aranearum C | arenearum B || dicitque B | dixitque C || imminente l || rumpantur B | raptantur Burm. G, haud incongrue || 398 Pinnas B | *Pennas*, in littore pandunt, om. 'signum tempestatis' M || 399 Altiones, fere semper l || *Alcyones.* Ceyx Luciferi filius scripsi | Altiones alconesci et (ex C) luciferi filius l | *Alcyones.* Alconesci et Luciferi filius M || alcionẽ C || esset ire ad C | esset ad B | esset [et iuisset] ad M | prohibitus isset ad Suringar || consulendum M | consulandum B | consolandum C || quo stetis l || in anes l || marinas quae scripsi | marinasque l | marinaeque M || cf. de toto hoc loco Lactantium ad Stat. Theb. IX 361 || cum sororis suae incestum ulturus scripsi | cum sororis suae incestatur B (an: incestum celaturus? Simile quid legitur apud Prob. p. 44, 22 K, ut meam corrupti loci restitutionem Muelleriana uerisimiliorem arbitrer) || et eam

septimo uolatui ostenduntur. Quod in *Glossematibus* inueni. *Solutos*, qui soluuntur, uel *soluto*, ore, idest nimium patenti.

v. 400. *Inmundi*, nimis sordidi, quia luto gaudent. *Iactare*, deferre, proicere. *Maniplos*. Quicquid manus includit, maniplus dicitur.

v. 401. *Ima petunt*, deprimuntur ad ualles.

v. 403. *Noctua*, auis lucis profuga. Si canat post solis occasum, pluuiam significat. *Probus* ait: *Si* in tectis uel in arboribus canat sero, serenitatem significat. Noctua postquam cum patre concubu*it*, facinus agnoscens abdid*it* se in siluis et lucem refugit, ubi deorum uoluntate in auem conuersa est, quae pro tanto fac*in*ore omnibus auibus est admirationi.

v. 404. *Nisus*. Hic aues. *Dat*, soluit. *Scylla*, auis. Nisus Megarensium et Sicyoniorum rex, a Minoe Cretensium rege propter Androgei filii sui obitum quem Athenienses et Megarenses dolo circumuentum occidissent, gra*u*iter obpugnabatur; sed Scylla, filia Nisi, amauit Minoem patris scilicet hostem et patri dormienti crinem fatalem purpureumque abscidit, ut Minoi, hostium regi, cuius amore flagrabat, daret, quo absciso pater periit. Atqui Scylla a Minoe non recepta, *qui* hoc genus uictoriae execratus eam in mare deiecit, in auem, quae 'ciris' dicitur, Latine uero 'tonsilla', conuersa est; item pater eius Nisus *in* Haliaeetum conuersus est, qui parricidii exsequens poenas Cirim hostili mente persequitur.

v. 408. *Insequitur*, ut in Bucolicis (VIII 47): 'Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem.' *Nisus*, auis.

v. 409. *Raptim*, uelociter.

v. 410. *Liquidas*, apertas puras. *Liquidas uoces*, puros cantus. In *h*oc uersu *i*psarum au*i*um sonum uocis exprimit.

v. 411. *Cubilibus altis*, in alto factis.

v. 412. *Praeter solitum*, plus quam soliti sunt.

v. 413. *Strepitant*, saepe strepunt. *Iuuat*, iucundum. *Actis*, discussis transactis a*b*actis.

v. 414. *Dulces nidos*. *Μετωνυμικῶς* 'dulces nidos' dixit eos, in quibus pulli sunt dulces.

B || cum sororem suam incestaret et eam M || uellet tunc scripsi | uellet et tunc B || qui fetus B || aura M | aurora B || in glosomatibus B cf. praef. p. 727 || Solutus C ||

v. 400 nimis M | niminis 1 || maniplos dicitur B || 403 profugassi C ||
nictimon
Probus ait] Cf. praef. p. 720 || Noctua C || omnibus auis C || 404 *Nisus*, hic aues 1 | auis M || *Dat*, soluit scripsi | Dat sonitu B | Dat sonitum C | Da sonitu M || scilla 1 || et Sicyoniorum scripsi | sicolorum B, cf. ad Ecl. VI 74 || atcnienses B || migarenses B || obpugnabatur B || ostem B || patri dormientem B || quo scripsi | quoque B || abscisso M || Atqui scripsi | itaque B | . . . M || *qui* post 'recepta' addidi || a Minoe rege M || deiecit, in auem scripsi | deiecit et in auem B || cyris B || tonsylla B || in Haliaeetum scripsi | in alietum B | in alitem M || cyrim B || perse . . . B || 413 *Strepitant* idest croccitant C || *Actis* descusis Voss., unde *decussis* coni. Suringar || 414 metanimicos 1 || dicit eos M ||

v. 415. *Haud equidem credo.* Proponit sibi quaestionem acerrimam. Nam quaerit cur homines, quos constat esse prudentiores animalibus, per se non sentiant qualitatem aeris futuri. *Haud equidem credo.* Quare, cum hoc in sexto dixerit (Aen. VI v. 728): 'Inde hominum pecudumque genus uitaeque uolantum' — ? Anchises enim apud inferos loquitur, hic uero uiuus poeta hoc dicit.

v. 416. *Ingenium*, ingenium concessum. *Prudentia maior*, idest nobis; nam si hoc esset, et lucerna testae sapientior hominibus uideretur, quia et ipsa habet significationem suam.

v. 417. *Iuppiter*, imber.

v. 420. *Species animorum*, animorum formae. *Motus*, sic enim aer est mobilis, quemadmodum animus hominis.

v. 422. *Concentus*, 'con' et 'cantus', idest symfonia.

v. 423. Et *laetae*, aeris serenitate gaudentes. *Ouantes*, laetantes.

v. 424. *Solem ad rapidum*, uelocem uehementem. Alii 'rapidum' dicunt, quod humorem, de quo pascitur, rapiat. *Lunas*, noctes. *Sequentes*, a prima, secunda, III uel IIII sese sequentes, uel luna solis circulos sequitur, licet ipsa inferior est.

v. 425. *Numquam te crastina fallet hora.* Quia fida sunt signa, quae sole et luna colliguntur.

v. 426. Hyperbole est, quod non hora nos decipit. *Capiere*, decipiere. *Capiere*, capieris. *Noctis*, lunae.

v. 427. *Reuertentis ignis*, quia postea dicturus de sole ..., uel certe cum luna noua renascitur; tunc enim 'ignem' uidetur 'colligere' quem decrescendo perdiderat.

v. 428. *Si nigrum*, nigrum aera, non nigrum cornu. *Aratus* ait, si cornu aquilonium sit erectius, aquilonem inminere et per eum serenum fieri. *Si nigrum* et reliqua. Si non habuerit luna cornua et intra eam nigrum aera uideris, erit ubique pluuia atque tempestas. *Nigidius* de uentis IIII ait: 'Si summum corniculum maculas nigras habuerit in primis, mensis partibus imbres fore, at si in imo cornu, serenitatem debemus scire.'

v. 430. *At si uirgineum*, quia uirgo est luna.

v. 431. *Ventus erit.* Ventum semper denuntiat luna rubens. Ventus uenit ex aeris densitate et uento luna rubescit. Nota quod concitatio

---

v. 415 animabus C || Haud dequidem B || pecodum B || *concessum*] Perperam Suringar hinc suspicatur, scholiastam *ingenitum* legisse || 416 lucerna teste B | testa M || 420 Species animarum M || mobilis M | uobilis 1 || 422 symfonia B | symphonia C || ipsa inferior B | ipso inferior M || 425 et luca C || 426 quod Voss. | qui 1 || decipiere C | decipere B || 427 dicturus de sole 1 | Post 'sole' lacunam signaui | dicturus est de sole M || tunc enim ignem uidetur colligere quem scripsi | tunc enim originem uidet tollere quem 1 | tunc enim originem iudet tollere quam M || 428 Si uigrum 1 | Nigrum M || aratius ait 1 || Aratus] cf. v. 794 || erectius (sic) 1 || non habuerat M || pluuia atque tempestas B | pluuia et aẽj. stas M || habueri B || in primis, quod ex Burm. G hausit M, adest in B || fore, at scripsi | forat B | fore M || imo corna B, cf. de eo loco Isid. de nat. rer. cap. XXXVIII || 430 uirginom C || 431 denuuciat B || concitatio M |

crassitudinis uentum facit. *Phoebe* autem lunam dicit, ut solem Phoebum, ut (Aen. IV 6): 'Postera Phoebea lustrabat lampade terras.' Phoebe uenit ab eo quod est Phoebos. Sciendum in propriis nominibus duo tantum genera fieri, ut Phoebos Phoebe, Tullius Tullia.

v. 433. *Pura*, deest 'erit.'

v. 435. *Exactum ad mensem*, usque ad peractum mensem.

v. 437. *Glauco*. Glaucus Polybi et Euboeae filius. Hic herba quadam gustata immortalitatem dicitur adeptus; quae in Fortunatis insulis nascitur et deus factus est maris. *Iunilius* dicit. — *Glaucus* Anthedonis filius piscator; qui cum cepisset pisces, eos deposuit. Illi autem animam ex herbis receperunt et redierunt in mare. Glaucus amissam dolens praedam sese praecipitauit in undam et maris effectus est deus. *Iunilius* dicit. *Panopeae*, filia Nerei, Glauci coniunx, Nympha marina. *Inoo*, patronymicum est a matre, et 'Inous' ut alibi (Aen. III 328, uel VII 364): 'Ledeam' et reliqua. *Ino* Graece dicitur Leucothea, dicitur Latine Mater Matuta. *Melicertae*. Melicertes Athamantis filius quem Corinthii Palaemonem in Isthmo colunt, Latini Portunum dicunt, quod portibus praesit. *Iunilius* dicit.

v. 438. *Sol quoque* et reliqua, ortu et occasu signa dabit.

v. 442. *Conditus in nubem*. Hic soloecismus est; nam dicere debuit: 'conditus in nube.' Sed non hic uitium, quoniam 'in' multa significat, et hic 'in' non 'in nubem conditus', ut sit uitium, sed 'in' pro 'infra', et significat 'infra nubem conditus.' *Medio*, medio orbe, si orbem suum fecerit cauum. *Medioque refugerit orbe*, uelut refugiens ab orbe apparuerit.

v. 444. *Sinister*, malus noxius.

v. 445. *Sub lucem*, 'sub' pro 'prope'.

v. 446. *Surget*, instat imminet.

v. 447. *Croceum*. Cum enim tempestas futura sit, semper nascitur crocea Eos in serenitate et significat grandinem.

---

concitaci l || postera B | ut postea *Phoebea* etc. M || Phoebus, bis M || in nominibus propriis M ||

v. 433 *Pura* deest erit scripsi | Pura deest fuerit Voss. | Pura deest l | est add. M || 437 et Euboeae scripsi cf. Athen. VII 47 | scriboe B | scribeo C | Eriboeae M || Hic herba scripsi | in eerba B | in crba C | is herba M || in fortunatis B | in furtunatis C || antheodonis l || capisset l || ox erbis l || ammissam l | Iunilius dicit] Cf. praef. p. 706 not. || Panopea silia neregi B || patronomicum B || et Inous scripsi | ut inous B || Ino scripsi | Inous B || licothea B || Alterum 'dicitur' om. M || Mater Matuta Voss. | mater nautica B || Melicerte B || Atamantis B || quem corinti palimonem in istimon B | Corinthii Palaemonem in istbmo M Voss. | An subest nomen Ἴσθμιον? || 442 solocismus B | solocysmus C || si non bic uicinm C || non nubem conditus C || Pro 'iufra' utroque loco 'intra' legerim. || fiorbem, corr. si orbem B || nelut refugiens ab orbe scripsi | uelato refuga orbe B | uelut ore quae fuga orbe a pernenit Voss. || 444 Sinester B || 445 sub properope uel ante C || 446 instet B || 447 Crocheum l || crocea Eos scripsi | crocens l ||

v. 448. *Mitis*, maturas, ut (Ecl. I 81): 'Sunt nobis mitia poma,' idest matura. *Iunilius* dicit. *Defendet*, non defendet maturas. *Pampinus*, feminini generis, ut *Varro:* 'Harum pampinorum.'

v. 450. *Hoc etiam* et reliqua. Ordo hic: hoc etiam meminisse magis. Quia sole ueniente ad Vesperam signa meliora sunt. *Emenso*, transacto. *Emenso* non proprie sed translatiue, ut dicimus 'emensam uiam', quam perambulauerimus, idest transactam.

v. 452. *Ipsius*, solis. *In uultu*, in orbe. *Vultu*, non proprie, quia uultus 'hominum.'

v. 453. *Caeruleus*, color est niger. *Caeruleus pluuiam denuntiat igneus euros.* Breuiter collecta conclusio est.

v. 454. *Rutilo*, claro.

v. 455. *Omnia*, ubique periculum.

v. 456. *Feruere*, feruo feruis. *Quisquam me* et reliqua. Suam ut solet personam inserit, ut alibi (Georg. III 435): 'Mihi tum molles sub diuo carpere somnos', ut ostendat, uitandum esse periculum.

v. 457. *Conuellere*, soluere.

v. 458. *Referet*, adferet, idest sol. *Relatum*, quem adtulerat uel inuexerat.

v. 459. *Lucidus orbis erit*, solis scilicet. *Terrebere*, terreberis.

v. 460. *Claro*, serenifico, idest puro, sereno, quia est *et* nigrum ut (Aen. V 2): 'Fluctusque atros aquilone *secabat.*'

v. 461. *Quid uesper.* Prouerbium est: 'Nescit quid uesper ferat.' Vesperum pro nocte posuit. Synecdoche, a parte totum. *Vehat*, adferat. *Vnde serenas*, siccas, idest pluuiam non adlaturas. Conclusio est, quae haec continet: signa quae ex stellis uel ex uentis possimus colligere, melius ex sole colligimus.

v. 462. *Cogitet*, in quam se partem flectat, serenitatis an pluuiae.

v. 463. *Falsum*, pro fallaci, idest mendacem, ut *Salustius* ait (Catil. X 5): 'Multos mortales falsos fieri subegit' idest mendaces.

v. 464. *Ille*, sol. *Caecos*, coniurationes latentes, insidias.

---

v. 448 Mites, corr. -is B || maturas Voss. | maturis B || boma corr. poma B || Iunilius dicit add. Voss., om. B || Varro] cf. Seru. ad Ecl. VII 58 || *Heu* interiectio dolentis C || 450 quia sole ueniente ad uesperam l | 'quia sol euemente ad uesperam' cum legeret M, coniecit: quia sol emenso Olympo ad uesperam || ut om. M || dicimus emensam uiam B (sic) || transactum, corr. -am B || 452 Vultu non propriae B | Vultus M || 453 denunciat B || 455 ubique periculum scripsi cf. ad v. 371 | ubi periculum l || 456 Feruero C | ferue feruis M || tum mihi B || 460 Et claro M || serenifico l (sic) || quia est *et* nigrum scripsi | quia (qui C) est nigrum l || ut fluctusque atrosque aquilones l || 461 Prouerbium est] Gell. XIII 11. Macrob. Sat. I 7, 12 || senecdoche C | senecdoce B || collegere, collegimus B || 462 Cogit l | Ventus cogit Voss., unde: *Ventus agat* Suringar, sed perperam. *Ventus* enim uox uersum designat cf. ipsum Suringarum II p. 275 || flectat scripsi | flectaet C | flectet B || serenitatis M | serenitati l || 463 Falsum — mendaces om. M || subuit B || 464 coniurationes scripsi | coniunciones B | coniunctiones M || Recapitulatio praedictae rei est C ||

v. 466. *Caesare*, Gaio Iulio Caesare. In gratiam Augusti deflet Caesaris mortem. Constat occiso Caesare in senatu pridie iduum Martii solis fuisse defectum ab hora sexta usque ad noctem.

v. 467. *Ferrugine*, subnigra. Proprie 'ferrugo' dicitur color subniger, ut purpura.

v. 468. *Impia*, quibus occisus Caesar. *Impiaque aeternam* et reliqua, ut Romani timuissent perpetuam noctem. *Aeternam*, longam. *Timuerunt*, quia se mereri noctem sciebant, uel pro eclipsi posuit.

v. 469. *Aequora ponti.* Quia sunt aequora et 'non ponti', idest campi, ut (Georg. I 50): 'At prius ignotum ferro quam scindimus aequor.'

v. 470. *Obsceni*, diri idest quoniam obscenum canunt, quia obsint augurio. *Inportunae uolucres*, idest striges et bubones, nocte gaudentes, in alienum tempus ruentes, idest uideri in die *dicit*, quod insolitum erat. *Inportunae*, quae ad domos accedunt et malum significant. *Inportunae uolucres*. Hic epitheton est.

v. 471. *Signa dabant ..... Quotiens* et reliqua. Ordo est: Quoties Cyclopum ruptis fornacibus efferuere.

v. 472. *Vndantem*, flammas uomentem.

v. 473. *Flammarumque globos*, malum omen, quando non fumos sed flammas emergit. *Liquefactaque uoluere saxa*, uoluendo liquefacere.

v. 474. *Germania*, bene Germania, quam uicerat Caesar, ut eo occiso in rebellionem uideretur exsurgere.

v. 475. *Insolitis*, idest, quales numquam ante in Alpibus fuerunt, uel quia maiores solito.

v. 476. *Vox quoque per lucos silentes.* Vocis magnitudo silentio aucta *esse dicitur*, ut terribilior esset.

v. 477. *Pallentia*, ut *Lucretius* ait (I 122) 'pallidum' Homerum ad Ennium uenisse et loquutum illi hexametris antea Latina lingua inauditis.

---

v. 466 Caesar C || gagio l || ociso C || solis Voss. | solem l || 467 Ferrngine subnigra] sub nigra M | Ante 'subnigra' uidetur intercidisse 'neste' || 468 a quibns M || Impiaque aeternam] Impiaque terram l | Impia aeternam M || perpetuum l || eclypsi B || Vossiani scholia aut corrupta ant male disiecta aut decurtata exbibentis indolem optime ex boc loco cognoscas: *Timuerunt.* Vt Romani timuissent perpetuam noctem uel mereri noctem nel pro eclipsi posuit || 469 quia sunt aeqnora et non ponti idest campi B | An: *proprie sunt aequora non ponti sed campi*? || ut: At prius scripsi | ut prius B || ignorum B || qnum M || 470 Obsceni l || obscenum scripsi | obscenam l | obscoena M || canant M || uoluces C || *dicit* post 'in die' addidi || Inportunaeque M || domns M || accedunt M | accidunt B || epiteton B || 471 Signa dabunt M || *Signa dabant*] Eius lemmatis expositio intercidit, nnde lacunam statui ante Qnotiens || Quoties l || ciclopum C || 472 uomentem M | uomantem B || 473 quando scripsi | qm̃ C | quoniã B || 474 exurgere C || 475 idest quales — fnernnt — maiores scripsi | idest quia — fuit — maior B || 476 Vox quoqne — terribilior esset om. M || silentio scripsi | silentia l || aucta scripsi | andita B | montibus audiçta C | Illud 'montibus' nil nisi uarians scriptura uidetnr esse pro 'motibus' quod est in v. 475, nisi malis *silentio montium* conicere || esse dicitur scripsi | sit l || 477 lucrecius B || loq[u]ntum B || exametris B ||

v. 478. *Sub obscurum noctis.* Auget terrorem tempus nocturnum.

v. 479. *Infandum*, aut quia loquutae sunt, infandum, aut id quod dixerunt, infandum fuit. *Manes*, idest amnes, non dii †. *Dehiscunt*, aperiuntur.

v. 480. *Ebur aeraque sudant*, idest eburna et aenea simulacra sudant. Metonymia, signa laboris futuri.

v. 481. *Insano*, magno. Si supra modum crescat, damnum indicat.

v. 482. *Fluuiorum rex Eridanus.* Rex, siue quod in eum flumina multa intrant ex Alpibus, uel quod ipsius simulacrum in caelo sit receptum. Vbi enim Eridanus sit, multi errant. *Aeschylus* ipsum esse Rhodanum propter magnitudinem et cursum rapidissimum. *Ctesias* hunc in India esse adfirmat, uel *Choerilus* in Germania, in quo fluuio Phaethon exstinctus est, uel *Ion* in Achaia. Sed Virgilius Padum dicit, cuius inundatio sit prodigiosa. Vel 'rex' quod apud inferos habetur, ut in sexto (659): 'Plurimus Eridani per siluam uoluitur amnis.' *Rex fluuiorum*, idest per Italiam, uel certe per totum orbem.

v. 484. *Tristibus*, tristitiam ferentibus.

v. 485. *Cruor cessauit.* Ordo est: nec cruor cessauit. *Et altae.* Syllepsis est, ut alibi (Georg. I 350): 'Det motus inconpositos.'

v. 486. *Resonare lupis ululantibus urbes*, ad quas lupis non esset accessus.

v. 487. *Sinistro*, sinistro sereno.

v. 488. *Cometae.* Stella lugubris, quae uelut 'comam' luminis ex se fundit. Haec dum uisa fuerit, imperii mutationem significat.

v. 489. *Ergo inter sese paribus. Lucanus* (I 7): 'Pares aquilas.'

v. 490. *Iterum*, quia primum ibi a Pompeio et Caesare, postea a Bruto et Cassio contra Antonium et Octauianum pugnatum est. *Philippi*, ciuitas et campi Macedoniae, uel ubi Romani primo uicti sunt a Philippo rege. *Philippi*, ciuitas Thessaliae, in qua primo Caesar et Pompeius, postea Augustus et Brutus dimicauerunt. *Philippi*, urbs et campi Macedoniae.

v. 491. *Nec fuit* et reliqua, quasi exclamatio ad deos. *Nostro*, Romano.

---

v. 479 loqunte B | locute C || Manaes B || In textu 'amnes', in margine 'manes' || non dii †] an 'inferni'? || 480 Eubur C || subdant C || ęnea C | enea B || metonimia B | et omnia C || 482 et alpibus C || eius simulacrum M || ibi enim C || sic multi erant C || er//|rant B || Aeschylus scripsi, cf. Plin. hist. nat. XXXVII 32 et praef. p. 711 || eusebius C Voss. | euseb; B || rodanum 1 || repidissimum C || Ctesias M | Thesias 1 || choerulus 1 || german^i^a B || feton 1 || extinctns C || Velion 1 || eridanu 1 | Eridanns M || per nndam 1 || 484 ferentibus scripsi | merentibus B || 485 Ex alte B | Et alte M || Syllepsis] sinlimpsis B et M || 487 *Alias*, quam in illo tempore. *Toties*, quam in illo tempore C || Sinostro, bis B. Varians scriptura est || 488 mutacionem B || 489 Ergo in inter 1 || aquilae M || 490 postea abrupto et casio B || octouianum B || Octauium M || ciuitas et campi scripsi, cf. infra | Philippi ·c· et campi B | *Philippi*, campi M || Phylippi C || thesaliac 1 || machedoniac C ||

v. 492. *Emathiam*, mons. *Emathiam*, ab Emathione Iouis et Electrae filio, pars Macedoniae et Thessaliae continens. *Haemi*, mons Macedoniae.

v. 495. *Exesa*, consumpta. *Scabra*, inde scabies. *Rubigine*, rubigo uitium, rodens ferrum uel segetes.

v. 496. *Inanes*, uacuas. Tunc inanes sunt galeae, quando non tegunt capita, ut ibi (Aen. V 673): 'Galeam ante pedes proiecit inanem', idest Ascanius.

v. 497. *Grandia.* Bene 'grandia ossa', ut grandiores uiros fuisse ostendat, sicut ibi (Aen. XII 900): 'Qualia nunc hominum producit corpora tellus.'

v. 498. *Dii patrii.* Qui praesunt singulis ciuitatibus, ut Mineruа Athenis, Iuno Carthagini. *Indigetes*, a Latinis, qui a Graecis *ἔμμυχοι* dicuntur. Alii dicunt, ex quibus *Nigidius*, omnes deos 'indigetes' cognominari quia nullius indigent. Alii 'indigetes' proprie interpretantur, quorum propria nomina ignorantur, ut sunt dii Penates, item dii Lares et dii Consentes, quorum singulorum nomina ignorantur. Alii: indigetes proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi 'in diis agentes', abusiue, ut Aeneas et Romulus. *Vestaque mater*, ut physici, terra est. Cur a Vesta Tiberim et Romam seruari dicit, cum urbs Romana in tutella sit Martis? Ne hostes scirent, cui deo Romani seruirent, quia uerum numen, quod urbi *prae*est, sacrorum lege prohibitum est scire, quod ausus quidam tribunus plebis enuntiare cruci fixus est.

v. 500. *Hunc*, Augustum. *Iuuenem*, bene 'iuuenem' ut ostendat clarum quia hac aetate tantum possit.

v. 502. *Laomedonteae.* Laomedon pater Priami; quomodo Laomedonte Troiani orti sunt, *Accius* docet: 'Iuppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilium Ganymedemque; Capys ex Assaraco satus qui statuit Pergamum, Laomedon Priamum et Anchisem edi-

---

v. 492 ab emationę l || partem Voss. || machedoniae C || thesaliae l || mons Macedoniae M | mons cedoniae B || 495 indes cabies B || 496 quando scripsi | qm̃ B | quoniam M || ut ubi B | ut ibi M || inanem idest Ascanius B | inanem Ascanius M || 497 Crandia B || ossa] essa B | esse C et M || aut grandiores C || 498 cartagini l || Indigetes (sic) l || gregis C || *ἔμμυχοι* scripsi | ennichi l | *ἐμμύχιοι* Sintenis Hermae I 142 | *ἔνοικοι* Hertz Annal. phil. LXXXXIII p. 583 | *μύχιοι* I. Klein Annal. phil. LXXXIX p. 338, conl. Dion. Hal. A. R. I 67 | onchorii M || indigites B | indigetes C || indigites proprie l || ut sunt — ignorantur om. M || consentes] consonantes l || indigites B || phisici B || tutela M || ne ostes B || romani seruirent (sic) B || numen quod urbi praeest scripsi | nomen quod urbi est B || enuntiare scripsi | nunciare B || 500 bene iuuenem ut ostendet clarum quod (quia Flor.) hac aetate omne (tñ Flor.) possit codd. Paris. Flor. | bene iuuenem ut ostendādarā quia hactantum possuit B | bene iuuenem ut ostendat clare qui hac [aetate] tantum possit M || 502 quo modo Laomedonte Troiani orti sunt scripsi | qmd (qumd B) laomedon te troiani (laomedon troiani C) orti sunt l | qumd Laomedon te Troia morti sunt M || Accius docet, cf. Ribbeck tragg. Latt. rell. p. 188. De uersibus a Ribbeckio restitutis cf. praef. p. 721 || ganimedemque l || capis l || asaraco C || ancis-

dit.' *Periuria.* Tam longe repetit bellorum ciuilium causas, ut nihil aliut populus Romanus commisisse uideatur, nisi ira numinum dignus ... Bene pluraliter dixit 'periuria', quia Herculi propter Hesionam, Apollini et Neptuno propter muros ... *Luimus*, soluimus. *Horatius* ait (Od. III 6, 1): 'Delicta maiorum inmeritus lues.' *Periuria Troiae.* Nunc excusat Augusti tempora et eum dicit suis uiribus conpensare tanta damna reipublicae, quae ex maiorum uitiis descendisse confirmat.

v. 503. *Regia*, regina. *Caesar*, o Caesar.

v. 504. *Inuidet*, uult te in caelum tollere et te adhuc terrenis laudibus interesse inuidet. *Triumphos.* Fit 'triumphum' et 'triumphus.'

v. 505. *Quippe ubi fas uersum atque nefas*, aput homines qui spernunt licita, petentes inlicita.

v. 506. *Aratro*, bene qui scripsit Georgica, dolet nullum aratro honorem haberi.

v. 507. *Abductis*, ad bella.

v. 508. *Curuae*, antitheton reddit 'rigidum', rectum. *Falces conflantur in ensem.* Non ut Esaias dicit (II 4).

v. 509. *Hinc*, idest undique bellum. *Euphrates*, orientis fluuius. Euphrati enim non 'Rhenum' reddit, sed 'Germaniam' ut ait (Ecl. I 63): 'Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim.' *Germania*, occidentis proninciа, quae est trans Rhenum.

v. 510. *Vicinae* et reliqua. Tam longinquae, quam uicinae urbes inter se arma ferunt. Ac per hoc omnem urbem dicit in arma Romana raptam.

v. 511. *Mars impius*, propter bella ciuilia, ut (Ecl. I 71): 'Impius haec tam culta noualia miles habebit.'

v. 512. *Carceribus*, ianuis. *Ennius* ait: 'Cum a carcere fusi currus cum sonitu magno permittere certant.'

---

sem B || repetit M | appetit l || ciuilcum l || aliud M || commississe C | commis^sisso B || uidetur nisura M || Post 'dignus' uidentur nonnulla intercidisse || Bene pluraliter scripsi | bene plurā l || numinum dignus bene plura dixit M || prius quod Voss. | qnia B | qui C || erculi l || esionam C || post 'mnros' nonnnlla desiderantur, e. g. 'periurium fecit Laomedon.' Post *propter muros* leguntnr in Voss.: hoc autem numine diuum ideo enenit || oratins B || delicta om. M || inmeritis luis B || Horatius ait: 'maiornm in meritis luis perinria Troiac' M || niciis discendisse (sic) B ||

v. 504 intercsse. Inuidet triumphos Suringar || 505 apud homines C || 506 scribit M || nullum aratro honorem haberi scripsi | nullnm aratrum in honorem habere B | nullum aratrum in honore haberi M || 508 anteton l || Regidum B || reddit. Rigidum interpunxit M cum Suringaro || dicit B | dixit M || 509 Ante 'Euphrati enim' snppleas 'incongrue dictum' nel simile qnid cf. ad v. 217. 181 || Eufrates, eufrati C || renum C || partus l || tygrim l || 510 Tam longinquae — arma ferunt. Ac per hoc — raptam transposui | hac per hoc — raptam et tam longinque — ferunt l || Ac per hoc scripsi | hac per hoc l | Per hoc M || orbem dicit in arma raptum M | nrbem — raptam l || in arma Romana scripsi || in armornm l | in arma M || 511 habent l || 512 en^nius B || a carcere] malim 'e carcere' || permittere] an 'perbitere'?

v. 513. *Addunt in spatio.* Propria uox circi; equi enim cursus 'spatio addere' dicuntur.

v. 514. *Fertur equis auriga.* Hic uult dicere: Res publica habet bonum imperatorem, sed malis praeteritorum temporum fertur, ut 'auriga equis.' Adtendendum est, librum parabola finitum esse. *Neque audit*, translatio. [Titus Gallus de tribus commentariis Gaudentius haec fecit.]

Georg. liber II.

Hic liber 'consitus' dicitur, ubi de uitibus tractatur.

v. 1. *Hactenus aruorum* et reliqua. Mire iterauit illum uersum (Georg. I 1): 'Quid faciat laetas segetes.' *Hactenus*, aduerbium temporis et significat 'hucusque.' Tamen alii dicunt 'tenus' et 'hac', ut (G. III 53): 'Crurum tenus', sed melius unam partem dici. *Et sidera caeli.* Pleonasmus est; non enim alibi sidera nisi in caelo sunt. *Hactenus.* Notandum quod hic tantum prioris operis meminerit, cum in ceteris Georgicorum libris nullius mentionem faciat. Hic uersus ad finem primi libri haeret. Hic ellipsis est: deest enim 'loquutus sum', siue 'conprehendi', uel uerius 'cecini', ut infra (v. 2): 'canam'. Et quia in primo libro dixit de temporibus et terris et de tempestatibus, ideo dixit 'hactenus.' *Quaeritur* quare cum de uitibus primum debuerit dicere, *de* arboribus coeperit. Quia in Italia in arboribus pendent uineae idest in ulmis et non possunt uites esse, nisi prius fuerint arbores. Vel *aruorum*, quia de aruis dicit, sed b loco u ponitur.

v. 2. *Bacchus*, deus. *Bacchum*, uinum. *Nunc te Bacche.* Vuarum inuentorem pro uuis posuit, quem ueteres Liberum patrem dixerunt.

---

v. 513 in spatio l | in spatia M || circi] ora Voss. unde Suringar *orationis* coniecit || 514 Hoc M || Respublica habet bonum imperatorem scripsi | rē p̄ bonū imperatorē l | rempublicam habere bonum imperatorem M || 'Titus Gallus — Gaudentius haec fecit', male corrupta (pro quibus certe legendum: Titus Gallus Gaudentius Iunilius Flagrius. De tribus commentariis haec feci), quia ad eius adnotationis exemplum quae in Georg. I initio est collocata, efficta patet, uncis inclusi cf. Mommsen mus. Rh. XVI p. 446, Thilonem mus. Rh. XV p. 127 et praef. p. 697. In Vossiano non nisi haec leguntur misere excerpta, male corrupta, temere temptata: *Fertur.* Hic uult dicere remp. bonum imperatorem sed malis praeteritorum temporum. Titus Gallus de tribus commentariis Gaudentii haec scripsit.

Georg. lib. II. tractator l || v. 1 arborum l || iterauit] an nariauit? || faciit C || letes l || crure tenus l || alibi M | abi B | ab C || nullius scripsi | nullus B | nullam M || emlimpsis B || deest enim 'loquutus sum' scripsi | Hic ellipsis est *de*, est enim, loquutus sum M || dixit M | dixi B || *Quaeritur* quare scripsi | quare B || de uitibus M | diuitibus B || primum om. M || debuerit scripsi | debui B | debuit M || *de* ante 'arboribus' add. M || coeperit B | coepit M || Vel aruorum etc.] Haec eo pertinent, quod supra 'arborum' pro 'aruorum' scriptum fuerat || 2 Baccus l || baccum C || inuentor est C || liberum presidem (sic) l ||

Nam licet de aliis arboribus, praecipue de uitibus dicit. Notandum, quod hic Virgilius omnium ferarum arborum et uirgultorum Liberum praesidem dicit.

v. 3. *Virgulta*, pro infelicibus arboribus posuit, quibus in Italia uites [arboribus] cohaerent. *Tarde.* Res enim diu duratura tardius crescit. *Oliuae.* Oliua arbor.

v. 4. *Pater*, Liber pater. 'Pater' licet generale sit omnium deorum, tamen proprium Libero. *O Lenaee.* 'Lenaeus' Liber pater dictus quod leniat. *O Lenaee.* *Ἀπὸ τῆς ληνός*, idest a lacu dicitur. Nam quod *Donatus* dixit: ab eo quod mentem deleniat, proprium Libero patri 'Lenaeus', non procedit: nec enim potest Latinam etymologiam Graecum nomen recipere.

v. 5. *Pampineo* ut 'nemus frondeum', frondosum. *Autumno.* Autumnum pro autumni tempore posuit.

v. 6. *Labris*, doliis.

v. 7. *O Lenaee*, iucunde, lenis. *Musto*, 'Mustum' numero singulari tantum, ut uinum, licet *Ouidius* dixit 'musta.'

v. 8. *Tingue nouo.* Habundantiam poscit. *Tingue nouo mecum.* Tragica grauitate deposita fac mecum opus agreste. *Dereptis*, celeriter abstractis.

v. 9, *Principio arboribus* et reliqua. Tria genera arborum nascendarum sunt: aut sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuito iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam cetera usus inuenit fauente natura.

v. 10. *Cogentibus*, laborantibus.

v. 11. *Sponte.* 'Nomen', dum habet genus, quo *si* caret, 'aduerbium.' *Veniunt*, crescunt. *Sponte sua ueniunt*, proprie dixit de his, quae sponte sua generantur. *Camposque et flumina.* Ostendit loca,

---

v. 3 uites arboribus 1 | *arboribus* quippe ex praecedenti perperam repetitum sustuli || choerent 1 || Tardae M || durutura B || 4 generale sit quia omnium M || proprium] proprie B | propriae C | proprie Libero patri coheret Leid. 135 || Olenee 1 | O Lenaee pater M || leneus B | lenus C || Quae post 'quod leniat' secuntur in libris: *ut igni nouo habundantiam pascit*, ea ad v. 8 retrudenda atque sic sunt emendanda: *Tingue nouo*, habundantiam poscit' || *Ἀπὸ τῆς ληνός* scripsi | ΛΠΟΘΗC ΑΝΝΟC B | *ἀπὸ τοῦ ληνοῦ* M || 9 lacu dicitur. Nam quod Donatus dixit scripsi cum Seruio | a lacona dicitur qn̄ (quando) natus est dixit B et M || proprium scripsi | propriam B || Lenaeus scripsi | oleneus B | om. M || praecedit M || in latinam ethimologiam B || 5 ut 'nemus frondeum' cf. Aen. I 191 'nemora inter frondea' || 6 doleis BM || 7 lenee incunde B || ouidus dixit musta B | musta dixit M. cf. Ouid. Am. I 16, 11 (mustis) || 8 Tingue — poscit cf. ad v. 4 | ut igni nouo habundantiam pascit 1 || thragica C | trhagica B || fac mecum opus agreste scripsi | faueum opus agreste C | faue nouum opus agrestae B | quem, nisi quod 'agreste' scripsit secutus est M || obstractis B || *Cothurnis*, genus calciamenti quo utebantur poetae aptum (aptus) utroque pede B m. II || 9 fortuito B | fortuitu C || 11 'Nomen', dum habet genus, quo *si* scripsi | nondum habet genus quo (quia C) 1 | modo habet genus quo caret aduerbium M | nomen est quia iunetum (iunctum Flor.) est ei genus quo caret semper aduerbium codd. Paris. Flor. || Campos et flumina M || hostendit B ||

in quibus sponte nascuntur, idest humida; nam mater omnium rerum et creatrix seminum aqua est.

v. 12. *Curua.* Epitheton perpetuum; nam omnia flumina curuata. *Lentae*, flexibiles. *Molle siler.* Notandum genus neutrum in arboribus, quod admodum rarum est.

v. 13. *Glauca.* Glaucus color est ferrugineus, quia subniger. *Canentia*, pro cana. Participium pro nomine posuit, quod participium a uerbo 'caneo' uenit. *Glauca canentia* et reliqua. Locum salicum pro ipsis arboribus posuit; bene autem 'glauca' et 'canentia'. Nam salix una parte alba est, ab altera uiridis. Sanc κακέμφατον 'glauca canentia.'

v. 14. *Pars autem posito*, qualicumque ratione proiecto, uel ab auibus uel hominibus. *Pars surgit*, ut (Aen. I 212): 'Pars in frusta secant'. Soloecismus.

v. 15. *Nemorumque Ioui* et reliqua. Ordo est: nemorum maxima, hoc est aesculus uel Ioui consecrata quercus, et ideo maxima, quod uirtute nulli arbori cedit ut nulli deo Iuppiter.

v. 16. *Aesculus*, escando dicta. *Aesculus* et reliqua. In Epiri regione in templo Iouis quercus erant, ex quibus columbae futura hominibus praedicebant. *Habita*, credita existimata. *Grais*, idest Graecis, quasi Italus dicit.

v. 18. *Cerasis.* Cerasus ciuitas Ponti. Arbor 'cerasus', pomum autem 'cerasum' dicitur. *Parnasia.* Parnasus mons in Boeotia Apollini consecratus. *Cerasis.* Lucullus capto Ceraso oppido primus in Italiam attulit.

v. 19. *Subicit umbra*, parua surgit, ut alibi (Aen. XII 287): 'Aut corpora saltu subiciunt in equos.'

v. 20. *Hos natura modos*, ut 'sponte' nascantur, aut 'de seminibus positis', aut de 'radicibus.' *Hos*, idest tres. *Primum*, olim. Bene 'primum' ut ostendat naturales modos, dum alii, quos usus repperit.

v. 21. *Viret*, idest διὰ διαστολῆς prima. *Fruticum.* 'Frutices' proprie dicuntur pomiferarum arborum quasi 'fructifices.'

---

v. 12 apitheton B | apitethon C || *Curua*, flexuosa tortuosa C || neutrum genus M || 13 ferrugenns C || caneo] cano l || cacemphaton B || 14 qualicumque scripsi | quasi cum l | quacumque M || racione B || frustra B || solocismus B || 15 uirtute] An 'niribus'? || 16 escando coni. M | acscendo B | escendo C || futura M | futuro l || praedicebant scripsi | pre (p̃ C) dicabant l || Quidam aesculum arborem quae quercus (cornus) nuncupatur, aestimant in Dodonaeo nemore consecratam Ioui, ex qua arbore, ut fertur, a columbis (a demonibus) responsa dabantur B m. II || *Habita*] est scriptura uarians || 18 Caerasis C || cereausus l || cereasus l || pomam autem cereaseum l || boetia B | boetica C || lucilius B || cereaso B || 19 parua surgit ut alibi: 'Aut corpora' etc. scripsi | passum amictu albo ut corpora l cf. Seru.: 'radice maioris *minor* crescit et *surgit*' || 20 positis scripsi | positae B | posite C || radicibus C | racibus B || dum alii] An: *sunt enim alii*? || 21 Viret idest διὰ διαστολῆς prima scripsi | Viret idest diastoles prima l, cf. praef. p. 721 || Fruticumque M || pomiferarum M | pomiferum B || fructifices M | frutifices B ||

v. 22. *Sunt alii*, subauditur modi. *Via*, itinere ratione propria. *Vsus*, pro consuetudine.

v. 23. *Plantas*. Inter 'plantas' et 'plantaria' hoc interest: 'plantae', quae de suis arboribus nascuntur, 'plantaria', quae ex seminibus nata cum radicibus et terra propria transferuntur.

v. 24. *Deposuit*, mandauit, credidit. *Sulcis*, fossis, pro scrobibus. *Stirpes*. 'Haec' stirps hominum, 'hic' stirps arborum, quamuis ueteres indiscrete. *Aruo*, terra.

v. 25. *Quadrifidas*, id est ualidas. *Acuto robore*, pro acuti roboris. Sudes et ualli idem sunt. 'Vallos' dicit, ut possint in quattuor partes diuidi.

v. 26. *Siluarum*. 'Siluae' pro arboribus. *Pressos*, arborum. *Pressos*, ab incremento. *Propaginis*, propagando uel protendendo. 'Propago' uitibus praecipue congruit.

v. 27. *Exspectant*, amant uolunt desiderant. Diuersitas inserendi pro genere pomorum. *Sua*, bene 'sua', quia in sequentibus (v. 268): 'Mutatam ignorent subito ne semina matrem.'

v. 28. *Nil radicis*. Ad uites retulit, quarum cacumina terrae tradita firmitatem radicis accipiunt, et postea desuper uitis locum possidet. *Egent*. *Cicero*: 'Eget ille senatu et populo.' *Sallustius* (Catil. 1 7): 'Alterum alterius auxilii eget.' Ideo *dixit*: 'Non egent radicis.'

v. 29. *Referens*, pro ferens. *Referens*, quasi reddens, ex qua creuerunt.

v. 30. *Caudicibus*, pro codicibus.

v. 31. *Truditur*, urgente natura ex arido procreatur. Diuersa genera creationis specierum demonstrat. *Oleagina*, diriuatiuum ab oliua.

v. 32. *Et saepe*. De mutationibus loquitur. *Impune*, sine damno.

v. 33. *Vertere* pro uerti. *Mutatamque insita mala*. Mutatio licet pomorum est, ei tamen nulla sunt damna.

---

v. 22 racione B || 23 planteque 1 || et terra scripsi cum S. | e terra B | et erra C || 24 *Sulcis*, fossis pro scrobibus. *Stirpes*. Haec stirps etc. scripsi | Sulcis fossibus Stirpes pro scrobibus hec stirps B || quamuis ueteres indiscrete. *Aruo* terra om. M || 25 Quadrifas B || idest ualidas scripsi | idest mali 1 || acuti (sic) 1 || Ordo misere turbatus est; scribendum enim: *Quadrifidas* idest ita ualidas ut possint in quattuor partes diuidi. *Acuto robore*, pro acuti roboris. *Vallos*. Sudes et ualli idem sunt | Ex uoce *ualidas* media discissa (cf. ad E. VIII 64) illic *mali*, hic *dicit* factum est || 26 *Siluarum*. Siluae scripsi | Siluarum sillie 1 || Siluarum aliae M || Propagines B || 27 Exspectant B | Expectant C || motata ne ignorent subito semina B | unde Mutata ne ignorent etc. M || 28 ad uites retulit scripsi | ad antes retulit 1 || posidet B || Cicero: 'Eget ille senatu et populo.' *Sallustius* alterum etc. scripsi cf. praef. p. 723 | cicero eget ille senatu et populos alter etc. B | eget ille senatu et populo; alter M || dixit post 'Ideo' addidi | Ideo non egent radicis M || 29 *Referens* pro ferens. *Referens* quasi reddens ex qua creuerunt scripsi et transposui | Referens pro ferens quasi referens et reddens ex qua creuerunt B et M || 30 Gaudicibus C || 31 Traditur C || creationis C | creacionis B || 32 motationibus C | motacionibus B || 33 Vetere C || Mutataque B || Mutatio licet pomorum est scripsi | mutacio ista mors est B ||

v. 34. *Lapidosa* dura. *Rubescere* maturescere. *Corna*, in arborem cornum.

v. 35. *Quaré agite o.* Ordo est: quare agite, o agricolae. Tempestiue autem se ad hortationem conuertit. *Generatim*, singillatim. *Proprios*, unicuique generi arborum.

v. 36. *Fructusque feros* et reliqua. Asperum saporem fructuum inserendo mutate.

v. 37. *Segnes*, pigrae infecundae. *Ismara.* Ismarus mons et urbs Thraciae. *Iaceant.* Eleganter 'iaceant' dixit, quasi despectae et incultae.

v. 38. *Vestire*, implere. *Taburnum*, mons Campaniae in Apulia uel Sabinorum. Hoc dixit: in Ismaro uinea, in Taburno oliua fieri debent.

v. 39. *Tuque ades*, o Maecenas. *Tuque ades*, imperatiuus modus. *Vna*, una incipe et decurre.

v. 40. *O decus. Horatius* ait (Od. I 1, 2): '*O* et praesidium et dulce decus meum.' *O decus* et reliqua. Quamuis durum opus ab illo acceperit, tamen uult illius beneficio factum, ut per hoc gratiam consequeretur.

v. 41. *Pelago.* Pelagus patens, idest carminis felicitatem accipimus. *Da.* Metafora. Da opem temptanti. *Vela*, fauorem, simplici generi carminis praesta fauorem. *Volans*, idest nauigans. *Patenti*, secundo.

v. 42. *Non ego cuncta* et reliqua. Non sum uniuersa dicturus. *Opto*, non expeto conprehendere uel petere uolo.

v. 43. *Non mihi* et reliqua. Homericus sensus (Il. *B* 488); sic etiam *Ennius:* 'Ora decem.'

v. 44. *Ferrea*, aenea. *Et primi lege litoris oram.* Cito ad me ueni. Hic allegoria. *Lege*, idest transi ad festinationem. *Lege.* Verbum nauticum est, ut (Aen. III 706): 'Vada dura lego saxis.' Suam uerecunde extenuat possibilitatem et Maecenatis auribus ex sui carminis breuitate blanditur, uel Maecenatem dicit litterarum peritum esse et plura conposuisse Augusti Caesaris gesta.

v. 45. *In manibus*, in facili et promptu. *In manibus terrae.* Non ideo, quoniam rem magnam in manibus habeat, sed ut allegoria perma-

---

v. 34 *Corna* in arborem cornum] An: *Corna*, 'cornus' arbor, pomum 'cornum'? cf. ad v. 18 | cod. 165 m. II: Haec cornus dicimus feminino genere de arbore. Hoc cornum neutraliter lignum. Cornus autem est arbor quae et corniolus rustice appellatur || 35 agite ó 1 || agriculae B | gricule C || ad hortationem scripsi | ad orationem C | ad oracionem B || singillatim C | sigillatim B || Proprius B || 36 Fructosque B || 37 pigeę C || trachiae 1 || dispectae B || 38 appulia B || fieri debent] an: '*seri* debent'? || 39 ó mecenas 1 || impr̃ mod 1 | imperatiuo modo M || *Vna*, una incipe et decurre scripsi | Vna una incipere decurre decurre C | Vna una incipere decurre decurrere B || 40 oratius ait et praesidium 1 || acciperit B || gratiam] An 'gloriam'? || 41 *Da.* Metafora. Da opem scripsi | Da de cetero (detetero C) da opem 1 | *Da*, de cetero opem temptanti M || generi M | genere 1 || 43 sic etiam Ennius scripsi | sic nam et Ennius 1 | sic [nam] et Ennius Mommsen mus. Rh. XVI p. 450. Possis etiam conicere, latere sub illo 'nam' *in annalibus.* De re cf. mus. Rh. XVII p. 143 et praef. cap. X 15 p. 721 || 44 allégolia C || festinacionem B || 45 In manibus terrae M || promptu M | prorupta 1 || quoniam] malim *quasi non* || habeat C | abeat B ||

neat, idest gaudemus inpositum nobis a te istum laborem. Alii sic distigunt: 'in manibus terrae non'. In manibus enim 'terram' habeam, non 'praelia.' *Non hic te carmine ficto*, non cum summa diligentia conposito, sed ex facili et subtili uniuersa describam.

v. 46. *Et longa exorsa tenebo.* Initia tibi indicabo, uel dicit prooemia longe repetita.

v. 47. *Sponte sua* et reliqua. Nunc redit ad id quod omiserat, idest physicam tangit. *In luminis*, pro in 'lucis.'

v. 48. *Infecunda*, nobili fructu carentia. *Laeta.* Gaudet enim arbor terra, qua genita est.

v. 49. *Quippe solo* et reliqua. Quaerenda prius ratio et ubertas terrae, cuius ad prouentum natura conueniat iuxta illut (Georg. I 53): 'Quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.' *Natura.* Naturaliter enim omnium rerum mater est terra et uniuersa intra se continet semina. *Tamen haec quoque si quis.* Tamen si quis. *Quippe solo natura subest.* Non mirum, inquit, fortia surgere, cum illis subsit natura in terra, quae talia generauit.

v. 50. *Inserat*, alio translata. *Scrobibus*, scrobis generis masculini, licet *Lucanus* contra Artem dicit (VIII 756): 'Exigua scrobe', idest fossa. *Scrobibus.* Scrobes fossae ubi uites ponuntur.

v. 51. *Exuerint siluestrem animum*, asperitatem naturalem, infecunditatem. 'Animum' pro 'natura' posuit.

v. 52. *In quascumque.* In fecunditatem ex arte uenient. *Artes*, duobus modis, insitione et translatione.

v. 53. *Quae stirpibus*, quae de stirpibus crescit, idest arbor.

v. 54. *Vacuos.* 'Vacuos' dixit idest aliis arboribus non occupatos. *Digesta*, diuisa disposita per ordinem.

---

in manibus terre Ñ in manibus B | in mauibus terre non in manibus C || proelia M | praelio B | praclio C || Videtur scribendum esse: 'in manibus terrae non'. [lio] *Sed false. Dicit enim:* in manibns terram habeam, non praelia. — Sic Vergiliomastix opinor distinxerat maligne, cf. Seru. E. II 23. An agitur de *minoris maiorisue* interpnuctionis signo ante *non* statnendo? ut qni allegoriam amplecterentur, maiorem statuerent, minorem qui uocem *terrae* opponi crederent illi *carmine ficto*? cf. schol. praecedens. Similem distinguendi qnaestionem de *non* particula cum superioribus sequentibusuo iungenda mouerunt quidam apud Philargyrium ad G. II 312 || discribam B ||

v. 46 inicia B || proemia B || 47 nunc redit B | non credit C || pbisicam l || pro in lucis scripsi | in spe luncis C | in specnlis B || 48 nobili fructu scripsi | nobis fructn l || qnasi hoc in ipsis est genus fecunditatis B m. II || 49 illut B | illnd C || quequo B | quequac C || recusat l || intra se scripsi | inter se B | in so M || Tamen si quis. *Quippe solo natura subest.* Non mirum etc. scripsi et lomma suppleui | tamen siquis nimirum etc. B || quae talia generauit scripsi | que tamen (tañ) generauit B || 50 idest fossa l | intra fossa M | contra artem] cf. Prob. cath. p. 20, 3 K || Scobibus B || uiter B || 51 siluestrum C || 52 In fecnnditatem ex arte uenient scripsi | infecnnditates ex arte nenientes l || insitione scripsi | institucione B || translacione B || 54 idest aliis arboribus C | idest arboribns B || occupatos scripsi | occupata l ||

v. 55. *Nunc altae frondes et rami matris opacant*, quae ferre potest, si ei umbra non noceat.

v. 56. *Adimunt*, tollunt. *Ferentem*, ferre incipientem.

v. 57. *Nam quae seminibus.* Modo de his quae seminibus iactis nascuntur. *Sustulit*, susum tulit.

v. 58. *Tarda*, pro tarde uel sero, nomen pro aduerbio.

v. 59. *Poma*, arbores dicit. *Degenerant*, in peius. *Pomaque degenerant* et reliqua. Ab animali ad inanimale. Vertuntur in peius, alia in melius. Pro arboribus dicit 'poma', pro uitibus 'uuam', idest fructum pro arbore.

v. 60. *Racemos*. Labruscam dicit. *Vua*, pro uitibus. *Racemos*, labruscas.

v. 61. *Scilicet*, ideo.

v. 62. *In sulcum*, in ordinem serendae. *Mercede*, pro labore. *In sulcum*, in culturam uel in scrobem. *Domandae*, congregandae.

v. 63. *Truncis*, stipitibus uel taleis. *Melius.* Modo, unde melius nascuntur, docet. *Melius*, pro 'bene' posuit, uel quia aliunde bene, hinc melius est.

v. 64. *Respondent*, consentiunt proueniunt. *Solido*, ualido.

v. 65. *Plantis*, semine. *Durae*, non ad lignum, sed ad fructum. *Nascuntur*, subauditur 'melius respondentes'. *Durae*, alii 'edurae' legunt, ut (Georg. IV 145): 'Eduramque pirum.' *Coryli.* Corylus est ex qua auellana nux nascitur.

v. 66. *Herculeaeque arbos*, populus, ut alibi (Aen. VIII 276): 'Herculea bicolor.'

v. 67. *Chaoniique patris glandes*, Iouis Epirotici quercus. *Ardua palma*, aut alta, aut certe quod moleste ascendatur.

v. 68. *Abies.* Duo sunt genera abietis, unum quod fabricis datur, aliud quod ad faciendas naues et 'papinas' uulgo dicitur. *Visura*, pro passura, ut (Aen. XI 263): 'Aetnaeos uidit Cyclopas Vlixes', et (Aen. II 5): 'Quaeque ipse miserrima uidi', idest patiendo.

v. 69. *Inseritur uero* et reliqua. In arbuto nucem, in platano malum, in fago castaneam, in orno pirum inserimus. *Horrida*, hispida. *Horrida*, uersu dactylico; nam male quidam 'horrens' legunt.

---

v. 55 alte l || matres, corr. matris B || 57 susum l | sursum M || 59 Ab animali ad inanimale scripsi | ab inanimali ad inanimalem B || Vertuntur] An *alia uertuntur*? || Pro arboribus dicit poma, pro uitibus uuam idest fructum pro arbore. v. 60 *Racemos*, labruscam dicit transposui | pro arboribus dicit poma racemos lubruscam dicit pro uitibus uuam etc. B || 60 lubruscas B || *Vua* pro uite, fructus pro arbore C || 62 serendae scripsi | arandae l || in Vergili uersu 'mercede', in marg. 'uirtute' || 64 *Solido* ualido scripsi | Solido ualde B || Paphus urbs in Cypro insula C || 65 melius respondentes scripsi | melius respondent l || alii edurae legunt scripsi | alibi edurae leguntur B || ut ederumque phyrum B | ederumque pirum M || corilus B || auellana scripsi | cauellaria B || 66 Herculiae aequo B || populis M || 67 epyrotici l || aut alta scripsi | nunc alta B || 68 fabricis uulgo datur M || papinas] sapinus uulgo dicitur uel appnum uulgo uocant Leid. 135 || ethneos B || idest patiendo scripsi | et paciendo B || 69 dactilico B ||

v. 70. Heu, heu, tractatus deest ab hoc loco usque 'et ingens' (v. 80).

v. 71. *Castaneae*, figura hypallage. Non enim castaneae fagos, sed fagus castaneas, ut alibi (Aen. III 61): 'Dare classibus austros', non austros classibus, sed classes austris. *Fagos*, nominatiuus Graecus, quod non credo, quia fagus fungendo; uerius autem fagos pro 'fagi'.

v. 73. *Nec modus inserere*. Non idem modus inserendi qui est inoculandi. *Oculos*, pro gemmis, metaforice. *Simplex*, non fortuita ratione sed ingenti labore. *Nec modus* et reliqua. Nunc transit ad insitionem, quae duplex est: nam aut 'insitio' dicitur, cum fisso trunco surculus fecundae arboris sterili inseritur, aut 'oculorum inpositio', cum inciso cortice alienae arboris germen inserimus.

v. 74. *Trudunt*, pullulant, iaciunt.

v. 75. *Et tenuis rumpunt tunicas*, interiores arborum libros. *Tunicas*, pro corticibus dicit.

v. 77. *Includunt*, coniungunt, quia ex aliena. *Inolescere*, concrescere, cohaerere, inligari, inhaerere. *Libro*, interiorem corticem dicit librum.

v. 78. *Enodes*, sine nodo.

v. 80. *Plantae*, a pangendo quasi 'pangae' dictae.

v. 81. *Exiit ad caelum*, nimiae festinationis properatio, ut ad caelum 'exire' diceret, cui sufficiebat 'subcrescere'. *Felicibus*, fertilibus.

v. 83. *Praeterea* et reliqua. Nunc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam uarietatem dicit.

v. 84. *Lotoque*, uulgo faba Syriaca. *Loto*. Nympha Priapi amorem fugiens in arborem sui nominis uersa. *Cyparissis*. Cyparissus fuit Nympha, quam Siluanus occidit.

v. 85. *Nec pingues* et reliqua. Vult dicere oliuarum multa esse genera. *Vnam in faciem*, in similitudinem eandem, uel in formam.

---

v. 70 tractatus C | tratatus B | Qnem iste tractatum deesse dicat utrum Iunilii an Gaudentii, incertum. Fortasse Iunilii, quia quae ad vv. 71—80 exposita sunt, Sernianis snnt admodum similia. Ceterum ex ipsa hac librorum qnos excerpebat ordinis turbatione uidetur causa petenda esse, quod perraro in hoc libro excerptor Iunilii Gaudentiique nomina adposnit || 71 figura hypallage scripsi | figura acypalage l || castaneae fagos M | castaneae ramos l || 73 modos B || ideo modus C || inoculandi M | inocultandi C | inoccultandi C || *Simplex*, non fortuita ratione sed ingenti labore scripsi | Simplex sed forti ratione (racione B) et ingenti labore l, nnde 'sed fortnita ratione et ing. lab.' M, cf. Seru. || insicionem B semper || stereli B || inciso scripsi | inscisso B || germen M | genuis B || 74 iacinnt M | ieciunt B || 75 tennes M || libras l || 77 Includunt C | Includnn B || coniunguntur quia ex aliena l | coniungnnt quae ex aliena [arbore] M || choere l || interiorem scripsi | inferiorem B || 80 a pangendo (sic) l || 81 festinacionis properacio B || exire diceret cui sufficiebat snbcrescere scripsi | subcrescere diceret cui sufficiebat exire l | exire om. C || 83 dicit scripsi | dicitnr B || 84 faba Syriaca scripsi cf. Seru. | subarissica l | faba rissica M || Lotos nympha M || Priapi amorem fugiens scripsi | aliam rem fugiens l || Ciparissis, ciparissus B || 85 Vnam C | Vnum B ||

v. 86. *Orchades*, a similitudine testiculorum dictae, quos Graeci ΟΡΧΕΙϹ appellant. *Pausia*, oliua a pauiendo dicta, idest trudendo; multum enim humoris habet pausiae baca, et 'rossia' uulgo dicitur. *Radii*, oliuae, a longinquitate nominatae. *Amara*, uiridis. *Orchades et radii et amara pausia baca*, subauditur: non unam nascuntur in faciem.

v. 87. *Alcinoi.* Alcinous rex Atheniensium, studiosus agricola. Per huius hortos multiformium rerum prouentum laudat. *Siluae*, pomiferae arbores.

v. 88. *Crustumiis*, de oppido Crustumio. *Grauibus*, magnis. *Syriis*, de Syria allatis. *Volemis*, 'uolemae' uel 'uolemi'; 'uolemae' ab eo quod uolam implent dictae, idest mediam manum.

v. 90. *Methymnaeo.* Methymna oppidum, quod est in Lesbo insula, ubi uinum optimum nascitur. *De palmite*, de uite. *Lesbos*, insula, cuius ciuitas Methymna, habens uinum optimum.

v. 91. *Thasiae*, ab insula Graeciae Thaso. Hoc uersu grata uarietas est. *Mareotides*, de loco et regione in Aegypto. *Albae*, *sunt et* purpureae.

v. 93. *Et passo.* Hic ostendit *et* de alia uua posse passum fieri. *Psithia* insula Creta. *Tenues*, molles penetrabiles. *Lageos*, quae latine 'leporariae' dicuntur. *Tenuis*, uel quod cito ad maturitatem currit uel quod tenue et gracile facit uinum.

v. 94. *Temptatura.* Dicit, facile de eius uino hominem inebriari posse. *Olim*, aduerbium cuiuslibet temporis. *Temptatura* et reliqua. Hos uersus a *Caluo* poeta transtulit; ait enim ille: 'Lingua uino, temptantur et pedes.'

---

v. 86 ΟΡΚΕΙϹ B | ΟΡΙϹΕΙ C || pauiendo M | paciendo l || pansio C || trudeudo scripsi | rudendo l || humoris habet pausiae baca, et rossia uulgo dicitur scripsi | humoris habet plus et rossia uulgo dicitnr idest baca l || longinquitate scripsi | lonqnitate B | longitate M || 87 Athenieusium] atenĩsiũ B | ateñsiũ C | atem̃sius M || Per huius hortos scripsi | per hnins ortus l | huius hortos per multiformium rerum prouentum [Homerus] laudat M || 88 Crustumiis C | Crustimiis B || crustimo (v i) B | crystimo C | Crustimio M || Crustumerium oppidum est habnndans piris B m. II || *Volemis*, uolemae uel uolemi scripsi | Volemis uel uolemi B | 90 Methymneo l || methemna B | methaemna C || insula C | insola B || methemua, corr. -imua B || 91 quarta uarietas est coni. M || *Albae*, sunt et purpureae scripsi | Albae purpnreae B || 93 *et* post 'ostendit' inserui || uia l || *Passo* uino cocto B m. II || Psythia M || Lagaeos B || leporariae scripsi | leporarii B || qui latine M || *Tenuis*, uel qnod cito ad maturitatem currit scripsi | Tennes uel maturitatem cnrat B | (lageos) locus ubi cito nites currunt ad matnritatem. Psithia patria ubi iuueuitur uiuum bonum ad uiuum coctum facieudum B m. II || 94 Temptura (ta) C || inhebriari l || dieit de eius uino hominem inhebriari C || aduerbium cuius libet temporis M | ad (de C) cuius libet tempus l || de Calno M || aut enim B || lingua uino temptantnr et pedes B] uidetur 'uincitur' intercidisse. Fortasse:

..uincítur liugna
uinó temptantur ét pedes.

v. 95. *Purpureae.* Hae cito maturescunt. *Purpureae*, genus uuae purpurei coloris.

v. 96. *Rhaetica*, a regione Italiae idest Rhaetia dicta. *Rhaetica.* Hanc uuam *Cato* praecipue laudat. Licet sint optima, tamen postponuntur. *Falernis*, hoc est uino Campano non praeferendum. *Cellis*, ubi uina conduntur, 'cellae' dicuntur. *Falernis.* Falernus *mons* Campaniae, in quo uina optima nascuntur.

v. 97. *Amineae.* 'Amineum' dici uersus probat. 'Amineum' uinum quasi sine minio dictum, idest sine rubore; nam album est. Vel 'Amineos' Pelasgos fuisse *Varro* ait. Hinc ab agro Amineo hanc uitem translatam dicunt. *Firmissima*, diuturna antiqua.

v. 98. *Tmolius.* Lydiae mons. Notandum hic quod uinum masculino genere dixit 'Tmolius', nec inmerito, quoniam et aput *Petronium* in Satira inuenitur. *Tmolius adsurgit* et reliqua. Duplex est expositio. Nam alii uolunt sine uitio '*uinus*' *subaudiri*; alii ad superiora referunt, et non ad poma, sed ad uites, ut sit: 'quibus cedit Tmolius et Phanaeus', montes uitibus consiti. *Phanaeus*, promuntorium Chii. *Tmolius*, mons in Cilicia. Tmolium dicit et Phanaeum cedere Amineae uiti, licet uitibus fertiles.

v. 99. *Argitisque.* Candida uina, quae per multos annos durant. *Minor*, quantum ad solam speciem pertinet.

v. 100. *Aut tantum* . , . .

v. 101. *Accepta*, amata dilecta. *Secundis*, sacrificiis, uel pro pictis frugibus.

v. 102. *Rhodia.* Rhodia et Rhaetica a regionibus dictae. *Bumaste*, regio uel uua quae *est in mammae* bouis similitudinem.

---

v. 95 hae cito scripsi | hic licito l | haec cito M || 96 Retica C | Retika B || a regione Italiae idest Rhaetia dicta scripsi | a regione idest italiae retia dicta l | Rhaetia dictae M || Retica C | Retika B || hanc uitem M || fallernis C || uno campano C || Falernus *mons* Campaniae scripsi | falernus campaniae B | Falernum Campaniae M || 97 Amineum dici uersus probat. Amineum uinum — nam album est. Vel Amineos etc. scripsi, cf. Seru. | amineium uinum diuersa probat nam album nam amineum quasi sine minio dictum idest sine rubore uel amineos l || Pelasgos M | pelasgas B | pelagas C || hac uitem C || diuturna scripsi | diurna B || 98 lidie l || dicit M || aput fronium C | aput franium B || in satyria B | in satiria C || aput *Petronium* in *Satira* scripsi cum Buechelero Petr. sat. p. 46 not., praef. I. | Afranium M cf. praef. p. 723 || iuenitur B || Tẹmollius B || uolunt sine uitio *uinus subaudiri* scripsi | uolunt sine uicio B cf. Seru. || cedit molius (sic) B | cessit M || consiti scripsi | consistentes B || phęneus promontorium B || *Tmolius*, mons in Cilicia scripsi | chii in sicilia tmolium dicit et phaneum B || 99 Argitisque C | Arguitis B || qui per l || durant quia et Argitis maior est, idest ciuitas Siciliae C || *Minor*, quantum ad solam speciem pertinet. v. 100 Aut tantum . . . . transposui et lacunam statui | Aut tantum quantum ad solis specimen pertinet l | ad solam speciem M cf. Seru. || 101 uel pro pictis frugibus] An: *uel propitiis uel frugibus*? cf. Philarg.: *Mensis secundis* quae post inferuntur, per quod significat et esui et potui bona; — diis secundis intellegit hoc est *propitiis* || 102 rodia et retica B | roda et retica C || *Rhodus*, regio B m. II || *Bumaste*, regio uel una quae *est in mammae* bouis similitudinem scripsi | Bumaste regio uitibaq; bobis similitudinem B et, om. regio, M || Bumaste uua est in similitudinem (similitudine) mammae bouis B m. II ||

v. 104. *Refert*, prodest interest.

v. 105. *Quem*, idest numerum. *Quem qui*, idest innumera sunt uitium genera, quare offensus ait: qui enumerare conatur uniuersa, debet inpossibilia scire, ui harenarum fluctuumue numerus incertus est. *Libyci*, quia, ut ipse ait (Aen. IV 257), maxime harenosum est.

v. 107. *Incidit*, incubuit.

v. 108. *Ionii.* Ionium mare ab Isthmo usque ad Macedoniam extenditur, dictum quod *Io in eo* Iunonem fugerit.

v. 109. *Nec uero terrae.* Tautologia est hic, quae duobus modis est. Prima est, quando unam rem ponimus bis, sed aliter ut (Aen. I 664): 'Nate, meae uires, mea magna potentia, solus.' Secunda est quando ipsam rem repetimus ut (Georg. I 53): 'Quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.'

v. 110. *Crassis*, lutosis uel coenosis.

v. 112. *Apertos*, solares.

v. 113. *Bacchus amat colles*, amant uites montes. *Et frigora taxi*, deest 'amant'.

v. 114. *Aspice*, intuere. *Domitum*, excultum. In hoc loco omnes regiones laudat, sed apposito crimine, ut cum *ad* panegyricum Italiae *ueniat*, maior fama eius uideatur.

v. 115. *Pictos*, quos alii dicunt 'Cruithneediu' sed false. *Pictosque*

---

v. 104 interest] uel distat B m. II || 105 quare offensus ait scripsi | uir offensus ait B | uir offerant C | quibus offensus M, cf. Seru. || qui enumerare scripsi | qui interim l | qui enim conatur uniuersa cognoscere Seru. || harenarum fluctuumue scripsi | harenarum (arenarum C) uel fructuum (fluctnum C m. I) fluctuumue l | fluctuumque M | De fructibus hic nil agitur; *uel fructuum* aut dittographia aut uarians scriptura illius *fluctuumue* est || libici B || quia ut ipse ait, maximo scripsi cf. Philarg. h. l.: *Libyci*. Ipse alibi: 'Litus arenosum Libyae' dixit. Schol. Veron. p. 77, 5 K. (Bücheler Annal. phil. class. 1866 p. 67): quia maxime harenosum. ipse alibi litus harenosum ait (ad) Libyae | quia ipsud maxime B || 107 incubuit B | incumbit C || 108 Isthmo M | istimo B || quod *Io in eo* Iunonem fugerit scripsi | quod iunonem fugerit B || 109 quae duobus M | que duobus l || prima est quando scripsi | prima est qm̃ l | prima est quum M || ponimus bis sed aliter ut. 'Nate' etc. scripsi | ponimus nobis ut nate l cf. sq. | ponimus nouis ut 'nate' M || potencia B || secunda est quando scripsi | secunda est qm̃ l | secunda est quum M || ipsam rem repetimus scripsi | ipsam rem sed (saed B) aliter repetimus l | 'sed aliter' supra, quo pertinet, collocaui || repetimus 'quid' etc. M || qneque B | quacquae C || queque l || recusat l || 112 solares] uel manifestos ad solem (sole) B m. II || 113 montes l | colles M || 114 Aspice M | Aspicere l || sed apposito crimine scripsi | sed opposito crimine B || ut cum ad panegyricum Italiae ueniat, maior fama eius uideatur scripsi | ut cum pani gerum italiae maior sama esse uidetur B | ut ad pauuigericum Italiae maior iam esse uideatur Burm. G (Leid. 135) | ut ad panegyrum Italiae maior iam esse uidetur M || 115 *Pictos*, quos alii dicunt 'Cruithnecdiu sed false scripsi | Pictos quos alii dicunt cruithnec diu sed false l (sic) | quos alii 'Cruith', nec diu sed M, qui 'false' perperam m. II scriptum esse iudicaret et pertinere ad id, quod m. II in B additum legitur, 'uel populus Scythiae' (sitiae), a quo deceptus Mommsen mus. Rh. XVI p. 447 coniecit: 'quos aliter «Cruithnec», diuersi sunt' || De illo 'Cruithnec' cf. Diefenbach orig. Europ. p. 149. 274. Sed uerum

Gelonos, qui stigma habent. Sunt autem Thraces a Gelono, Herculis et Chaoniae Nymphae filio dicti.

v. 116. *Sola India*, omnem plagam Aethiopiae dicit.

v. 117. *Hebenum*. Hic 'hebenus', hoc 'hebenum' fit.

v. 118. *Odorato*, magni odoris.

v. 119. *Balsama*, genus ligni. *Acanthi*. *Gnifo* commentatur annalium libro decimo hanc arborem in insula Cercina regionis Africae esse oportunam tincturae, quae in floris sui colorem lanam tinguat, unde uestis Acanthia appellatur.

v. 121. *Vellera*, pro foliis dicit. *Depectant*, tollunt decerpunt detrahunt. *Seres*, plebes, uel uerius quidam in arbore uermes et bombyces appellantur qui in morem aranearum tenuissima fila deducunt, unde 'sericum'. Nam lanam arboream non possumus accipere, quae alibi procreatur.

v. 122. *Aut quos* et reliqua. Haec enim magnas arbores habet.

v. 123. *Extremi*, ut ostendat Indiam extremam partem orbis. *Aera*, aerem.

v. 124. *Arboris*. Arbores procerrimae gignuntur, quarum cacumina sagittae non pertingunt, sicut et *Clitarchus* refert.

v. 125. *Non tarda*, strenuissima.

v. 126. *Media*, ubi primum citrium natum est. *Tristes*, amaros, ut (Georg. I 75): 'Tristis lupini'. *Tardumque saporem*, diu inhaerentem ori, uel uix intellegibilem.

v. 127. *Felicis mali*. Omni enim tempore pomifera; ut alii: *Felicis mali*. Apud Medos quaedam arbor est, quae 'citrium' dicitur habens mala quae 'Medica' uocantur, et ideo dicitur 'felix', quia nec folia ullo tempore amittit et omnibus maleficiis obstat, uel certe 'felicem' dixit fertilem, ut (Aen. VI 230): 'Ramo felicis oliuae'. Hucusque *Iunilius* dicit. *Praesentius*, maius. *Vllum*, idest auxilium, quia contrarium est maleficiis; si qui enim uenenum acceperint et illud manducauerint, facile liberantur periculo.

---

est 'Cruithnecdin' (cruitheutnath) cf. Diefeubach. Celtica II 2 p. 215. 217 || Geloues M || traces B || Gelone M || Cbaoniae] Echidna dicitur a Probo p. 48, 4 K. quod hic repoui unlt Wagner de Phil. II p. 26 ||

v. 116 ethiopiae C | etiopiae B || 117 hebeunm M | eunm B | (Hebenum) arbor quae incisa iu lapidem uertitur B m. II || 118 Odurato B || 119 Balsama genus ligni C || Balsama, corr. -um Arbor (m. II, in ras.) Liquor carpobalsamum fructus opobalsamum liquor cauerua serobalsamum lignnm fractum B m. II || Gnifo] cf. de hoc loco praef. p. 724 || insola certiua B | Cercina Mommsen mus. Rh. XVI p. 452 || oportuuam B || lauam om. M || nestis Acauthia M | uitis acautia B || 121 seres sericum quod bombices uermiculi faciunt B m. II || Seres plebes uel uerius quidam scripsi | plebes uel uerius seres quidam B cf. ad v. 134 | Prolebes nel uerius Seres quidam M || bombices B || aranearum M | arenearum (sic) B || quae alibi scripsi | que ubi B | quae ubiquė M || 123 orbis india C || *Aera*, aerom scripsi | Aera aer B || 124 sicut et Clitarchns scripsi | sicque eclitarcbus B | siqne eclitartus C | sicquo Clitarchus M || 125 struissima C || 126 tristes B || diu iNerentem ori B (sic) || 127 felicis simali C || quae Medica uocautur scripsi | quae medi uocautur l || qui^a C || maleficiis] An 'ueneficiis'? || obstrat C || Praeseutius maius ullnm M || anxilium scripsi cf. v. 130 | malnm B || maleficiis] Au 'ueneficiis? cf. ad Ecl. VI 74 || acciperint B ||

v. 128. *Pocula*, uenena quae per pocula dantur. *Saeuae*, epitheton omnium nouercarum.

v. 129. *Non innoxia*, nocentissima. *Et non innoxia uerba*, uox confessiua.

v. 130. *Auxilium*, quia periculo liberat. *Venit*, offertur. *Agit*, excludit. *Atra uenena*. Venenum radices, nuces, lupini et reliqua.

v. 131. *Ipsa*. Medicam arborem accipe. *Faciemque simillima lauro*, sed maiora folia habet quam laurus.

v. 132. *Iactaret*, emitteret.

v. 134. *Ad prima*, nomen pro aduerbio. *Ad prima*, idest prime uel maxime. *Olentia*, putentia. *Animas*, halitus foetidos dicit. *Animas* idest pulmonis uitiosum anhelitum, qui et sub dentibus inhaeret. *Medi*, plebes.

v. 135. *Senibus*, suspirium infirmum habentibus.

v. 136. *Sed neque Medorum* et reliqua. Incipit laus Italiae, quam exsequitur secundum praecepta rhetorica. Dicit enim eam omnia bona habere et malis uniuersis carere.

v. 137. *Pulcher Ganges*, quia agros fertiles facit Indiae. Vt alii: Ganges solus contra solem nascentem oritur. *Auro turbidus*, harenas aureas trahens. *Hermus*, Lydiae fluuius, in quo nascitur aurum, et ideo 'turbidus', seu quod copia auri uiriditatem aquae perdat, seu quod ita sit intollerabili cursu rapax, ut turbida semper congerie suscitet harenas. *Ganges*, Indiae fluuius est; oriens a Caucaso circumit maximam partem Indiae et Oceano Indico adsumitur, qui auro purissimo lapidibusque pretiosis nimboso turbine ac uentorum flatibus incitatus sua litora sternit. Vnde in poetarum carminibus eius 'aurea' litora legimus et ideo eum Vergilius 'pulchrum' inter fluuios dicit. *Hermus*, fluuius Asiae, eumque dicit auriferum, quia Pactolus aurifer in eum defluit. Pactolum autem esse auriferum *Aurimantus*†, qui Alexandri Macedonis res gestas scripsit, testis est.

v. 138. *Bactra*, urbs Asiae, in oriente, quam Alexander Macedo cepit. Inde '*Bactriani* populi'. *Bactra*, idest urbs Persarum. Haec loca cum Italia comparat.

---

v. 128 quae per pocula dantur transposui | per pocula quae dantur l || 129 uox confessiua] an 'confirmatiua'? || 130 Agit expellit excludit C || ofertur C || Venenum radices etc.] uenena. radices enim nucesque ac lupini acceptum nomen fugunt (uenenum fugant Mommsen) cod. Leid. 135, cf. Seru. || radicis nucis l || 131 Medicam scripsi | mediam l || accipit C || folia M | falia B || 134 Olentia putentia M | Olenti pudentia l || anelitum B || inheret B || 135 suspirium M | suprimum B || 136 Iusit alie C || ex^s^equatur C || rethorica l || eam M | ea l || 137 harenas B | arenas C || lidiae B | lidie C || copia auri B (sic) | copia tauri C || ui^ri^ditatem C || intollerabili l || cursu M | causa l || suscitet M | suscitat l || harenas l || fluuius est oriens etc. M || purissimo M | purismo B || lapidibusque preciosis B | lapidibus pretiosis M || p^o^etarum B || fluuios M | fluuius B || pactulus, pactulum B || Aurimantus †] 'Aurimanti' istius nomen, ut certe antiquam induat formam, in 'Erymanthum' mutanerim. Amyntianus coniecit Schneidewin Philol. VII p. 739 conlato Phot. Bibl. cod. 131 p. 97 B quod conprobat Stiehle Philol. IX p. 479, cf. scriptt. rerum Alex. M. ed. C. Müller p. 161 || testis M | testus B || 138 quam alexander (sic) l || macbedo C || cepit C | coepit B || Bactriani populi. *Bactra*, idest urbs Persarum scripsi | bac-

v. 139. *Panchaia*, Arabia. *Panchaia*, propter suauitatem dixit. *Pinguis*, bona ubi tus habundanter nascitur.

v. 140. *Haec loca*, Italica quae sunt bona. *Non tauri* et reliqua. Laudat Italiam istis maculis uiduam. *Non tauri spirantes*, quales fuerunt cum Aeeta in Colchide, ciuitate Scythiae. Hic fabulam Medeae Aeetae filiae et Iasonis Thessali domantis tauros a Medea adiuti intellegendum.

v. 141. *Hydri*, pro dracones, ut solet; in Boeotia Cadmum seuisse, in Colchide Iasonem. *Hydri*, serpentes.

v. 142. *Seges*, de semine.

v. 143. *Grauidae*, largae fertiles habundantes. *Massicus*, idest de monte Campaniae, ut *Iunilius* dicit, qui prope Falernum est, in quo uinum excellens est.

v. 145. *Bellator equus*. Equos bellicos in Italia nasci adserit.

v. 146. *Clitumne*. Italiae lacus. Est autem in Vmbria, parte Tusciae, lacus Clitumnus, et eodem nomine deus et fons et fluuius, ex quo apparet Virgilium non sine causa dixisse et 'flumen sacrum', ubi boues optimi nascuntur. *Maxima*. In Meuania quae est pars Vmbriae, in qua est Clitumnus, tauri optimi nascuntur, quos triumphantes prae se agunt et magis humiles† immolant. *Taurus*, quia triumphantes albis tauris sacrificant.

v. 147. *Perfusi duxere*, greges uel tauri.

v. 148. *Duxere*, pro antecessere.

v. 149. *Hic uer*, quando enim alibi est hiemps, hic aestas. *Ver adsiduum*, idest uerna temperies; nam uer adsiduum esse non potest.

v. 150. *Bis*, biferae.

v. 151. *Rabidae tigres*, malum Armeniae.

v. 152. *Aconita*, herba uenenosa, dicta a cotibus, in quibus nascitur, cuius sucus letalis est, et in Ponto nascitur. Hic ad innocentiam Italorum respiciens execratur uenena peregrina. *Aconita*, malum Ponti.

v. 153. *Orbes*, gyros.

v. 154. *In spiram*, idest, quando se in nodum conglomerat anguis. Sunt quidem serpentes in Italia, sed non tales, quales in Aegypto et Africa.

---

traani popnli idest urbis persarum 1 | Bactriani populi idest urbis Persarum M || cnm Italia scripsi | italia 1 | Italiae M ||

v. 139 panchai propter B || hubi tus B | hubi thus C || habundanter C || 140 laudat M | lauda 1 || cum Aoeta] cnm eta B | Acetae M || cholcide ciuitatis soithiae B | ciuitate M || Hic fabulam scripsi | haec fabula B || mediae ete B || isonis thesali B || a media B || adiuti intellegendum scripsi cf. ad Ecl. IX 1 | adiutus tangendum B | adiuti tangenda M || 141 ut solet] An: 'ut fabula est'? || boetia cadnum 1 || cocide 1 || 143 idest de monto scripsi | dele monte 1 | de monte M || innlius B | iunil C || falonum 1 || 145 Equos bellicos] corrupte habetur in Leid. 135 sic: bellicosi equi in Italia nasci adsuerunt || 146 *Clitumne greges* Italiae lacus; antem M | aut C || in Vmbria parte M | in umbra partis 1 || lacus M | locus 1 || *Clitumnus*, fluuius in Meuania (sic), quem cum animalia potanorint albos fetus (sic) creant B m. II || In Menania quae scripsi | meuanniaq; B | Meuania quae M || ibi nascuntur M || et magis humiles †] An 'et aquis humidos'? cf. v. 147 || 149 adsiduum, bis B || 151 Rabidae — Armeniae om. M || 152 a cotibus M | a cuotibus 1 || loetalis 1 || in panto C || *Aconitum* molum Ponti M || 153 giros B || 154 in nodum M | in nodinm B ||

v. 155. *Adde*, dic. *Operumque laborem*. Industria demonstratur.

v. 156. *Congesta*, coadunata. *Praeruptis*, eminentibus. *Oppida saxis*. Hic laudat Italiam per ciuitates et oppida.

v. 157. *Fluminaque*, quod laudat etiam *Cicero*. *Subter*, infra.

v. 158. *An mare* et reliqua. Adriaticum 'superum' uocatur, Tyrrhenum 'inferum', ut *Iunilius* et *Tranquillus* dicunt, 'quibus adluitur Italia'. *Mare quod supra*, Adriaticum; *quod infra*, Tyrrhenum.

v. 159. *Lari*. Larius lacus in Italia sub urbe Como. *Annc.* Naturae beneficium. Vel *Lari*, lacus in Gallia cisalpina, circuitus habens stadia CXX.

v. 160. *Fluctibus et fremitu*, antiptosis hic est. *Benace*. Benacus lacus inter Brixiam et Veronam, quae sunt ciuitates Venetiae. *Iunilius* dicit: *Benacus*, eiusdem regionis lacus, circuitus *habens* stadia mille, ut *Aemilius Macer*: 'Illi multa lacus quem circum milia'. *Gaudentius* dicit: Benacus magnitudine sua marinas tempestates imitatur. *Adsurgens*, crescens, pro 'adsurgentem'.

v. 161. *Portus*, unum brachium Caesar adiecit, ut tutior esset illic nauibus statio. *Lucrino*, lacus Campaniae. *Lucrinoque addita claustra*. In Baiano sinu Campaniae contra Puteolanam ciuitatem lacus duo sunt, Auernus et Lucrinus, qui olim propter copiam piscium uectigalia magna praestabant. Sed *cum* plerumque maris impetus pisces excluderet, redemptores grauia damna patiebantur supplicaueruntque senatum, et praefectus G. Iulius Caesar ductis brachiis exclusit partem maris, quae ante infesta erat et reliquit breue spatium, quo pisces intrarent, et hoc 'opus Iulium' dictum est. Sed hic ambitiose 'undam Iuliam' appellat, frementem contra moles a Iulio positas.

v. 162. *Indignatum*, simile indignanti, ac per hoc sonans, hoc est exclusum a solita licentia.

v. 163. *Iulia*, a Iulio Caesare dicta. Ambitiose 'undam Iuliam' appellat frementem contra moles a Iulio positas.

v. 164. *Auernis*. Lacum Auernum dicit, per quem Augustus ratem,

---

v. 156 Comgesta quo adunata C || 157 Flumina M || 158 Animare C || uoca uel C || tyrrenum l || Tranquillns, cf. Reiffersch. Suet. rell. fragm. 157 p. 242 et praef. p. 706. 726 || 160 antiptosis scripsi | tapinosis l cf. Seru. || Brixiam M | briem l || Venetiae scripsi | nenatice l | Veneticae M || circuitns *habens* stadia scripsi | circuitus stadia l || nt emeliens macer l | Hexametrnm sic restituas: 'Illic multa lacus quem circum milia *currunt*' (uel *curras*) || magritudine C | Verba *Iunilius* dicit, *Gaudentius* dicit, quae perperam ad antecedentia scholia rettulit M, ad sequentia potius pertinere, i. e. in scholiorum initiis esse posita, docent Philargyrius Seruinsque conlati || adcrescens M || adsnrgentem scripsi | ad gentem B || 161 nnum scripsi | iuū l | in eum M || tucior l || stacio B || propter scripsi | per B || uectigalia magna M ex Seru. | uectiltalia, corr. uectigalia B | mag. B || cum add. M || malis, corr. maris B || excluderet scripsi cnm Seru. | includeret B || redemptores scripsi | et redemptores B || praefectns] profectus Leid. 135 || dictis B || ambiciose B || 162 simile indignanti l | simile indignant M || hac per C || sanans C || ad solita C || 163 ambiciose B || a iula l ||

qua erat usus aduersum Pompeium, inmisit, sed idcirco hanc stationem poeta laudat, quia nondum erat portus Augusti.

v. 165. *Haec*, Italia.

v. 166. *Fluxit*, habundauit.

v. 167. *Acre*, forte. *Marsos* et reliqua, gentes bellicosas in Italia. *Sabellam*, Italicam.

v. 168. *Adsuetum*, exercitum. *Malo*, famc, inopia uictus. *Adsuetum malo*, pro 'labore adsueto', sicut e contrario 'labor' pro 'malo' ponitur, ut ibi (Aen. IV 169): 'Ille dies primus leti primusque laborum'. *Vulscos*, in Alpibus Vulsci sunt. *Ligurem*, Ligures, ut *Nigidius* dicit, confines Galliis, latrones ac piratae. Frigida enim et montuosa loca, idest Alpes marinas incolunt. *Verutos*, uerutis telis utentes.

v. 169. *Extulit*, creauit. *Decios*. Decii duo fuerunt, pater et filius; pro republica se deuouerunt, quorum alter bello Gallico, alter Marsico functus est. *Marios*. G. Marius Arpis *natus* qui de Iugurtha et Numidiis triumphauit *et de Teutonibus* et Cimbris Galliae gentibus. Marii multi fuerunt, quorum *unus* VI consul fuit. *Camillos*, abusiue, nam unus fuit, qui Gallos prostrauit, praenomine Marcus. Hic est Marcus Maximus Camillus. Fuit tamen et alter, Ligurius, Furius Camillus Pontifex, qui praedam fecit et Latinos subegit, propter quae statua *in* eius *memor*iam posita in Rostris publice stat.

v. 170. *Scipiadas* pro Scipiones, ut (Aen. I 490): 'Amazonidum' pro Amazonum. Duo Scipiones fuerunt, auus et nepos, quorum unus uictae Carthagini leges inposuit, alter eandem diruit. Haec plenius in sexto libro dicemus.

v. 172. *Inbellem* et reliqua, ut alibi (Aen. III 237): 'Scuta latentia condunt', pro abscondunt et latentia faciunt. Sic et hic non 'inbellem auertis', sed quem tu inbellem facis et sic auertis; uel ideo 'inbelles', quia hos Caesar contemnendo inbelles uocauit. *Arcibus*, Romanis urbibus.

---

v. 164 craet B || aduersus M || stacionem B || angusti B || 168 exercitum malo̅ M || pro labore scripsi | probare l || ut ibi scripsi | ut ubi l || laeti l || uulcos l || Ligorem, ligores B || ut Nigidius] cf. Seru. ad Aen. XI 715 et Burm. G. l. l. || galliis B | Gallis M || latronesac phyratae B | et piratae M || et montnosa B | ac montuosa M || ueritos B || utentes om. M || 169 creauit scripsi | creat l || se deuonerunt] sod euouerunt l | se euouerunt M || Decios — functus est] Gloss. Bern. cod. 16, saec. IX—X. 'Virgilii (sic in margine): *Decios*. Decii (deci) duo feruntur Mures cognomento dicti et ob paruitatem (op. parnitate) corporis nominati; diuersis temporibus pro re p. se deuouerunt (deuoluerunt), pater gallico bello (nati quo uello) filius latino.' || G. Marius Arpis *natus* qui — triumphauit *et de Teutonibus* et Cimbris scripsi secundum Leid. 135 | G. mars de iugortha et numediis triumphauit arpisqne et cimbris B || quorum *unus* VI consnl scripsi | quorum VI consnl B | quorum [hic] VI consul M || gallos (sic) B || propter quae scripsi | per qnae B || in eius momoriam scripsi | eins iam B || 170 ut [Amazonidnm pro] Amazonum M | ut amazoum l || uitae cartagini l || Hoc plenius M || in sexto libro] cf. Seru. Aen. VI 844 || 172 ut alibi scata lateutia (lẹtentia, a superscr., C) condunt l | ut alibi scita latentia quaedam M ||

Inbellem auertis, inertem aut sine bello fugere facis, idest auertendo reddis inbellem. *Indum*. Indi ad orientem sunt, a flumine Indo dicti, sed nunc per Indos barbaras gentes significat, quae sunt ad orientem. Non enim Indi tantum imperium Romanum, sed Parthi et qui sub Parthis erant, sensere.

v. 173. *Salue*, pro adoratione positum est, ut (Aen. V 80): 'Salue sancte parens' et: 'Saluete recepti', et (Aen. VII 120): 'Salue fatis mihi debita tellus', et (ibid. v. 121): 'O fidi Troiae saluete penates'.

v. 174. *Tibi*, ad tuum honorem. *Res antiquae*, antiquas res. Hic sensus est: dico iam haec, quae olim debui dicere. *Tibi res antiquae laudis*, quia antiquis maxime agrorum culturae inseruire gloriosum erat.

v. 175. *Ingredior*, incipio.

v. 176. *Ascraeum* et reliqua. Carmen Hesiodi dixit. Ascra ciuitas in Graecia, ubi sunt natae Musae. Ergo dicit: Alia non cano, sed unde sumpsit Hesiodus Graecus poema, inde et ego ad dicendum sumpsi, sed ille Graecis cecinit, ego Romanis. *Ascraeum*, cano Hesiodi Graeci poetae carmen. *Ascraeum*, a uico Ascra, ubi Hesiodus natus.

v. 177. *Nunc locus* et reliqua. Tempus, dicendi naturam agrorum. *Ingeniis*, pro naturis. In hoc loco propositio continetur, deinde exsequutio breuiter. *Quae robora cuique*, quae sit possibilitas cuiusque.

v. 178. *Quis color*, quae species. *Et quae natura ferendis*, qualis naturae *res* una quaeque sit et quid maxime generari possit.

v. 179. *Difficiles*, durae. *Maligni*, steriles uel asperi.

v. 180. *Tenuis*, sine humore, quia est et pinguis. *Calculus*, lapillus, idest lapis breuis terrae admixtus, dictus quod sine molestia sui breuitate calcetur. *Dumosis*, spinosis.

v. 181. *Palladia*, a Minerua, eo quod Minerua oleae inuentrix dicitur. *Viuacis* diu uiuentis.

v. 182. *Indicio*, testimonio idest exemplo. *Oleaster*, genus arboris oliuae similis. *Tractu*, territorio, ut puta 'tractus prouinciae', idest territoria. Vbi oliuam nasci dicit, ibi et oleaster erit.

v. 183. *Plurimus*, copiosus.

v. 184. *Vligine*. 'Vligo' humor quidam pinguis, qui de montibus

---

v. 172 sed Parthi M | sed partibus B || 'partis B ||

v. 173 adoratione scripsi | adoratore l || et: 'Salueto rocepti' addidi | Salue sancta parens et salue fatis l || telles C || osidi C || saluete perotestes l] Quod nocabuli monstrum 'peretestes' pro 'penates' corruptum, cum uideretur non nisi duobus uocabulis perperam in unum conflatis ortum esse, 'saluete recepti' addidi || 174 Res antiqui C || 176 Carmen Hesiodi dixit. Ascra — Musae. Ergo dicit: alia non cano sed unde sumpsit etc. scripsi et transposui | carmen hesiodi dixit ergo alia dicit non quo (non equo C) ascra (asera C) ciuitas in grecia ubi suut uate musae unde sumpsit etc. l | Post 'non quo' nonnulla excidisse uideutur Müllero || esiodus B || 177 propositio M | proportio B || 178 naturao *res* una quaoque scripsi | naturae uua quacque B || 180 calotur C || 182 Oloaster gonus M | Olea ⁊ gouus B | Olca snut geuus C || territorito B || ut puta tractus prouinciae, idest territoria ubi oliuam nasci dicit, ibi et oleaster erit interpunxit M ||

super glebas uenit quique non patitur terram arescere. *Vligine laeta* [uligo]. Tamen *Cominianus* ait: 'in eadem forma masculina uligo et farrago'. *Laeta*, umore terrae.

v. 188. *Felicem*, fertilem fecundum. *Editus*, expositus, ut undique accipiat flatus.

v. 189. *Filicem*, quia terra quae filicem generat, inutilis est, quia quicquid frumenti satum fuerit, a filice suffocatur. *Pascit*, nutrit; ubi enim filix fuerit, optimus est locus uitibus. *Inuisam*, odiosam. *Inuisam aratris*, tropum metaforam *fecit*, ut uideantur quasi suas iniurias aratra sentire, quod radices filicis aratris sint inpedimento.

v. 190. *Hic*, idest campi. *Praeualidas*, permansuras. *Olim*, futuro. In laude parum dixerat 'praeualidas', nisi dixisset 'olim', idest multo tempore duraturas.

v. 191. *Hic*, campus. *Fertilis uuae*, fertilis uuae erit.

v. 192. *Laticis*, idest uini.

v. 193. *Inflauit*, cecinit. Apud Tuscos enim a Tyrrheno symphonii et tibiae usus inuentus et sacris primus additus est, et fere omnes tibicines. 'Eborem' autem pro tibiis posuit, quia ex ebore fiunt eaeque in sacrificiis adhibentur. *Pinguis*. 'Pinguis' dicit, quia sacrificiis intersunt, propter carnium copiam. *Ebur*, pro symphonio et tibia.

v. 194. *Lancibus*, caucis rotundis. *Pandis*, caucis longis, incuruis. *Pandis*, patentibus, apertis. *Fumantia*, recentia. Cum uota tibi bene responderint, tunc funde libans. *Reddimus*, libantes.

v. 195. *Armenta*, equos dicit.

v. 196. *Culta*, uites, ab eo quod coluntur. *Vrentes*, nam ex morsu haedorum sic uites uruntur ac laeduntur, ueluti ex flamma.

v. 197. *Saturi*. Saturum *Caelius* in libro quinto historiarum dicit nomen accepisse a Satura puella, quam Neptunus conpressit. *Petito*, im-

---

v. 184 terra marescere 1 || Vligine laeta M | Vligine betet B || [Vligo] tamen Cominianus ait: in eadem forma masculina uligo et farrago scripsi | uligo tamen communi ait in eadem forma masłna ut iligo efferrago B | in eadem forma mas uel femina M, cf. Charis. I p. 65, 11 K 'inueniuntur tamen ex eadem forma masculina uligo et farrago', — unde fortasse scribendum: *Inueniuntur* tamen, *ut* Cominianus ait etc. || umore scripsi | uirore B || 187 *Despicere*, idest conspicere C || 188 Quae post 'accipiat flatus' secuntur in B: 'ex pro mercede accipiendum est', fortasse ad v. 191 pertinent, scribendumque: '*Sufficiet*, pro mercede accipiendum est', conpensans scilicet frumenti suffocationem || 189 Felicem 1 || metraforam B || fecit ex Leid. 135 add. || ut uideant Leid. 135 | uel uideantur B || suas iniurias] An filicis iniurias? || aratris sunt Leid. 135 | aratri sint B | aratro sint M || 190 futuro scripsi | fut̃ B | futurum M || paruum M || 192 Latices B || Latex a latendo B m. II || 193 a tyreno 1 || simphonii 1 | symphonia M || et sacris primus additus est] An potius: 'et *in* sacris primus adhibitus est'? cf. sq. || tibicines M | tibicinit 1 || eaeque M | eaque 1 || carnium coni. M | ciuium B || symphonia M | símphonio B || 194 cautis rotundis C || caucis, rotundis — caucis, longis M || discis uel resupinis B m. II || cum uota etc.] cf. praef. p. 729 || Redimus B || *Exta*, quicquid intra corium nascitur B m. II || 195 aequos C || 196 hedor. B || hac leeduntur B || 197 Satur 1 || Saturum addidi || accipisse 1 || quam M | quem 1 || *saturi*, locus tarentem

peratiuus modus. *Longinqua*, longe posita, uel posteriora, ut *Iunilius* dicit. *Tarenti.* Tarentus ciuitas Italiae in Calabria, ubi foenum satis nascitur et lana Tarentina unde et Hercules fuit, ex quo Virgilius ait (Aen. III 551): 'Si uera est fama Tarenti'. Regio in qua Tarentum constitutum est, antea 'Satura' uocata est.

v. 198. *Mantua*, uirgo, quam adamauit Tiberis, unde natus est conditor huius ciuitatis.

v. 199. *Niueos*, candidos.

v. 200. *Liquidi*, puri, sine pestilentia,

v. 202. *Gelidus ros*, bene dictum 'hic' ros.

v. 204. *Putre*, maturum. *Hoc imitamur arando.* 'Hoc' modo non dicit: 'imitamur solum', sed 'studemus et sequimur'.

v. 205. *Optima*, utilis. *Ex aequore*, pro area posuit campi.

v. 207. *Aut unde iratus* et reliqua. Posteritas adnotanda est; prius quippe nemora euertuntur, quam deuehantur. *Iratus*, quod nullos ex his fructus habuisset.

v. 208. *Ignaua*, infructuosa, cessantia, idest eo quod non serebantur ad cessationem terrae.

v. 210. *Illae*, aues.

v. 211. *Campus*, qui necdum operatus est.

v. 212. *Ieiuna*, sterilis uel macera. *Glarea*, lapillosa terra. *Cliuosi*, cliuum et procliuium.

v. 213. *Vix*, idest tantum. *Casias.* Casia in Arabia nascitur. *Rorem*, idest marinum. Casia et ros marinus herbae apibus aptae.

v. 214. *Et tofus*, lapis asperrimus. In glareosis locis uel collibus casiam et tofum nasci ait, in quibus et apes nascuntur. *Scaber*, unde et 'scabies', ab asperitate dicitur. *Chelydris*, serpentibus, quia argillosam terram, idest cretam pro cibo sectantur.

---

quem celius in V libro historiarum dicit nomen accepisse aratura puella quam nepthunus compressit Burm. G, cf. Mommsen mus. Rh. XVI p. 453 ||

longe posito B || fe͂nnm B | fenum M || terrentina B || ex quo Virgilius ait, si uera est fama; Tarenti regio M || in qua tarentum B || antea Satura] antea satura B | ante a Satnra M ||

v. 199 Neueos, corr. niueos B || Niueos albos M || 204 maturum conditum C || 'Hoc' modo non dicit: 'imitamur solum', sed 'studemus et sequimur' scripsi | hoc modo nilum imitamur nilum studiemus et sequimur B | hoc modo nil imitamur nilum studemus et seqnimur M | studemus hoc quidem modo, nullum imitemur Burm. G || 207 undae B || posteritas] i. e. ὕστερον πρότερον cf. v. 260 || euertuntur scripsi | uertuutnr l || quam deuehantur scripsi | qnam debeantur C | quam debebantur B | quam debebant M || nullos M | nullus B || 208 Ignauia C | Ingnauia B || censantia, corr. cessantia, sed ita ut alter litterae n tractus remaneret, B | cefisantia C unde in archetypo idem uitium commissum fuisse patet || idest om. M || terre C | terae B || 211 *Enituit* splenduit B m. II || 212 sterelis l || lapillosa a terra l || *Cliuosi* inclinati B m. II || 213 Post 'in Arabia nascitur' secuntur in C: 'tofus fit in illa terra glareosa' || rosmarinũs (i. e. rosmarinum corr. -marinus) B || 214 in glareosis scripsi | in gloriosis l | in globosis M || nascuntur] Malim pascuntur || Celydris B || quia argillosam scripsi | quia algidiorem B ||

v. 215. *Negant*, idest *Solinus* et *Nicander*, qui de his rebus scripserunt. *Agros*, ager quoque, qui tofum aut cretam habet, tam inutilis est, quam glareosus.

v. 217. *Exhalat nebulam.* Dicit agrum omnium rerum feracem. *Exhalat*, quoniam dicuntur nebulae a terra nasci. *Fumos uolucres*, quasi ex humore.

v. 219. *Quaeque suo* et reliqua. Genus terrae melioris; nam de meliore loquitur, quae semper progenerat et 'facilem pecori et patientem uomeris unci' se praestat. *Suo*, naturali scilicet.

v. 224. *Diues*, ideo quia talem arat. *Veseuo.* Veseuus mons Liguriae sub Alpibus positus, *uel mons* iuxta Campaniam.

v. 225. *Et uacuis*, a fluuio, uel 'uacuas' dicit, quia a paucis habitantur. *Non aequus*, iniquus. *Clanius*, fluuius Campaniae. *Acerris.* Acerrae ciuitas Italiae Campaniae, quam Clanius fluuius inundat. *Clanius*, fluuius Campaniae. non adeo ingens, sed torrens; huic iniuncta fuit Acerrae, quam paulatim inundatione disiecit, et 'uacuas' terras, idest destitutas effecit.

v. 226. *Quamque*, terram.

v. 227. *Supra morem*, supra opinionem, idest plus quam existimas.

v. 228. *Altera frumentis* et reliqua. Hi uersus inconparabiles sunt; tantam habent repetitionem sine aliqua perissologia.

v. 229. *Densa*, terra. Hic ostendit, quid ubique melius nascitur; potest enim et frumentum in rara et uinum in densa nasci, sed non feliciter. *Lyaeo*, eo quod nimium uinum bibentium membra soluit.

v. 230. *Capies*, eleges.

v. 231. *In solido*, ne ager sit concauus.

v. 232. *Humum.* 'Humus' est inferior pars terrae, superior 'terra'. *Aequabis*, calcabis.

v. 233. *Si derunt* et reliqua. Fodi terram iubet et fieri fossam, uelut puteum, ac de nouo terram in eam iactari. Si itaque minor inuenta fuerit, utilis erit uitibus ponendis, *set inutilis* frumentis serendis; sin re-

---

v. 215 Negant (periti) C || gloriosus B || 217 Exalat nebulam C || Exalat quouiam B || Fumns, corr. -os B || quasi fumos scilicet ex hnmore Seru. || 219 soo (v) B || pacientem l || unci se praestat scripsi | nncibus praestat l || 220 *Scabie*, asperitate C || 224 aret M || Vaesęuo B || uęsęnus B || *uel mons* post 'positus' addidi || 225 'Hora' nomen accepit de horologio sicut horologium de hora nomon sumpsit. 'Horae' qnoque nomen ex Graeca origine descendens interpretatur series (ordo) ordo (series) uel umbra, sine etiam finis; inde 'oras' maris et fluuiorum dicimus extremitates siue terminos. Non antem eodem modo scribitur 'hora' temporis et 'ora' ceterarum rerum, sed sola aspiratione discernuntur, quia hora temporis cum aspiratione, ceterarum autem rerum sine aspiratione scribuntnr. B m. III (saec. XI) || quia a pancis scripsi | quia paucis l || iniuncta]. Au 'uiciua'? || acerrę (sic) B || et uacuas terras] An 'et uacuas Acerras'? || distitutas efficit B || 228 hii nersus l || tantam] an: *tam gratam*? || repeticiouem B || *Fauet*, cousentit B m. II || 229 hic [h]ostendit C || post l || 230 eliges M || 232 inferior scripsi | interior B || 233 Si deerunt M || nel ut puteum C || iacturi l || minor scripsi | min' l || utilis erit scripsi | inuti-

pleta fossa superauerit, terram scias fertilem et opimam esse, sed et pecoribus utilem.

v. 234. *Negabunt*, si non potuerint, idest semina.

v. 235. *Scrobibus*, fossis. *Superabit*, si superauerit repleta fossa terra superiora.

v. 236. *Cunctantes*, dubitantes an Baccho an Cereri seruiant. *Cunctantes*, obstantes aratro.

v. 237. *Expecta*, proba ut (Aen. VIII 151): 'Rebus spectata iuuentus'.

v. 238. *Salsa autem.* Non eadem salsa et amara, sed magis alia salsa et alia amara; neque enim *eadem* saporem utrumque retinet.

v. 239. *Frugibus*, idest omnibus fructibus. *Nec mansuescit arando*, dum aratur, sicut illud (Aen. VI 777): 'Sunt sine nomine terrae', idest sine gloria et dignitate.

v. 240. *Genus*, origo, ut (Aen. I 6): 'Genus unde Latinum'. *Nomina*, species, ut (Aen. VII 737): 'Cui nomina mille', idest species.

v. 241. *Tale dabit specimen*, pro indicio posuit exemplum. *Spisso uimine*, spissi uiminis. *Qualos*, cofinos, per quos uinum defluit.

v. 242. *Colaque*, in modum canalis fiunt. *Praelorum.* 'Praelum' dicitur lignum grande, quo premitur oleum. *Deripe*, instrumenta ad colandum.

v. 243. *Ager*, terra.

v. 246. *Sapor.* V genera saporum sunt, uisus auditus odoratus tactus gustus. *Et ora tristia* et reliqua. In superioribus bene diuisit terrarum speciem, separatim salsam, separatim amaram; hic de sola loquitur amara.

v. 249. *Iactata*, tractata. *Fatiscit*, soluitur.

v. 250. *Lentescit*, concrescit.

v. 251. *Humida*, humidam dicit magis herbis quam fructibus laetari. *Maiores*, ad sterilem respicit.

v. 252. *A nimium*, idest, ne herbae plus aequo crescentes adimant spem frumentorum.

---

lis et l || Hoc scholium in cod. quoque 165 extat, sed ita: Fodere terram iubet — ac denouo, corr. denuo — superauit terram, corr. terra — optimam — pocoribus || ponendis, *set inutilis* frumentis scripsi | ponendis et frumentis l || in terram scias C | an '*eam* terram'? ||

v. 234 potuerint scripsi | potuerunt B || 235 fossa; *terra*, superiora M || 236 baccho C | bacho B || seruiant M | seruant l || aratro scripsi | futurae B || 237 proba M | probata B || exspectata B || 238 Non eadem scripsi | cum eadem l || neque enim *eadem* saporem utrumque scripsi | neque enim saporem utraque l || retinet M | retinent l || 239 ut illud M || 241 speciřen B | speciñ C || cofimis M || 242 Calaque C | Calaquae B || oleum scripsi, nisi malis 'calcata uua' cf. Seru. | cocleum B | cochlea M || 247 (temptantum) bibentum gustantum C || 246 seperatim salsam B || de sola M | de solo B || 250 Lentiscit M | (habendo) dum habetur B m. II || 251 *Humida*, humidam dicit magis herbis quam fructibus laetari. *Maiores*, ad sterilem respicit. v. 252. *A nimium*, idest ne herbae etc. scripsi | Humida humidam uel ad sterilem repediat magis quam herbis quam fructibus laetam id est ne herbae l ||

v. 253. *Aristis*, herbis surgentibus.

v. 254. *Pondere*, iacienti.

v. 256. *Sceleratum*, sterile, pro insalubri uel nociuo posuit. *Frigus*, terrae frigus.

v. 257. *Piceae*; ubi enim hae nascuntur, intellegitur terra esse frigida.

v. 258. *Pandunt*, extendunt. *Nigrae*, quia et albae sunt.

v. 259. *His animaduersis*, ut agri qualitatem deprehendas.

v. 260. *Excoquere et magnos* et reliqua, ut excoquatur a sole. Excoquitur tam frigore quam calore; dicimus certe 'deustum frigore holus' resque alias. Scrobes autem excoqui dixerunt omnes, qui Georgicon scripserunt; prius excoqui debent frigore et sole et sic plantas accipere. Quod cum ita sit, posteritas inest sensui; prius enim debuit dicere scrobibus concidendos esse montes, quam terram excoquendam. Solent praeterea, qui celerius uites aut arbusculam quamuis ponere uolunt, incendere scrobes, ut *igni uitium* uice solis aut pruinae excoquatur. *Excoque*, uerte et ara, per ignem enim excoquitur uitium.

v. 261. *Aquiloni*, hieme arare. *Glebas*, cespites.

v. 263. *Gelidaeque pruinae*, deest faciunt.

v. 265. *Viros*, idest experientes.

v. 266. *Ante locum similem*. In translatione arborum similem terram requirendam esse dicit et caeli partem. *Vbi prima paretur* et reliqua. Plantaria in eadem regione habenda esse ait, quoniam diuersis locis uites ceteraeque plantae adlatae ipsa nouitate locorum deteriores fiunt, quoniam quae in frigidioribus locis natae sunt, calidam regionem non sustinent, nec *quae* in calidioribus, frigidam.

v. 267. *Seges*, pro terra translatiue, uel 'seges' dispositio arborum; 'seges' enim proprie messis. Bene 'segetem' appellauit loquutus de semine arborum. *Digesta*, ordinata.

v. 268. *Matrem*, ut (Aen. III 96): 'Antiquam exquirite matrem', idest terram natiuam.

v. 269. *In cortice*, sub eadem plaga.

v. 271. *Austrinos*, meridianam partem. *Axi*, caeli, Septentrioni.

v. 273. *Collibus*, ut supra (Georg. II 113): 'Denique apertos Bacchus amat colles'.

---

v. 254 iacienti scripsi | iacenti l || 256 sterele, corr. sterile B || 257 hubi enim B || extendunt scripsi | ostendunt B || 259 depreheudas l | Ma(co)lim: 'dopreheuderis' || 260 Exquoquero C || exquatur C || olus C cf. Liu. l. XL 45: Hiems ... arbores ... deusserat || exquoqui C || prius scripsi | pro B || scripserunt ex quoqui C || quod ita sit C || prius l | plus M || exquoquendam C || solent M | solē l || quamuis scripsi | magis l || incendere scripsi | intendere l || ut *igni uitium* uice scripsi | uti uice l || exquoquatur C || uicium B || 266 habenda om. M || esse ait scripsi | esse aut B || locurum B || quoniam quae scripsi | quoniamque B || nec *quae* scripsi | nec B || 267 locutus C || 268 Aatrem B || exquiret B || ut antiquam exquirat matrem M || idest terram natiuam scripsi | idest ut in qua B | Nonnulla deesse uidentur Müllero || 273 denique asperos l ||

v. 274. *Quaere*, considera. *Metabere*, metaberis idest dispones et eleges.

v. 275. *Densa*, pro dense. *Segnior*, tardior. *Sere*, pro dispone. *Bacchus*, pro uino uel uite.

v. 277. *Indulge* ut (Aen. IX 165): 'Indulgent uino'. Ad ponendas uites da operam, ut eas efficias largiores, ut ex aequo omnibus uineis uires terra praebeat. *In unguem*, in ordinem uel in aequalitatem; 'in unguem' ad perfectionem. *Positis*, uitibus ordinatis.

v. 278. *Secto* Metafora a marmorariis Afris, quia ungue illi coniunctiones et planitias marmorum probant. *Secto limite*, idest ducto, unde et 'sectae' philosophorum, idest 'ductus' dicuntur. *Quadret*, consentiat congruat. Translatio a quadris lapidibus qui sibi bene conueniunt.

v. 281. *Fluctuat*, splendet.

v. 283. *Dubius*, idest communis. *Errat*, quia euentus uictoriae incertus est.

v. 285. *Pascat prospectus*, delectet prospectus ut (Aen. I 464): 'Atque animum pictura pascit inani', idest pascendi causa.

v. 287. *In uacuum*, liberum aerem; 'uacuum' dixit intercapedinem duarum arborum.

v. 288. *Fastigia*, altitudines. 'Fastigia' scrobum imas fossas dicit; sed 'fastigia' nullo loco de humili parte dixit, alibi pro altiore parte, ut (Aen. II 302): 'Exeutior somno et summi fastigia tecti ascensu supero'.

v. 289. *Ausim*, ausus sim. Facilitate culturae blanditur agricolis, ut ostendat, diligentia magis uites, quam labore consurgere. *Sulco*, fossae.

v. 291. *Aesculus*, genus arboris glandiferae, quae licet ab esu dicta sit, tamen aspera est.

v. 293. *Flabra*, flatus.

v. 296. *Tendens*, uel pandens.

---

v. 274 dispones uel eges C | eliges M || 275 idest non erit iutilior segnior tarde C (leg. uilior) || 277 *Indulge*, ut: 'Indulgent uino'. Ad ponendas uites da operam ut eas etc. transposui | Indulge ad ponendas uites da operam ut indulgeat uino nt eas 1 || ut ex quo C || omnibus C | omibus B || inungum ad perfeccionem B || 278 a marmorariis M | a marmoriis 1 || unge B | iunge C || coniuncciones B || planitias scripsi | planatia 1 || phylosophorum B || consentiat] consentiet B || congruat M | congrna B || de quadris M || 279 Ita sint ordinatae illae uites in directo, sicut ordinatur acies militum, dum adpropinquant bello, nec tamen sunt commixti inter se B m. II | 280 *Agmen* proprie exercitus (exsercitus) praeparatus ad bellum; 'agmen' etiam impetus dicitur B m. II | *Explicuit*, idest collegit uel ordinauit C || 284 (Omnia) spatia uinearum C || 285 dilectet 1 || idest pascendi causa scripsi | sed pascendi causa 1 | om. M. Possis etiam conicere: *Sed* (v. 286), non pascendi cansa || 287 intercapidinem B || 288 sed fastig^i^a C || nihil loco C | nihi loco B | nullo loco M || alciore B || exencior B || lecti M || 289 ausũ sim 1 || cultore C | cultõrao B || 291 glandiferae quae M | glandifera aequae 1 || 295 Saecula (secula) non solum dicuntur mundi, sed etiam hominum B m. II ||

v. 298. *Cadentem*, pro occidentem, ut (Aen. II 9): 'Suadentque cadentia sidera somnos'.

v. 299. *Flagella*, summae arborum partes 'flagella' dicuntur, ab eo quod uentorum crebros flatus sustinent. *Corylum*. Coryli enim radices late spargentes et terram sterilem faciunt et nocent uitibus.

v. 300. *Summa pete* et reliqua. Neque de summa arbore plantam ponito neque de summa uite.

v. 301. *Tantus amor terrae*. Obscure dixit, ut statim germinent. *Semina*, plantas uitium. *Tantus amor terrae*, cum radice pone, ut statim germinent. *Tunso*, hebetato, idest obtunso seminare, quo uites potius quassantur quam putantur.

v. 302. *Semina*, plantas uitium. *Neue oleae*, non sint in medio.

v. 303. *Incautis*, neglegentibus, circa alia occupatis.

v. 307. *Victor*, ignis. *Regnat*, quoniam uictor; ideo 'regnat', quoniam uictorum est regnare.

v. 308. *Nemus*, pro silua. *Et ruit*, ab imo emittit et ruere facit. *Nemus et ruit*. Adnotandum, quod 'nemus' dixerit 'ruit', cum ab imo loco expellit.

v. 309. *Crassus*, ignis crassus.

v. 310. *A uertice*, idest a Septentrione, ut (Aen. I 114): 'Ingens a uertice pontus in puppim ferit', idest a Septentrione.

v. 311. *Ferens*, flans.

v. 312. *Hoc ubi*, subauditur contigerit. *Valent*, siluae.

v. 314. *Infelix*. Cum siluestres truncos oliuae inseris, uitis etsi renascatur, naturam suam in oleastrum uertit. *Superat*, superest, ut (Aen. III 339): 'Quid puer Ascanius, superatne et uescitur aura?'

v. 315. *Nec tibi* et reliqua. Nunc dicit, quo tempore ponendae sunt uites.

v. 316. *Gelidam*, alii rigidam.

v. 317. *Rura*, optima ait.

---

v. 298 suadent quae B ‖ (ad solem uergant) Contra occidentalem plagam, sed potius ad orientem uel austrum. B m. II ‖ 299 Corylus nociua est uitibus, unde in colurnis ueribus capri carnes coquebantur, quia uimirum (uiminum) caper uitibus infestus est B m. II ‖ 300 Summa petere C ‖ uite C | uitae B ‖ neque de summo uitem ponito Leid. 135 ‖ 301 Tantus C | Tant$\overset{v}{o}$s B ‖ obscure C | obscurę B (sic) ‖ Tantos B ‖ cum radico pone scripsi | cum radice deponere B ‖ hebetato scripsi | hederato B ‖ pocius B ‖ 302 Oleaster non quidem est nociuum uitibus, set quia (quod M) ex se ipso ignem generat, sicut oliua (sic; si cum M) ideoque dicit non debere plantare inter uitos quia (quod M) aliquando totum nemus exurit uitium B m. II ‖ 308 ab imo M | ab imi l ‖ ruut C ‖ emittit] Malim 'euertit' ‖ Nemus et ruit scripsi | Ne et ruit B ‖ 309 crasus (s above) B ‖ 310 A uertece, corr. -ice B ‖ septentriono ingens C ‖ 311 (glomerat). Glomus spira (spera; an *sphaera*?) ex filis, unde 'glomerare' coaduuare B m. II ‖ 312 con[ti]gerit B | congerit uel contigerit C ‖ 314 Cum siluestres truncos oliuae inseris, uitis etsi renascatur scripsi | cum exsequutus (exsecutus C) truncos oliuae ferit iam etsi renascatur l cf. v. 302 ‖ in oleastrum l | mole astrum M ‖ 315 sunt l | siut M ‖ uitaes C ‖ 316 In uersu 'rigidam' (regidam M), in marg. 'gelidam' ‖

v. 318. *Concretam*, quasi guttam quandam.

v. 319. *Rubenti*, floribus splendido, uel 'rubenti' ad serenitatem retulit, non ad colorem florum.

v. 320. *Candida*, alba. *Auis*, ciconia. *Inuisa*, infesta, quia serpentes manducat.

v. 321. *Rapidus sol*, quia uehemens et humorum suo uapore rapidus.

v. 322. *Nondum hiemem*, autumnali tempore.

v. 324. *Poscunt*, idest tument.

v. 325. *Tum pater omnipotens* et reliqua. Dicitur enim *quod* Iuppiter 'aether' et eius coniux 'terra' cum *con*cubuerint, tunc terra fructus mortalibus proferat. Terra frigida, aether calidus. Caeli etiam uxorem 'Terram' dici testis est *Varro*. *Iunilius* dicit.

v. 326. *Coniugis*, terrae. *Et omnis*, fetus.

v. 327. *Magnus*, Iuppiter, quoniam praedixit (v. 324): 'Vere tument terrae'. *Corpore*, pro corpori.

v. 329. *Et Venerem.* Vere enim incipiunt omnia generari, per Veneris concubitum coeuntibus IIII elementis, igni humore terra aere.

v. 330. *Almus*, fertilis, uel 'almus' ab eo quod alat nos. *Trementibus*, uel tepentibus. *Zephyri*, Fauoni.

v. 331. *Vmor*, non est sicca.

v. 332. *Nouos soles*, dies uernales.

v. 333. *Nec metuit*, quia non sunt frigidi, uel 'nec metuit surgentis', pro non metuit, ne surgant.

v. 335. *Trudit*, fundit, eicit in folia. *Gémmas.* 'Gemmae' hic uitium oculi.

v. 336. *Non alios.* Aduersus quorundam ineptam reprehensionem. *Lucretius* enim in libro V (v. 816): 'At nouitas mundi nec frigora dura ciebat | Nec nimios aestus nec magnis uiribus auras. | Omnia enim pariter crescunt et robora sumunt.'

v. 338. *Agebat*, ut qui dicitur 'diem festum agere'.

v. 339. *Orbis*, mundus. *Hibernis*, asperis saeuis.

---

v. 319 colorem M | calorem B || florum scripsi | foliorum B || 324 tument scripsi | tum erit B || 325 haeter C | hętęr B || *quod* ante 'Iuppiter' inserui || Cum concubuerint scripsi | cum cubuerint l || frigida ęhter B | frigidae iter C || dicit testis est C || 326 Coniugis, terrae uel Iunonis C || foetus B || 327 praedixit: 'Vere tument terrae' coniecit M | ueraeterae l || Physici (phisici) dicunt, deum corpus habere; inde Iouis πῦρ νοηρόν (or above) (pir neoron) dicitur idest ignis sensualis. B m. II || 329 IIII C || terrae aere C | terra ęrę B || 330 alat nos. Trementibus M | alat nostrae mentibus B | Est uarians scriptura || 332 Non uos C || 333 uel 'nec metuit surgentis' pro non metuit ne surgant scripsi | uel nec metuunt surgentis pro non metuunt resurgunt B; cf. Philarg.: neque surgentes metuit sed ne surgant. Hoc dixit: non metuit ne tempestate opprimatur || 336 lucrecius l || sicut nouitas l || neque ciebat nec nimius estus l || rubora C || 338 (crediderim) concessiuum uerbum est (est om. M) pro credo B m. II || 339 hybernis B || saeuis M | caesis l ||

v. 340. *Cum primae*, cum primum. *Hausere*, biberunt. *Virum*, uirorum.

v. 341. *Ferrea*, ferreum saeculum et *Hesiodus* dicit pro inmanitate et labore. *Progenies* et reliqua, a lapidibus, ut (Georg. I 63): 'Vnde homines nati durum genus.'

v. 342. *Inmissae*, ut quieti homines essent. *Et sidera caelo.* Hunc ordinem propter Arcades dicit, qui dicuntur 'astris lunaque priores.'

v. 343. *Laborem*, uel frigoris uel caloris.

v. 344. *Frigus*, ut alibi (Aen. VI 726): 'Spiritus intus alit totam.'

v. 345. *Caeli indulgentia*, ueris definitio 'caeli indulgentia.'

v. 346. *Quod super*, quod sequens. *Premes*, pones uel infodies. *Virgulta*, siue de plantariis siue de arboribus.

v. 347. *Occule terra*, propter admittenda spiramina.

v. 348. *Aut lapidem*, propter spiramenta et propter hauriendum humorem, si forte nimius fuerit. *Squalentes*, scatebrosas uel sordidas. *Bibulum*, qui harenarius dicitur.

v. 350. *Halitus*, spiritus; animam satis dat. *Tollent*, erigunt, idest ab his rebus sumunt magnanimitatem. *Iamque reperti*, diligentiores.

v. 352. Alii 'munimen' idest pro nimiis pluuiis.

v. 353. *Hiulca*, diuisa hiantia. *Siti*, idest aestate et laboribus ualidis.

v. 355. *Duros*, fortes intunsos, ut frangi possit terra. *Iactare bidentes*, ad comminuendas glebas pertinet.

v. 357. *Flectere*, cum quadam ratione ducere, ne tenera adhuc uirgulta concutiant. *Luctantis*, non luctantis secum sed cum bubulcis.

v. 359. *Furcasque bicornes*, uel 'ualentes.'

v. 360. *Viribus eniti*, hic loquitur de uineis arbustis. *Eniti*, adminicula uitium, idest palmites.

v. 361. *Tabulata* sunt effusiores rami et in plana tendentes, non in altiora crescentes. *Tabulata*, inter ramos quod est interuallum in arboribus, 'tabulatum' dicitur.

---

v. 341 seculum B | scl̃m C || Hesiodus] opp. 127 sq. || a lapidibus B | lapidibus M || 342 ut quieti omnes C || qui dicuntur scripsi | qui dicunt B | astris [se] M cf. Statius Theb. IIII 275 || 344 tota l | 345 definicio B | ueris indulgentia M || 347 Ocule B || *Occule terra* propter admittenda spiramina] Videtur lemmatis 'occule terra' expositio intercidisse et 'propter admittenda spiramina' ad v. 348 pertinere || 348 ʰauriendum C || nimius l | minus M || arenarius M || 350 animam satis dat scripsi | animam istis dat l | spiritus animam istis dat M || 352 Vrgerent (ungerent) idest premerent idest semina C | 352 In uersu 'munimen', in marg. 'munine' = 'munimine' || 355 diuissa C || laboribus] Malim 'ardoribus' || 355 intunsos scripsi | innersos B || comminuendas Seru. | commouendas B || 357 cum quodam C || racione B | moderatione Seru. || cum bubulcis scripsi | cum bobuleis B | cum bubulis uiribus M, qui non uideret, sequi praeterea in codice deinceps: 'eniti adminicula uitium', unde '*Viribus eniti*, adminicula uitium' scribendum. Pertinent autem ea ad v. 360 || 359 *Furcasque bicornes*, uel ualentes scripsi | Furcas biscornas B | Furcas biscornas uel ualentes C, cf. Verg. Ribb. h. l. || 360 arbustis scripsi | arbusteis C | arbiteis B || 361 rami in plana M || non in altiora M | non alciora l ||

v. 363. *Parcendum.* Initia non inquietanda, ut radices robur accipiant.

v. 364. *Per purum*, aerem.

v. 365. *Ipsa.* 'Ipsa' acies, uel neutro genere, cum de uitibus loqueretur, quoniam superius dixit (v. 357): 'Flectere luctantis inter uincta'; uel ad semina retulit, cum dixerit (v. 354): 'Seminibus positis.' *Ipsa*, uincta uel semina, uel 'ipsa acie.' Sensus est hic: Teneris adhuc uitibus non est falcis acies necessaria.

v. 367. *Validis*, solidioribus.

v. 368. *Exierint*, egressi fuerint, ut (Georg. II 81): 'Exiit ad caelum ramis felicibus arbos.'

v. 371. *Tenendum*, prohibendum. *Tenendum*, non pecoribus, sed uitibus. *Tenendum*, hoc est arceudum, ne morsibus laedant, ut infra (v. 379): 'Dentis et admorso signata' et reliqua.

v. 373. *Indignas*, molestas, saeuas. *Potentem*, intollerabilem.

v. 374. *Vri*, boues siluestres, et non in omni regione fiunt, quoniam 'uri' boues siluestres, quos uulgus et imperiti 'bubalos' dicunt. *Vri*, boues siluestres, qui in Pyrenaeo monte nascuntur. *Sequaces*, fugaces persequutrices. Nam morsu bouum caprearumque sic uites uruntur, quasi ex flamma.

v. 376. *Cana*, niuea.

v. 377. *Incumbens*, penetrans. *Scopulis arentibus*, non scopulis incumbens, sed locum pariter uiridem et scopulos obit.

v. 378. *Venenum*, idest capri.

v. 380. *Non aliam ob culpam.* Vult dicere ob quam causam caper a ueteribus immoletur aut certantibus praemium detur. *Baccho caper.* Victimae numinibus aut per similitudinem aut per contrarietatem immolantur; per similitudinem, ut nigrum pecus Plutoni; per contrarietatem, ut porca, quae obest frugibus, Cereri et caper qui obest uitibus Libero.

v. 381. *Et ueteres.* Dionysia et Lenaea, quoniam Dionysia uetustis-

---

v. 363 inicia l || inquietanda Leid. 135 | incitanda l || 365 *Ipsa.* 'Ipsa' acies, uel neutro genere scripsi | Ipsa uel ipsa acies neutro genero l | *Ipsa*, in ipsa, acies neutro genere M || luctantis inter uineta scripsi | luctantis idest uineta l, unde 'flectore luctantis', idest uineta M || ad semine l || uel ipsa acie scripsi | uel ipsa acies B || Sensus est: his teneris M || v. 369 *Ante*, quam conualescent C || 371 dentis et admorsus et reliqua B || 374 Vri idest boballi C || Viri l, bis || bubalos scripsi | babulos C | bubulos B || boues siluestres scripsi | boues agrestes B, sed cf. G. III v. 532 || pyreneo B || 376 niuea M | niua B || 377 scopulos obit] scopulos calore (squalore cod.) resoluit Leid. 135 || 380 *Non aliam ob culpam.* Vult dicere, ob quam causam caper a ueteribus immoletur scripsi | Non aliam ob culpam a ueteribus zonsia et lenea uult dicere ob quam causam caper immoletur aut certantibus praemium detur quoniam zonsia uotustissimi ludi sunt idest liberalia. Baccho caper etc. l. Verba 'zonsia et lenea' et 'quoniam zonsia — liberalia' ad v. 381 pertinent, quem conferas || uitibus Libero M | libero uitibus B || 381 *Et ueteres*, Dionysia — Liberalia; primi ludi etc. scripsi cf. ad v. 380 | Et ueteres primi ludi etc. l || Dionysia scripsi | zonsia l || quoniam zonsia l | Zonsia,

simi ludi sunt, idest Liberalia; primi ludi theatrales ex Liberalibus nati sunt; ideo ait 'ueteres ludi.' *Proscaenia* autem sunt pulpita ante scaenam, in quibus initi sunt ludi. *Proscaenia.* Inter 'scaenam' et 'proscaenium' hoc interest: 'scaena' est dispositio columnarum et erectio ipsius ornatus, ut (Aen. I 429): 'Scaenis decora alta futuris'; 'proscaenium est autem spatium ipsum.

v. 382. *Praemiaque ingeniis pagos.* 'Praemia' capri; *ingeniis*, quoniam istis ludis omnes tragoedias dabant, ut Euripides Aeschylus Sophocles. *Pagos*, quos Graeci ἀγυιάς et κώμας uocant, unde comoediae dictae; tragoedia autem ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc est ab hirco. Conuiuia rusticorum in occisione hircorum sunt comoediae. *Compita circum*, per quadram uiam, quae 'compitum' dicitur ab eo, quod multae uiae in unam confluant. *Pagos*, uillas, quae 'pagi' ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur, idest a fontibus circa quos uillae consuerunt condi, unde et 'pagani' dicti sunt quasi ex uno fonte potantes.

v. 383. *Thesidae*, Athenienses, qui primi ludos instituere Liberalia.

v. 384. *Mollibus in pratis*, ne laederentur cadentes. *Per utres*, idest ad insultationem mortuorum caprorum, ne quid ex his esset, quod non sentiret iniuriam. *Vnctos*, oleo. Romulus cum aedificasset templum Ioui Feretrio, pelles uuctas strauit et sic ludos edidit, ut caestibus dimicarent et cursu contenderent, quam rem *Ennius* in annalibus testatur.

v. 385. *Nec non Ausonii*, Romani haec sacra celebrabant.

v. 386. *Versibus incomptis.* Ante enim incondita carmina erant, idest sine metro, et postea metrum Saturnium inuentum est, quo metro *Naeuius* bellum Punicum scripsit et *Liuius. Risu*, idest cachinno. *Soluto*, libero, securo.

v. 387. *Oraque corticibus* et reliqua. Necesse enim erat in sacris ludicra et turpia fieri quibus posset populus risu moueri.

v. 388. *Et te Bacche uocant.* Hymnos in tuum honorem canunt.

---

om. quoniam M || liberalia M || teatrales l || liberalibus M || nati (sic) l || ait M | aut B | ut C || proscenia l || scenam l, sic semper || initi sunt scripsi, cf. Verg. | nati sunt l || et proscenium M | et scenium B || imterest B || disposicio B || ornatus M | ornat B || ut: 'Scaenis' etc.] inscenis B | ornatus: 'in scenis' etc. M | in cod. 165 legitur: 'ipsius onatus ut scenis' || spacium B || (proscenia) sunt pulpita uel gradus scenae B m. II ||

v. 382 Praemia M || ingentes, et paulo post ingentis l | Sed expositio eiusmodi est, ut 'ingeniis' legisse commentatorem euincas || tragedias l || euripide rerculus sophodes l || Graeci ἀγυιάς scripsi | greci aginos l || et comas l || comedię dictę (dicte C) l | comoedia, om. dictae M || trageedia l || ἀπὸ τοῦ τράγου hoc est M | apo to tragihi est l || ab yrco l || occissione C || hyrcorum B | hycorum C || comediae B | comedie C || *Compita circum*, per quadram uiam scripsi | Competa compctum per quadrauia l | *Compita*, compita per quadriuia quae compitum dicuntur M. | competum dicitur l || confluunt C || Pagos et uillas B || ΑΠΟ ΤΟΝ ΤΥΙΤΛΙΝ B || circa qos, corr. qoos B || 384 insultacionem B | insultionem C || caestibus Burm. | caelestibus B et Burm. G || demicarent B || cursu scripsi | curru B || 385 sacita celebrabant C || 386 incompis l || niuius l || bellūm B | bellum C || 387 ludrica B ||

v. 389. *Oscilla*, diminutiue ab ore. *Oscilla*, ab eo quod 'os cilleatur.' *Oscilla*, quod os sursum aspicit in uultum ludentium. *Pinu* in cornu de pinu †. *Oscilla ex alta* et reliqua. Icarus Atheniensis pater Erigones (idest Litis filia), cum a Libero patre usum uini didicisset, ciuibus suis exhibuit, qui cum ebrii iacerent, ut mortui uisi sunt, quo indignati ceteri Icarum lapidauerunt. Huius canis ad Erigonem filiam suam peruenit, quae cum eum comitata ad patris cadauer peruenisset, laqueo uitam finiuit et a diis inter astra adlata est. Itaque Athenienses eius memoriam celebrantes filias suas laqueis suspendunt et funes in summa pinu suspendentes atque in duplice supersedentes huc atque illuc eunt suspensi ludentes, quem funem lusus † 'oscilla' appellauerunt. Alii dicunt: post mortem Latini regis quaesierunt eum in terra in mari et nusquam inuentum est corpus eius; quaesierunt in aere et suspendisse *se* in laqueo *inuentum est* et initiauerunt hoc genus mortis.

v. 394. *Patriis*, Latinis uel Romanis. Nam supra de Graecis sacris est locutus. *Lances*, saturas.

v. 395. *Stabit*, placebit. *Hircus ad aram*, ut (Aen. IX 627): 'Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum.' Quoties autem deuota uictima rumpit et fugit, magnum exitium significat.

v. 396. *Veribus*, sudibus. *Exta*, intestina hostiarum. *Colurnis*, per transmutationem litterarum dixit; debuit enim dicere 'corylnis.' Ideo ulciscendae sunt hae uirgae quia inimica arbor est uitibus, ut ibi (Georg. II 299): 'Neue inter uites corylum sere' quia sicut caper inimicus est uitibus, ita corylus, et ideo in uirgis his ultionem capientes exta haedorum sacris torrebant.

---

v. 389 diminutiuae B || cilleatur scripsi | excellat B | *Oscilla*, diminutiue ab ore oscilla, ab eo quod os excellat oscilla, quod M || in uultum ludentium M | in nltum ludencium B || Piun in cornu de piuu B | *Pinu*, in cornu piun M | an: *Pinu*, in Corneliani 'pino'? cf. G. IV 87. 120. 175 || Ocilla C || Iakarus B | iacarus C || idest Litis filia scripsi | ·i· (= idest) filia l | Etymologiam de ἔρις et γονή proferri patet, cf. ad Georg. III v. 113 | pater Erigoues et filia M || qui cum scripsi | quiqne cnm l || iakarum l || erigionem l || et a diis scripsi | et haec diis C | et hec diis B || eius memoriam scripsi | ob memoriam l || suspendunt scripsi | suspendentes l || et funes in summa pinu suspendentes scripsi | et funes in summum inususpendentes l || in duplice l | itaque Athenienses ob memoriam celebrantes filias suas laqueis suspendentes et funes in summum suspendentes atque in duplico supersedentes M || quem funem lusus †] an mutatis finibus: 'quem funis lusum'? || apellauerunt l || quaesiuerunt, bis M || eum M | eam l || nusquam B | numquam C || inuentum est M | inuentus est l, unde possis conicere: 'et nusquam inuentus est; corpus eius quaesierunt etc. || suspendisse [se] in laqueo [inuentum est] et initiauerunt M ex Burm. G qui habet: et suspendisse laqueo inuentum est tunc initiauerunt | et suspendisse in laq; e (laqueo C) et iniciauerunt l || 394 est sacris est locutus (locus C) l || saturas scripsi | stateras B || 395 Hyrcus ad aram ut est autem ante aras l || anreata C | aura ea B || inuencus l || quocies B || uictima rumpit] An *uictima uincula rumpit?* || exicinm l || 396 subdibus C || transmutacionem litterarum B || coryluis M | corylis B || enim om. M || ulciscendae scripsi cf. sq. schol. | auellande B | auellendae M. Possis etiam: 'ideo «auellanae» sunt hae uirgae' conicere || quia inimica arbor est uitibus B | ab inimica arbore

v. 397. *Est etiam.* Iam paulatim tendit ad uitium culturam.

v. 398. *Exhausti*, consumpti, uel *exhausti*, idest exhaustionis, finitionis. *Omne*, continens uitem.

v. 400. *Aeternum*, semper perpetuo. *Leuandum*, spoliandum.

v. 401. *Nemus.* Nemus uinearum intellegendum. *Labor actus in orbem*, annuus.

v. 403. *Ac iam*, cum iam. *Olim* hic 'quandoque' significat, 'et finale tempus est autumni. *Seras*, pristinas, uel 'seras frondes', sero cadentes. Tarde enim spoliantur frondibus uites.

v. 404. *Frigidus* et reliqua. *Varronis* hic uersus est. *Honorem*, foliorum ornatum.

v. 405. *Acer*, non quilibet, sed acer et diligens. *Curas uenientem extendit in annum*, meditaturus futurum laborem.

v. 406. *Dente*, falce. *Saturni*, quia in eius tutella. *Relictam*, non desertam uel neglectam, sed fructu ablato derelictam.

v. 407. *Fingit*, componit, ut ibi (Aen. VIII 634): 'Et corpora fingere lingua.'

v. 408. *Deuecta*, domum asportata, idest debes mundare.

v. 409. *Sarmenta*, non quasi praecipiat ut crementur, sed conportato primus, quae crematurus eris. *Vallos*, furcas, uitium sustentacula. *Sub tecta referto*, ne imbre et niue pereant.

v. 410. *Postremus*, ut sit uinum optimum, ad laborem primum te conuenit adfore et ad fructus legendos ultimum. *Metito*, uindemiam praecide, legito. *Postremus metito*, idest legito. Perseuerat enim in translatione, ut quoniam uindemiae 'segetem' dixerat, 'metendam' eandem uindemiam diceret, pro colligendam. *Postremus* autem, ut maturius sit, quia quanto maturior fuerit lecta uindemia, tanto dulcius dabit uinum. Sic autem 'metere' pro legere dixit, ut alibi ait (Georg. IV 231): 'Duo tempora messis', cum *de* melle colligendo loqueretur.

v. 411. *Bis segetem.* 'Segetem' pro terra posuit; dicit enim bis terram propter herbam fodendam et bis uineam pampinandam. *Bis*, semel autumno, semel uere.

---

idest uitibus M || ultionem capientes M | ulcionem capientibus B || hedor$\overset{v}{o}$m B ||

v. 398 exhaustionis scripsi | examissionis B || finitionis M | ficionis B || '*Omne*' lemma suppleui || 400 perpetuo C | per tuo B || 403 'cum iam' uarians scriptura est || qm̃que = quandoque 1 | *Ac iam*, cum iam olim, hic quemque significat M || finale M | finiale 1 || (ac iam olim) praesens tempus significat C || *Seras* pristinas ut Salustius Leid. 135 || 404 foliorum M | filiorum B || 405 quinibet, corr. quilibet B || 406 quia scripsi | qui B || neglecta B || 407 ut ibi 'corpora' etc., om. *et* M || 408 Deuectam B || 409 crementur (sic) 1 || uicium B || ne imbre et niue pereant scripsi | ne in breui depereant B || 410 Postremus (sic semper) 1 || ut sit uinum optimum; ad laborem primum reconuenit M || uindemiam scripsi | considera 1, cf. sq. 'metendam eandem uindemiam' || translacione B || Sic autem M | *sic hic* Leid. 135 | si autem B || ut alibi ait B | ut alibi M || cum [*de*] melle colligendo M (sic et Leid. 135) | cum melle colligendos B || 411 dicit M | dicis 1 || his C || terram om. C || fodendam 1 | fodiendam M | Cum

v. 412. *Durus uterque labor*, ad pampinandum et ad fodendum, uel tollendarum herbarum et frondium secandarum. *Laudato ingentia* et reliqua. Quia maiores et agros incultos 'rura' dicebant. *Laudato*, idest ingentes siluas ne colito.

v. 413. *Exiguum*, rus. *Rusci*, idest inculti agri. *Rusti*. 'Rusci' magis legendum, ut ibi (Ecl. VII 42): 'Horridior rusco.' Genus uirgulti uitem inpedientis.

v. 414. *Harundo*, calamus.

v. 415. *Inculti*, quasi cum indignatione ait: 'cura salicti'.

v. 416. *Iam falcem arbusta reponunt*, putatae sunt.

v. 417. *Effectos*, alii 'effectus'. *Vinitor*, auis siue nomen poetae. *Antes* dicuntur anguli quadratorum uinearum, siue nouissimi ordines uinearum; alii 'macerias' quibus uineae concluduntur.

v. 418. *Sollicitanda*, fodenda. *Puluisque*. Genus ipsum culturae 'pulueratio' uocatur.

v. 419. *Iuppiter*, imber.

v. 421. *Rastros*, ad fodendum scilicet.

v. 422. *Cum semel haeserunt aruis*. Negleguntur oleae, cum ualentiores fuerint. *Tulerunt*, passae sunt. *Aurasque tulerunt*, aeris uarietatem sustinent.

v. 423. *Ipsa satis*, aratum oliuetum.

v. 424. *Sufficit humorem*, aquam subministrat arboribus. *Grauidas*, habundantes.

v. 425. *Nutritor*. Cum 'nutrito' dicere debuit, pro actiui imperatiuo passiuum posuit. *Nutritur*, pro 'nutrit', idest humor uel pastor.

v. 427. *Et uires habuere suas*, quia tenera uirguita ualidioribus *solent* eniti.

v. 429. *Nec minus*, quam ea quae coluntur. *Fetu*, ubertate, nam ubertas 'fetus' est. *Grauescit*, uirescit.

---

et in sequentibus *semper* pro 'fodiendum' etc. 'fodendum' in libris legatur, mutare non sum ausus formam sane praeposteram ||

v. 412 labora ad pampinandam C || et agros incultos rura scripsi | agros et incultos rura B || ne colito scripsi | incolito B || 413 idest inculti agri (sic) l || Rusti rusci (sic) B || oridior B || inpedientes B || 415 cura salicti scripsi | causa uitium l || 416 arbustam B || in marg. 'nec falcem requirunt' pro uarianti scriptura || s̃unt B || 417 Effectos, alii effectus. *Vinitor*, auis siue nomen poetae scripsi | Effectos effectus alii auis siue nomen poetae B | Absurde sane expositum, sed praeter 'uinitor' lemma aliud inueniri nequit || anguli quadratorum scripsi | angusti quadrato B || nouuissimi B || includuntur M || 422 c̃ualentiores C || fueri^n^t B || 424 aquam subministrat scripsi | quia subministrat l || Grandas abundantes B || 425 Nutrit^or^ cum nutri^to^ C | Nutritur cum nutri B | Nutritor cum nutri Ribbeck proll. p. 196 || pro actiui imperatiuo passiuum posuit M | pro actiui imperatiuo passi posuit B | pro actiui (corr. -tiuo) imperatiuo (corr. -tiuum) passi^uum^ posuit C | nitritor pro nutri pro actiui imperatiuo passiuum futurum ponit Leid. 135 || 427 habuere (habuerae B) sua l || ualidioribus solent eniti scripsi | ualidioribus eniti l | ualidioribus enituntur M cf. Serv. || 429 Fetu ubertate, nam ubertas scripsi | Fetu utilitate nam utilitas B || *Grauescit* uirescit] 'Virescit' nisi uis pro uarianti scriptura iudicare, corruptum ex 'increscit' uel 'tumescit' ||

v. 430. *Sanguineis bacis.* 'Bacas sanguineas' accipimus poma siluestria. *Auiaria*, secreta nemora, uel quia longe a uia posita sunt et inculta, aut quia aues per ea pascuntur.

v. 431. *Tondentur*, in usum pecoris. *Cytisi*, uirgultum a Cyto insula dictum *ubi* habundat.

v. 434. *Sequar*, pro persequar, idest enumerem. *Humiles*, infructuosae, *non* 'humiles'; nam quemadmodum sunt 'humiles', si umbram pastoribus faciunt?

v. 437. *Vndantem*, habundantem. *Vndantem buxo.* Buxus uento motata aestus imitatur undarum. *Cytorum.* Cytorus mons in Ponto habundans in buxo.

v. 438. *Naryciae*, a loco in quo habundat pix, ut alibi (Aen. III 399): 'Hic et Narycii posuerunt moenia Locri'.

v. 439. *Non ulli obnoxia curae*, nihil laboris nostri indigentia.

v. 440. *Caucaseo.* Caucasus, mons Scythiae, pro quolibet monte; speciem pro genere posuit.

v. 441. *Animosi*, uiolentes, 'ualidi spiritus saeuique'. Adlusit ad illut, ut ab anima, quae spiritu et halatu constat, 'animosos' diceret uentos. *Euri*, uenti.

v. 444. *Triuere*, tornauere, subauditur pastores. *Tympana*, rotas ingentes.

v. 445. *Pandas*, longas extensas.

v. 447. *Bona*, fortis. *Et bona*, bello apta est etiam cornus.

v. 448. *Ityraeos*, Persicos; uel *Ityraeos*, Ityra ciuitas Cretae. *Ityraeos.* Ityri gens orientis, incolens Libanum montem, sagittis exercita; uel *Ityraeos*, ab Ityra, quae est pars Iudaeae, 'Ityraeos arcus' dicit.

v. 449. *Nec non*, ordo est: nec non formam accipiunt.

v. 452. *Missa Pado.* Padus fluuius Italiae; speciem pro genere posuit. *Pado.* Bene huius fluminis mentionem fecit, quoniam professus est, se Italiae carmen scribere, dicens (Georg. II 173) 'Salue magna parens frugum Saturnia tellus, magna uirum tibi res antiquae laudis.'

---

v. 430 baccis baccas M || 431 pecoris M | peccoris C | pectoris B || Cithisi B || a chito B || dictum *ubi* habundat scripsi | dictum habundat B | dictum [in qua] abundat M || 434 pro persequar scripsi | prosequar l || enumerem scripsi | enim aerem l, cf. ad ecl. X 42 || Humiles infructuosae humiles l | *Humiles* infructuosae, *non* humiles scripsi; aut scribendum: '*Humiles* infructuosae. *Humiles*' et post alteram 'humiles' lacuna statuenda; quam sic expleas: 'mire dictum, nam' etc., quod ego maluerim, quia in C non nisi haec leguntur: 'Humiles infructuosae', cf. ad Georg. I vv. 181. 217. 509 || sic umbram M || 437 Vadantem C || abundantem l || citorus B || 438 a loco scripsi | a luco l || ut alibi in narico l || loc^b^ri C | lochri B || 439 nostri indigentia scripsi | nostri debentia B, cf. Philarg.: *obnoxia*, egentia || 440 scitbiae l || spetiem B || 441 seuiq; C | seniquae B || illut B | illud C || et halatu scripsi | et alatitudine l || 444 pastoris B || rotos l || Tympana (timphana) sunt tecta planstrorum (plaustorum) B m. II || 447 bello apta M | bella apta l || 448 Ityreos B | Ityreos C || uel ytiraeos C || craetae B || ciuitas cretae uel Parthicos C || tyraeos arcus B || 449 Nec nec non l || 451 *Torrentem*, fortem B m. II || 452 ut aliae l || carmen C | camen B ||

v. 453. *Ilicis aluo*, arboris antro. *Vitiosae*, putridae.

v. 454. *Quid memorandum*, ut siluae aliae.

v. 455. *Dedit*, praestitit. *Ille furentis Centauros*, idest Lapithae et Centauri in furorem ebrietate conpulsi sunt, uel Centauros in furorem actos a Libero dicit, non Lapithas.

v. 456. *Centauros*, nomen populi. *Leto*, morte.

v. 457. *Cratere*, figurate pocula dicit.

v. 458. *O fortunatos* et reliqua. Nunc laudat uitam rusticam, et quoniam priora posuit ad uituperationem uini, haec quasi ad consolationem ponit, per quae ostendit, quantas uoluptates *rusticis natura praestiterit*.

v. 459. *Procul*, idest longe a ciuilibus bellis. *Discordibus armis*, plenis iurgio aut rapinis.

v. 460. *Iustissima tellus*. Iustus quod acceperit, reddit. Terra utique iustissima est, quia maiore fenore semina accepta restituit.

v. 461. *Si non*, quia non. Non solum *in* laude Italiae uitam rusticam laudat, sed etiam urbanam uituperat.

v. 462. *Testudine*, camara. *Pulchra testudine postes*, indicat postes ornatos uel lectulos.

v. 464. *Inclusas*, inlusas. *Inclusasque auro uestes*. Non usus talis est, ut aurum uestibus intexatur. *Ephyreia*, idest Corinthia, quia a Graeco ante Corinthus Ephyra uocabatur.

v. 465. *Assyrio*, Syro; aput quos usus purpurae optimus. *Veneno*, colore, idest medicamento. Antiqui enim 'uenenatas' uestes dicebant aliquo colore tinctas.

v. 466. *Casia*, herba est de qua fit unguentum. *Vsus oliui*. Nam oleum generalem usum habet.

v. 467. *At secura quies*. Hyperbaton reddit, ac per hoc luxuriam execratur, ut *Iunilius* dicit. *Nescia*, quia innocentes sunt, uel quia inmobilis est status uitae eorum.

v. 468. *Latis* uel 'laetis'. *Fundis*. 'Fundus' dicitur quod sit omnium rerum fundamentum. *Otia*, otium habent.

v. 469. *Speluncae* et reliqua, idest bona naturalia, non sicut in

---

v. 453 *Ilicis aluo* suppleui | Arboris antro B, quae est uarians scriptura || In uersu uitiosaeque, in marg. ex seque = exesaeque, cf. Georg. IV 44 || uiciose B || *Arboris antro* uitiose putridae M || 455 Ille furentis scripsi | Vel furentis B || 456 nomen populi scripsi | nom̄ i l | nomi M || 458 nunc laudat M | uunc laudit B | nuc laudit C || uituperacionem B || consolacionem B | solationem C || uoluntates l | uoluptates [rusticis natura praestiterit] ex Seruio M | per quam ostendit quanta uoluntas esset Leid. 135 || 459 a ciuilibus bellis scripsi | a cìuitatibus B || 460 [Si] iustus, qui quod M | proprie, nam si iustus est qui quod recipit reddit etc. Leid. 135, cf. Seru. || acciperit l || 464 *Inclusas* inlusas scripsi | Inclusas inlesas B | Inlusas iulesas C | Iuclusas iulaesas M || inclausaque auros uestes C || Non usns talis est, ut aurum scripsi (ad uolgus uimirum respicit) | sed auram l | male quidam legunt inclnsas. non euim usus talis est, sed auro uestibus (uestis Mommsen) texitur Leid. 135 || IEphyreia B || corinthea, corr. -ia B || ephera B || 465 Syrio M || aput B | apud C || eos l || aliqoo B || 466 oliue, corr. -ui B || 467 luxoriam l || hac per hoc C || execratur B | exsecratur C || 468 fundas dicitur B || 469 in urbibus labor

urbibus labor. *Frigida*, amoena. *Tempe*, fons uel loca amoena in Thessalia. *Tempe*. Hoc accipiendum est pro quibuslibet locis; proprie tamen Tempe sunt loca amoena in Thessalia; tempestate turbata esse dicuntur.

v. 470. *Molles*, idest dulces, ut (Georg. I 341): 'Mollissima uina', et (Ecl. VII 45): 'Somno mollior herba.'

v. 471. *Illic saltus*, idest uenationes. *Ac lustra ferarum*. Haec in urbibus non sunt; bene addit 'ferarum', quia in urbibus lustra 'meretricum' sunt.

v. 472. *Patiens*, non ut urbana, quae est segnis.

v. 473. *Sacra deum*. Hic intellegi uult, aput solos rusticos reliquias iustitiae remanere.

v. 474. *Iustitia excedens* et reliqua. *Aratus* dicit, primo in urbibus, postea in agris fuisse iustitiam.

v. 475. *Musae*, idest matres philosophiae.

v. 476. *Quarum sacra fero*, poeta quasi Musarum est sacerdos.

v. 477. *Caelique uias*, artes, ut (Aen. IV 478): 'Inueni germana uiam', uel circulos quibus sidera continentur. *Et sidera monstrent*. Hic primam philosophiam post rusticam uitam esse dicit.

v. 478. *Defectus solis uarios*, quia non uno modo; sol nobis uidetur deficere, cum luna se sibi obiecerit. *Varios*, quia non uno modo. *Lunaeque labores*, uel errores, quia non ula recta incedit, uel defectus lunae dicit.

v. 479. *Vnde tremor terris*. Alii dicunt, uentum esse in concauis terrae, qui motatus etiam terram mouet. *Salustius* dicit: 'Venti per caua terrae citatu.' *Lucanus* (III 460): 'Quaerentem erumpere uentum credidit'. Alii aquam dicunt genitalem sub terris moueri et eas simul concuti sicut uasa. *Qua ui* et reliqua. Alii sic accipiunt 'obicibus ruptis' idest Calpe et Abema, montibus Hispaniae et Mauretaniae.

v. 480. *Rursusque*, accessus et recessus dicit.

v. 482. *Hiberni*. Hiberni nobis cum sunt soles, autipodis nostris *aestiui*; nam qui sphaeram scripserant, diuersa nos ab illis uno tempore pati dicunt. Cum enim sol siue huiusmodi siue illius excedit, regiones mutantur diuersitate cardinis. *Vel tum tardis*, ut tarde ueniant.

---

i | in urbibus M || Frigida· amoena tempe (sic) 1 | *frigida Tempe* M || tesalia B | thesalia C || proprie tameu Tempe sunt loca M | proprietatem pesnut loca B || amoenia B || tesalia B | Ante 'tempestate' etc. nidentur intercidisse uerba: '*Tempe*, qnia', cf. G. I 13. ||

v. 471 uenaciones B || 472 Pacieus B | Patiens idest sustinens C || segues 1 || 473 aput B | apud C || romanere C || 474 Iusticia B, semper Aratus] cf. v. 127 sq. || 477 circnlus, corr. -os B || sidero, corr. -ora B 478 qnia non nuo modo scripsi | quia uno modo 1 | quia uno modo sol nobis etc. M || cum luna so M | cnm lna se B | cnm luasse C || obiecerit C | obicerit B || 479 in concaus 1 || qui motatur C || per caua C | per'cana B || citatu (sic) 1 | citati M, cf. praef. p. 724 || concuti scripsi | concnteri 1 | concntere M || et Abema scripsi | et aueñ B | et Auenum M | Atlante Seruius || ispaniae et mauritage B || 480 Rursus M || accesus et recesus B || 482 soles M | solis 1 || aestiui add. M || speram scripserā ł iuersa 1 | sphaeram scripserant diuersa M | ueram scripserint diuersa Leid. 135 | Malim 'scripserunt' || diuersa nos Leid. 135 | diuersa nobis nos 1 || excedit M | excidit 1 || mutantur] motautur 1 || Vel — ueniaut om. M ||

v. 484. *Frigidus obstiterit.* Nunc secundum philosophos loquitur, qui dicunt stultos esse homines 'frigidioris' sanguinis, prudentes 'calidi', unde dicitur: '*et senes in quibus* iam friget et pueri, in quibus necdum calet, minus sapiunt.' *Obstiterit*, quia obstitit.

v. 485. *Rura mihi.* Intermissis illis rura amem sine aliqua superbia, intermissa philosophia. *Rigui*, quod incessabiliter fluant.

v. 486. *Inglorius*, ualde gloriosus uel ingloriosus; ualde gloriosus 'non ita inglorius'.

v. 487. *Spercheus*, fluuius Thessaliae. *Et uirginibus bacchata*, in quibus uirgines debacchatae sunt. *Lacaenis*, uel Laconicae, et figura est ut *Iunilius* dicit.

v. 488. *Taygeta*, mons et ciuitas Laconiae, idest Graeciae prouinciae, de quo credunt descendere Spercheum fluuium, Libero et Bacchis consecratus. *Haemi*, mons Thessaliae, in qua sunt Tempe.

v. 490. *Felix qui potuit* et reliqua. Quamquam Virgilius Epicureus est, hoc ait, quod Stoici dicunt, esse fatum sed 'inexorabile'. *Cognoscere*, philosophiam scire. *Rerum*, idest malarum, quae in urbe per ambitionem et auaritiam quaestiones et discordias incitant.

v. 491. *Inexorabile fatum*, quia non potest exorari; nemo enim potest ultra fatum uiuere.

v. 492. *Subiecit pedibus*, idest felix est ille, qui sub pedibus fatum habuit, idest calcauit. *Acherontis*, inferni. *Auari*, quia illa palus numquam potest saturari.

v. 493. *Agrestis*, idest agrestium et rusticorum deos.

v. 494. *Siluanumque senem*, Silenum. *Sorores*, Oreadas, uel inter se sorores.

v. 495. *Fasces*, idest honores. *Fasces*, quos populus tribuit, quare gestiuntur. In hoc versu proprie loquitur 'honores populi' et 'regum purpuras'. *Purpura*, imperium.

v. 496. *Discordia fratres.* 'Discordiam' pro auaritia posuit; ex illa enim oritur discordia. *Fratres*, Remum et Romulum.

v. 497. *Aut coniurato.* Coniuratio barbarorum non eum sollicitat. Quia conuenerunt iureiurando ultra flumen Histrum, idest Danuuium, et

---

v. 484 frigidiores, corr. -is B ‖ unde dicitur iam friget 1 | unde [senes in quibus] iam friget ex Seruio M ‖ et puer in quibus C ‖ 485 rura amem scripsi | rura amen 1 | runtamen M ‖ sine 1 | fine M ‖ *Rigui*, currentes B m. II ‖ 486 *Inglorius*, ualde gloriosus uel ingloriosus ualde gloriosus, non ita inglorius M ‖ 487 Snperchens C ‖ thesaliae 1 ‖ uirgines debacchatae scripsi | uirginibus bacate B | uirgines bacchatae M, cf. ad ecl. V 30 ‖ uel Laconicae] an 'puellae Laconicae'? ‖ 488 Tahygeta B ‖ discendere 1 ‖ sperchium 1 ‖ Hiemi thesaliae B | Haemi Thessaliae M | 'mons' addidi ‖ 490 quamquam scripsi | qn̄ 1 | quoniam M ‖ epicurns C ‖ philophiam C | phylosophyam C ‖ ambicionem, auariciam B ‖ questiones B ‖ 493 Agrestis] Agresti B ‖ Oreadas] orcadas B | areadas C | Oreades M ‖ in uersu 'nymphasque sorores', in margine: 'driadasque puellas' ‖ 496 auaricia B ‖ post 'discordia' in B m. II secuntur: 'ab eo quod praecessit id quod sequitur' ‖ 497 coniuracio B ‖ danubium 1 ‖

cum sedes ponerent, coeperunt Romanos pellere, sed iussu Augusti ab Agrippa sunt proiecti et repulsi. *Histro*, Danuuius fluuius Scythiae.

v. 498. *Non res Romanae* et reliqua. Nunc II dicit; rusticum nec Romanum imperium mouet, idest ad ambitum cogit, *nec barbarorum regna peritura*. *Peritura*, quod non sunt perpetua et semper permansura per aeuum. *Regna*, uel regna barbarorum.

v. 499. *Inopem*, non malum esse paupertatem credit, sed munus deorum; ideo rustici nec bonis nec malis mouentur, quia eis nihil interest; set non ita urbani.

v. 500. *Quos*, fruges.

v. 501. *Nec ferrea iura*, inexorabilia inuisa dura, idest inflexibiles leges, quia nihil remittunt.

v. 502. *Insanumque forum*, idest propter insaniam litigatorum, aut quia non uident ea, quae fiunt in ciuitatibus mala. Hic respicit regnum aureum Saturni. *Tabularia*. Antiquis temporibus, dum Aegyptus sub dicione regis sui erat et non in potestate Romanorum fuit, Romani usum chartae non habentes in tabulis omnia conscribebant. *Tabularia*, instrumenta, unde et tabelliones dicti.

v. 503. *Caeca*, subito in tempestatem surgentia. *Ruuntque*. Piratas et satellites uult intellegi.

v. 504. *Regum*, diuitum.

v. 505. *Penates*, deos.

v. 506. *Vt gemma bibat*, in calice gemmato. *Sarrano*, a ciuitate Sarra; uel *Sarrano*, aput antiquos Tyrorum ciuitas 'Sarra' dicebatur, quae nunc Tyrus dicitur; idest: ut in Tyria purpura dormiat et in gemmato calice bibat. *Ostro*, purpura uel conchylio.

v. 507. *Alius*, idest Crassus.

v. 508. *Hic*, Cicero. *Stupet attonitus*. Quia hi 'attoniti' dicuntur, iuxta quos fulmen decidit quia timore *stupeant*. *Rostris*, ut contiouetur.

v. 509. *Per cuneos*, Pompeius.

v. 510. *Perfusi*, Romulus.

v. 511. *Dulcia*, ad luxuriam, non ad necessitatem retulit. Hic 'dulcia', sicut ibi (Ecl. I 3): 'Dulcia linquimus arua.' *Mutant*, uoluntarie scilicet et propter auaritiam.

---

v. 497 sedes ponerent scripsi | sede ponerent 1 | se deponerent M | Romanos M | roma 1 || iussu M | iussa 1 || danubius, scithiae B ||

v. 498 Nunc II scripsi | nam II 1 || nec barbarorum regna peritura addidit M || 499 credidit M || set non scripsi | et non B || 502 ea quae scripsi | ea q̄ C | eaque B et M || egyptus B || dicione B | ditione M || Karte B || conscribebant instrumenta unde et tabelliones dicti B | *Tabularia* lemma suppleui || unde om. M || 503 pyratas et satellitaes B || 506 et sarrano aput B || a ciuitate Sarra uel Sarrano; apud M || quae nunc scripsi | que nunc B | et nunc M || ty. us B || calaci B || concilio B | conchilio M || 508 quia hi scripsi | hi M | hii (sic) qui 1 || quia scripsi | qui 1 || stupent add. M | de Cicerone uidetur dicere. hi attoniti dicuntur iuxta quos flumen decedit qui timore stupeant Leid. 135 || contionetur B | concionetur M || 511 luxoriam B || mutant uoluntarię B || auariciam B ||

v. 512. *Atque alio patriam* et reliqua. Duros nimis describit eos, qui relicta patria ad alios migrant. *Sole*, climate.

v. 514. *Hinc anni labor.* Ex agricultura habet substantiam totius anni. *Patriam*, uillam.

v. 515. *Meritos*, dignos. *Iuuencos*, participes dixit laboris duri.

v. 516. *Nec requies*, rusticis.

v. 517. *Mergite*, fasce, idest habundantia. *Mergites*, fasces spicarum sunt eo quod merguntur a quibus metuntur.

v. 519. *Sicyonia*, *a* Sicyone oppido Laconiae, ubi optima oliua nascitur. *Trapetis*, molis oliuariis. 'Trapeta' saxa sunt, quibus oliua frangitur, a 'trahendo' dicta.

v. 520. *Arbuta*, frondes.

v. 521. *Ponit*, praestat.

v. 522. *In apricis*, in oppositis soli. *In apricis*, unde etiam senes 'aprici' nominari possent, qui solem cupiunt propter rigidum sanguinem. *Coquitur*, ut mitis fiat et dulciorem saporem reddat. *Vindemia*, uina.

v. 523. *Interea dulces* et reliqua. Contra illud (v. 511): 'Exilioque domos' et reliqua.

v. 524. *Casta pudicitiam*, in urbibus inpudicitia. *Vbera uaccae* et reliqua. Hae sunt opes rusticorum, haec quies, melior ciuitate.

v. 527. *Ipse dies festos* et reliqua. Idest alios sibi facit, quam qui sunt festi, uel omnes dies sic habet, ut festos; et alii festos dies cum religione celebrant.

v. 528. *Coronant*, uino replent. Homerice loquitur.

v. 529. *Te*, Maecenas uel Saturnus.

v. 531. *Palaestra*, per palaestram. *Palaestra*, rustica luctatione. 'Palaestra' dicta est *ἀπὸ τῆς πάλης*, idest a luctatione, uel *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*, idest a motu urnae; *nam sorte* ducti luctantur.

v. 533. *Fortis Etruria creuit.* Eleganter Italiae Etruriam iunxit, quia primo loquitur de Romuli imperio, et Titum Tatium collegam eius intellegi uult. Siue Etrusci bellicosissimi et gens magna fuerunt. *Etruria.* Constat secundum historiam *Tuscos* a Tuscia usque ad fretum Siculum *omnia possedisse.*

---

v. 512 discribit l || 514 substantiam C | sustanciam tocius B || 515 participes coni. M | principes B || duri laboris M || 516 Haec requies C || 517 fasce scripsi | fas B | fascis coni. M | mergites fasces culmorum etc. Philarg. || 519 Sicyonia sicyone B | *a* add. M, sed uix recessario || molis oliuariis scripsi (sic et Leid. 135), cf. Philarg.: trapetis autem molis lapideis ubi oliua molitur | mala oliuarius B | mola oliuaria M || (trapetis) molis oliuaribus; est neutrum hoc trapetum C m. II || 522 nominari M | meminisse l || In apricis C | In pricis B || In apricipis C || possens C || reddat uindemia et uina M | reddit uindemia uina B (uendimia, corr. uendemia) || 524 pudiciam l || ciuitate B | ciuitatis M || 527 et alii, festos M || relegione l || caelebrant C || 528 omerice B. Cf. Il. *A* 470 || 531 palestra B semper || luctacione palestra dicta est B | luctatio dicta est M || apo tes pes B | *ἀπὸ τῆς πάλης* M || uel add. M || *ἀπὸ τοῦ πάλλειν* M | apo tes pame B unde *ἀπὸ τῆς παλαχῆς* conicias || *nam sorte* ex Seru. add. M || 533 etrura l || eleganter C | eliganter B || Italiam Etruriae Leid. 135 || titum titacium l || colligam l || intellege C || siue Etrusci scripsi | siue trusci l | siue Tusci M || fuerunt scripsi |

v. 535. *Septem*, idest septem montes Romae, Auentinus Tarpeius Caelius Ianiculus Quirinalis Viminalis Esquilinus.

v. 536. *Dictaei regis*, Iouis, a monte Dictaeo Cretae; ut alii, in quo nutritus est. *Dictaei.* Dicta locus est in Graecia, in quo Iouis educatus est, et illo imperante saeculum fuit ferreum.

v. 537. *Impia* et reliqua. More rusticorum 'impios' dicit, qui iuuencos in epulas fuderint eo quod seruandos magis ruri putabant, quia maiores bouem nefas comedi putabant.

v. 538. *Aureus*, non 'aureus Saturnus', sed quia aureo saeculo regnauerit, quo bobus homines non uescebantur.

v. 539. *Necdum classicum*, sonum tubarum. *Classica*, tubae. *Classica.* Prius enim per classes diuidebantur exercitus, postea legio ab electione militum dicta est.

v. 542. *Et iam tempus equum.* Paene sic finiuit, quemadmodum in primo, ut comparatione uteretur. *Iunilius* dicit. Aliter *Gaudentius* ait: Allegoricos hoc dicit: debemus fatigato ingenio parcere fine carminis. Sane non est comparatio sed translatio, sicut etiam in primi fine dicimus. Et plerique uolunt ideo eum dixisse *se* hoc loco carmini Georgico finem facturum, quod duo sequentes libri pastorales *sunt*, non Georgici, ut etiam in prima huius carminis parte memorauimus.

Georg. liber III.

v. 1. *Quoque.* Coniunctio expletiua, quae non ponitur, nisi iam aliquid ante dictum sit. *Magna Pales.* Virgilius feminino dicit; alii, inter quos *Varro*, putant esse masculinum, ut 'hic Pales'. Huic sacra soluuntur XI. Id. Mai., quae Palilia dicuntur. *Magna Pales.* Quare 'magnam' Palem dixit? Cum igitur Romani bellum contra Sallentinos habuissent Regulo consule, templo ei a Regulo constituto Sallentini uicti sunt. *Magna Pales.* Inuocat deam pabuli dicturus de animalibus; sicut de frumentis et uitibus Ceres et Liber, sic nunc et in carmine pastorali post Georgicon dea pabuli Pales, quam alii Vestam esse, alii Matrem deorum dicunt.

---

fuerit l | fuit M || constrat secundum historiam a tuscia usque ad fretum siculum B | secundum historiam tuscos usque siculum omnia possedisse Leid. 135. Vtrumque contaminandum uidebatur || secundum historiam] *Liuium* dicit I 2. Idem fere addito *ut ait Liuius* legitur apud Philarg. || usque om. M || v. 535 romeae l || tarpeus l || celius l || aniculus C || esculinus l || 536 locus, om. est M || eductatus B || seculum B || 537 More rusticorum scripsi | mire rusticos l || qui iuuencos in epulas fuderint eo quod seruandos scripsi | qui iuuencos in epulas eo quod funderint seruandos l | qui iuuencos in epulas fuderint; seruandos M || 538 non aureaus l || seculo B | scto C || uescebantur M | pascebantur l || 539 sonum M | ornam l || 542 Pene l] An 'apte' uel 'bene'? || in primo scripsi | in principio l || gaudentius aut C || alligoricos l | Gaudentius ait allegoricos; hoc dicit M || translacio B || dixisse [se] M | se om. B || *sunt* post 'pastorales' addidi || memorabimus B | memorauimus M, cf. ad Georg. I argum. et Seru. ||

Georg. lib. III. v. 1 XI id. mai iq; palea l || Sallenteni B || carminis, corr. carmine B || Vestam, om. esse M ||

v. 2. *Pastor*, Apollo, qui pecus Admeti in Thessalia pauit. *Pastor*, qui Admeto seruiens pecus pauit, idest Apollo. *Amphryso*. Amphrysus fluuius Thessaliae, ut *Iunilius* dicit, uel mons, ubi Apollo propter poenam colitur et iuxta quem spoliatus *diuinitate Admeti armenta pauit*. *Lycaei*, mons in Arcadia Pani consecratus.

v. 3. *Cetera*, idest fabulae, quae delectationi esse potuerint et *quibus* occupari mentes curis uacuae. *Carmina*, poetarum.

v. 4. *Eurysthea*. Eurystheus rex Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi omnia monstra occidere, quibus posset perire, unde eum 'durum' appellauit, qui potuit ad conplendum odium nouercae sufficere. *Iunilius* et *Gaudentius* dicunt. *Durum*, fortem laboriosum et rerum inexorabilem.

v. 5. *Inlaudati*, pro inlaudabilis; est et inlaudatus, qui necdum laudatus est, inlaudabilis qui laudari non potest. *Inlaudati*, non quod laudatus non sit, sed quod non meruit, participium pro nomine posuit, ut: 'Inlaudatus Apollo.' *Busiridis*. Busiris rex Aegypti, qui hospites Neptuno patri immolabat; alii dicunt, quod Nilo fluuio ipse ab Hercule immolatus sit. *Iunilius* dicit.

v. 6. *Hylas puer*. Hic secutus Herculem, ut aiunt, ab eodem dilectus, a Nymphis adamatus in fontem praecipitatus est, quem cum quaererent nautae nomine suo saepius uocarunt, dicentes: 'Hyla, Hyla.' *Iunilius* dicit. *Latonia*, mulier. *Delos*, insula. *Latonia Delos*. Latona quo tempore a Pythonte premebatur, quem draconem Iuno inmisit, Delon confugit, ubi Apollinem Dianamque procreauit.

v. 7. *Hippodameque*. Hippodame filia fuit Oenomai, regis Elidis et Pisarum, qui sic spondebat, *ut*, siquis eum uicisset in Circensium certamine, ei filiam suam coniugem daret. Hic namque equos ueloces habuit, ut poetae fingunt, uentorum flatu creatos, qui procos filiae multos neca-

v. 2 tesalia l || Amphrysous B || thesaliae B || propter poenam scripsi | per poena B | per poenam M || diuinitate Admeti armenta pauit ex Seruio add. M || Lycaei — consecratus om. M || 3 dilectationi B | dilectioni C || potuerint scripsi | potuer̃ l | potuerunt M || et quibus occupari scripsi | potuer̃ [illegible] et occupare B | et occupari C || mentes M | mentis l || uacuae scripsi | gratiae C | gracie B | uacuas M || 4 Euristhea B | Euristea C [illegible] et gaudemus C, cf. A. Mai, Myth. I 64. Class. Auct. Tom. III p. 25 [illegible] 5 Inlaudat C || inlandabilis est, et inlaudatus M || inlaudabilis M | in laudibus l || Inlaudat C || participium C | participii B || pro nomine M | pronomen B | pro no͂a C || ut 'inlaudatus Apollo.' Hoc nusquam aput Vergilium obuium. An scribere uoluit 'uocatus' Georg. IV 7; Aen. III 395; uel 'formidatus' Aen. III 275 —? Sed potest et Gaudentii nomen latere praesertim cum idem scholium apud Seruium quoque inueniatur. Ecl. VI 48 certe pro 'Gaudentius' corrupte scriptum erat 'laudentius' cf. praef. p. 709 || 6 ut aiunt scripsi | ita ut B || latonia quo tempore l | a phitonte l || 7 Hyppodameque B | Hyppodamque C || hyppodame B | hypodame C || oenemai l, semper || helidis l || spondebat *ut* scripsi | spondebat l || uicisset C | uicesset B || cercensium l || equos ut loques C || flatus C | flata, corr. flatu (sic) B || creatos M | creatus l || qui procos filiae multos necauit scripsi | qui proci coniuge appetitores proce filios multos necauit l | qui procos coniugii appetitores filiae multos necauit M | Patet, libro-

nit. *Vmero*, brachio. Pelops corrupit praemio Myrtilum aurigam, qui Oenomai currui cereos axis clauos inposuit, ut calefacta aera, qua fraude Oenomaus deceptus est, sicque Pelops Hippodamiam duxit uxorem, idest uelocitate currus sui, qui cum in patriam reuerteretur, Myrtilum in mare praecipitauit. *Insignis umero.* Tantalus filius Iouis pater Pelopis, uolens deorum temptare diuinitatem, diis conuiuium fecit *et* deficientibus epulis diis membra filii subposuit, quo facinore conperto omnes ab iis epulis abstinuerunt excepta Cerere, quae brachium eius consumpsit, et iuuenem *in* uitam restituerunt, et Ceres eburneum brachium restituit, ut integra conpago corporis staret, et inde Tantalus aput inferos poenas luit, et ideo hoc fingitur, quia Ceres terra est. Ipsa est quae corpora uniuersa consumit ossa tantum reseruans.

v. 8. *Acer*, uictor. *Acer*, nunc nobilis et inlustris, quia equos a Borea natos superauit. *Qua me*, merito carminis. *Possim*, deest 'ego', ut: 'qua me ego quoque possim.'

v. 9. *Victor*, pro claro et nobili.

v. 10. *Primus*, quia ante ipsum nullus poeta Mantuanus fuit, uel quia nullus exinde talis emersit. *Modo*, tantummodo.

v. 11. *Aonio.* Helicone, monte Musis dedicato.

v. 12. *Idumaeas*, Phoenicas, uel a regione Idumaeorum. *Idumaeas.* Idumaea ciuitas in Syria, in qua palmae nascuntur. *Palmas*, arbores.

v. 13. *Et uiridi in campo.* 'Viridem campum' ad amoenitatis indicium dicit. *Ponam*, constituam, ut *Salustius*: 'Bene posita urbs', idest bene constituta.

v. 14. *Propter*, iuxta. *Ingens*, bonitatem enumerat loci. *Tardis*, longis.

v. 15. *Praetexit*, cooperit.

v. 16. *Caesar*, simulacrum eius.

v. 17. *Illi uictor ego*, agros recipiens uenia Caesaris. *In ostro*, in habitu pontificis, cuius officium in templo consecratur.

---

rum 'proci coniugii (coniuge) appetitores' interpolationem esse interpretatinam, et 'procos filiae' uerborum finibus mutatis, quod saepissime usu uenit, in 'proce filios' abiisse || corrupit scripsi | corrumpit B || marcellum aurigam B || qui oenemai B | Oenomai [qui] M || cereos M | reos B || axis clauos scripsi | saxidonos B | axedones M || ippodamiam B || currus scripsi | cursus B || myrtulum B || [et] deficientibus M | *et* om. B || quo M | quoque B || ab iis scripsi | ab is B | ab his M || excepto cerereq; B | brachium eius B | eius om. M || iuuenem in uitam M | iuuenem uitam B || et cereus B || aput B || terra est ipsa est quae B | terra ipsa est, quae etc. M || consumpmit B ||

v. 8 *Acer* uictor nunc M || nobilis C | nubilis B || qua me ego l | quam ego M | *Qua me*, merito carminis possim, deest ego ut quam ego quoque possim M || 10 quia ante M | qui ante l || 11 Helicone M | benae l || 12 Hydymeas B | Hydimeas C || ydimeorum B | ydymeorum C || Idymeas idymea B || palmes B || 13 ad amoenitatis scripsi | ad moenitatis l | amoenitatis M || 14 *Tardis*, longis om. M || 17 Illic C ||

v. 18. *Centum*, idest, unius diei exhibebo Circenses. *Centum* et reliqua. Ludos Circenses post mortem Virgilii frater eius Proculus exhibuit. *Centum* dicit, idest secundum antiquitatem hoc dicit. *Agitabo*, pro 'faciam agitari'.

v. 19. *Cuncta*, in honorem tuum. *Alpheum*, fluuium Siciliae. *Linquens*, Nemeam siluam, in qua celebratur agon; ex aliis agonibus ad me certatum multitudo conueniet. *Molorchi.* Fluui. Molorchus pastor fuit, qui Herculem uenientem ad occidendum Nemeum leonem suscepit.

v. 20. *Crudo*, duro. *Decernet*, pugnabit. *Caestu*, ut (Aen. V 69): 'Seu crudo fidit *pugnam* conmittere caestu.'

v. 21. *Ipse caput tonsae* et reliqua. Coronam 'tonsibilem' dicit. *Tonsae.* Tonderi enim solent coronae, ut est aput ipsum (Aen. V 556): 'Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.'

v. 24. *Vel scaena.* Apud maiores theatri gradus tantum fiebant; nam scaena de lignis ad tempus fiebat, unde usque hodie consuetudo permanet, ut componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. Scaena autem quae fiebat aut 'uersilis' erat aut 'ductilis'. 'Versilis' tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam conuertebatur et aliam picturae faciem ostendebat. 'Ductilis' tunc, cum tractis tabulatis hac atque illa species nudabatur interior, unde perite utrumque tetigit dicens: 'uersis discedat frondibus', singula singulis conplectens. *Scaena.* Scaenarum genera sunt tria: ductilis apertilis uersilis. Ductilis, quae de foliis, apertilis, quae de tabulatis, uersilis, quae uertitur. *Vel.* Certe duplicem scaenam dixit ab apparatu magnifico Caesaris.

v. 25. *Purpurea* usque *Britanni.* Secundum historiam locutus est. Nam Augustus, postquam uicit Britanniam, plurimos de captiuis, quos

---

v. 18 exhibebo M | exhibeo l || ludor circenses l || centum dicit l | dicit om. M || 19 Linques B || certatum scripsi | certaturns B | certatura M || conueniet (sic) B || Molorchi — suscepit om. M || fluui B || ercolem B || ad occidendum Nemeum leonem suscepit scripsi | ad occidendam meam nemeam leonem suscipit B || 20 pugnabit uel ludet C || Cestu ut se crudo fidit comitere caestu B | *Cestu*, ut 'crudo fidit [pugnam] committere cestu' M || 21 Tondere, corr. -eri B || coronae ut est aput ipsum: 'Omnibus in morem' etc. scripsi | coronae ut caput ipsum omnibus in morem tonsa coma (sic) pressa corona B | coronae et caput ipsum omnibus in morem; tonsa, conpressa corona M || 24 Vel scenam l || teatri l || tontum C || scena l || de lignis B | dilignis B || fiebant C || componantur M | cum ponatur l || pegmata *a* ludorum scripsi | pegmata ludorum l || theatralium B | teatralium C || aeditoribus B | editoribus C | ab editoribus M || scena l || fiebat C | siebat B || picturam faciem C || atque illa l | atque illac M || nubebatur (sic) l | nudabatur scripsi cum Seru. | nudebatur M || frondibus l, quod retinui, cf. schol. sq. || conplectans C || Scaena scenarum B | Scena scenarum C || ductilis apertilis M | ductili apertili l || uersilis scripsi | uersibilis l || de tabulatis scripsi | de subito B | de rubito C || uersibilis l || Alii tria genera ostendunt ita ut una cum foliis fieret, altera uelis, tertia aedificiis idest tabulatis cod. Bern. 165 saec. X || Vel certe M || scenam B | frontibus in uersu, in marg. frondibus || 25 brittanni B | brittanis C || historiam B | istoriam C || lucutus B || Augustus]. Iulii Caesaris nomen desiderat Augusti loco Ribbeck proll.

adduxerat, donauit ad officia theatralia. Dedit etiam 'aulaea', idest uelamina, in quibus depinxerat uictorias suas. Aulaea autem dicta sunt ab 'aula *Attali*', in qua primum inuenta sunt uela ingentia. *Aulaea*, picta uela. *Britanni*, quia ab eo uicti erant, quasi triumphum eius oblatura insula ex spectantium usibus.

v. 26. *In foribus*, ianuis. *Solido*, integro, non sectili.

v. 27. *Gangaridum*, non pugnam Gangaridum, sed elefantorum ornamenta faciam. Aput Gangaridas enim, idest Indos ultimos, multi sunt elefanti. Pro 'ebore' ergo posuit. *Faciam*, insculpi. Gens inter Indos et Assyrios circa Gangen fluuium, unde Gangarides dicti sunt, et hos uicit Augustus, ut (Georg. II 172): 'Inbellem auertis Romanis arcibus Indum.' *Quirini*, Caesaris.

v. 28. *Vndantem*, affluentem. *Vndantem*, idest bella portantem, propter Antonii et Cleopatrae bellum grauissimum. Caesaris tamen tota Aegyptus fuit.

v. 29. *Nilum*, idest habeto. *Aere*, cum rostris, idest cum summis partibus Liburnarum. *Columnas*, quas quidam rex habuit, et uicto eo Caesar eas Romam contulit, uel quattuor columnas effecit, quae postea in ornamentum Capitolii conlatae, quas hodie conspicimus.

v. 30. *Niphaten*. Niphates fluuius et mons in Cappadocia prope fines Armeniae, idest populus iuxta habitans.

v. 31. *Versisque sagittis*, quae retrorsum iaciuntur a Parthis.

v. 32. *Duo tropaea*, idest *ex* insulis quae ortui occasuique subiectae sunt et *quas* subiecit.

v. 33. *Bisque triumphatas a litore gentes*, uel Scytharum et Parthorum, uel ab oriente et ab occidente.

v. 34. *Stabunt*, idest, stabunt in templo Caesaris *et* maiorum signa. *Parii*, marmorei. *Spirantia signa*. Caesaris et maiorum eius marmore opus futurum laudat.

---

p. 20 || brittanniam B | brittaniam C || domauit C || teatralia l || aulea l, semper || ab aula [Attali] M | ab aula l || primum C | brimum B || Aulea picta uel a brittanni quia B, unde *Aulaea* picta uela. *Britanni*, quia scripsi | *Aulaea*, þicta uel a Brittannis quique M || ob| |latura B || ex spectantium usibus scripsi | ex spectantibus usibus B | expectantibus usibus M ||

v. 27 sed elefantorum scripsi | idest elefantorum (defantorum C) l || aput B | apud C || multi sunt multi sunt l || pro ebore M | p̃ (= prae)-bore l || asirios B || Gangem M || Gangarides] gangetrides B | Gangaridae M || angustiis B || romanibus arcibus B || Quirini | riui B || 28 Vndantem idest affluentem M || Caesaris tamen tota Aegyptus fuit scripsi | caesar tamen totius aegypti (egypti C) fuit l | nisi satis habeas 'dominus' uel simile quid supplesse || 29 *Nilum* idest habeto. *Aere*, cum rostris idest cum summis scripsi | Nilum aera ei (aera et C) idest habito in rostris idest in summis l || liburnarum l || effecit M | efficit B || 30 capadocia B || 31 ieciuntur B || partis B || 32 trophea B | tropheo C || idest insulis l | ex add. M || occasui quae B || et quas scripsi | ut l || subiecit uel orientali plaga C || 33 scitarum l || partorum C || et ab occidente B | et abcidente C | et occidente M || 34 et maiorum signa scripsi | maiorum signa l || marmore scripsi | mire B || facturum M ||

v. 35. *Assaraci proles.* Ab Assaraci origine Iuliam familiam dicit descendere. *Demissaeque ab Ioue gentis.* De Ioue et Electra Dardanus natus, a quo Dardania, Erichthonius Tros Ilus Laomedon Priamus. Item Troi filius Assaracus Capys Anchises Aeneas Ascanius Euryleon Iulius; Iuliorum gens ad Caesarem Augustum descendit; item Ganymedes Troi filius.

v. 36. *Et Troiae Cynthius auctor.* Apollinem dicit, qui muros Troiae fabricatus est, uel ut alii, *Cynthius*, rex Troiae et cum suis commemoratur. *Cynthius*, Dardanus.

v. 37. *Inuidia infelix.* Dicit se talia scripturum opera *quae propter* magnitudinem mereantur *inúidiam*, quia inuidia nihil est nocitura timore poenarum. *Amnem.* Cocytus amnis. *Seuerum*, tristem.

v. 38. *Ixionis.* Ixion cum interfecto socero Furiis agitaretur, misericordia in caelum receptus ibique Iunonem stupro conpellauit. Simulacrum Iunonis illi per nubem obpositum est. Cum nube concubuit. Nati Centauri. Ixion in Tartarum iactatus est, quia concubuit cum Iunone et ob hoc apud inferos constrictus ad rotam poenas luit. *Ixionis.* Ixion rex Lapitharum, poenis subditus. *Angues*, quibus in inferno alligatus est ad rotam.

v. 39. *Exsuperabile*, excussum.

v. 40. *Sequamur*, idest prosequamur. *Saltusque sequamur*, quos nemo ante scripsit Latine, idest Georgica scribendo, donec tempus Caesaris aduenit.

v. 41. *Intactos.* Non recte dixit 'intactos'. Nam plures Georgica scripserunt, Nicander, Hesiodus; sed 'intactos' *ad* Romanos retulit, quia nullus scripsit. *Tua Maecenas haut mollia iussa.* Non meo fretus ingenio, sed tuo imperio ad hoc carmen accessi.

v. 42. *Te sine*, anastrophe.

v. 43. *Cithaeron*, pars Parnasi mons Boeotiae.

v. 44. *Taygeti.* Taygetas mons in Scythia; uult per haec intellegi, quod montes in quibus fiunt quadrupedes, eum ad scribendum hortantur.

---

v. 35 Assarici, bis l || ab Ioue M || erectonius B || iulus B || capes B || iurileou B || disceudit B || ganimedes B, cf. Prob. 57, 20 K || 36 cinthius C || appolliuem C || ciuthius C | cinchius B | Cinthius M || commemoratur M | cum memoratur l || *Cynthius*, Dardanus om. M | Cinthyus B || 37 se talia scripsi | se alia l || opera quae propter magnitudinem scripsi | opera maguitudinem l | opera [quae] magnitudiue M || mereantur [iuuidiam] M | meroeatur B | meatur C || siuerum B || 38 receptus scripsi | raptus l, cf. G. IV v. 484 || stupro] stropro l | [ad] stuprum M || Simulacrum Iuuonis illi per nubem scripsi | simulacrum illius per nubem iunonis l | simularum ipsius Iuuouis per nubem M || obpositum B | oppositum C || centa^u^ri C || iactatus est scripsi | iactauit se l || et ob hoc scripsi | et ab hoc l | et ab hac M | cod. 165: Ixion cum iuterfecto soccro Furiis agitaretur, miscricordia deorum in caclum raptus cst ibique Iuuouem stupro compellauit, cui simulacrum Iunonis oppositum est per nubem; illc cum nube concubuit et exiude nati suut Centauri; qui Ixion ob hoc apud iuferos coustrictus ad rotam poeuas luit || 41 nicades l || [ad] Romauos M | romano l || nulus C || haut B || non meo M | non me B || 42 auastrophae C || 43 boetiae B || 44 scithia l || per hoc M || quadrupedes M | quadripes l ||

Epidaurus. Epiri ciuitas, nobilis equis, in Graecia. *Taygeti*. Taygetas ciuitas est Laconica, et hoc dixit, quia dicturus est (v. 404): 'Nec tibi cura canum' et reliqua.

v. 45. *Ingeminata*, idest per echo, ut est (Ecl. X 8): 'Non canimus surdis, respondent omnia siluae.'

v. 46. *Mox*, post Georgica. *Ardentis*, feruentis.

v. 48. *Tithoni*, hoc ait: Vt per tot annos fama illius feratur! *Tithoni*. Tithonum pro 'Sole' posuit, idest pro Titane. Nam 'Tithonus' frater Laomedontis quem proeliantem Aurora dilexit et rapuit, a quo usque ad Caesarem non tempus longum. *Ab origine Caesar*, a Troia originem ducit.

v. 49. *Seu quis Olympiacae*. Olympia urbs in Elide antea Pisa dicta, in qua quinto quoque anno Iouis Circenses et agon celebratur. *Seu quis Olympiacae* et reliqua, dicturus de armentis et gregibus. 'Armenta' equorum et bouum sunt, quia haec animalia apta 'armis'; 'greges' uero capellarum et ouium *Seu quis Olympiacae miratus*. Curulis certaminis studiosus, quod geritur aput Pisas in honorem Iouis Olympiaci.

v. 51. *Corpora praecipue matrum legat*. Per hoc ostendit, matrum corpora esse requirenda. *Toruae*, truculentae.

v. 52. *Forma bouis*, sit. *Plurima*, longa, ut (Georg. I 187): 'Cum se nux plurima siluis.' *Turpe*, grande magnum; ut (Georg. IV 395): 'Turpes pascit sub gurgite focas.'

v. 53. *Et crurum tenus*, usque ad crura. *Palearia*. Pelles dependentes et gutturi cohaerentes et cruribus. *Tenus*, modo aduerbium, non praepositio; dum contra, ablatiuo seruit, ut alibi.

v. 54. *Magna*, longa.

v. 55. *Camuris*, curuis uel flexis, unde et 'camera'. *Hirtae*, hispidae horribiles.

v. 56. *Nec mihi displiceat*, ualde placeat.

v. 59. *Verrit*, trahit legit.

v. 60. *Aetas*. Aetas matribus conueniens. *Lucinam*, quia ipsa praeest partui. *Hymenaeos*, concubitus.

v. 61. *Desinit ante decem* et reliqua. Hic hysteroproteron. Ordo est: ante quattuor incipit, post decem desinit. Post decem annos

---

Epydaurus C || Laconica scripsi | laconici B | Laconiae M || et hoc dicit M || dicturus est, non tibi cura etc. M | nec tibi B ||

v. 48 hoc ait ut M || fama Caesaris M || nam Tithonus M | nam titanus B || laumedontis B || proroeliantem B || a quo ad, om. usque M || 49 ante[a] pissa C || bouum B | bonum C | boum M || quia haec, om. animalia — ouium C || olimpiacae B || curulis M | corillis B || aput, corr. apud B || Pisas scripsi cum Seruio | ipsos B || olympiace, corr. -ci B | 'palmae' in uersu, in marg. 'pugnae' || 51 requerenda C || 52 cum nubs plurima l || gurgite focas B | gurgite [phocas] M || 53 palearea C || guttori l || choerentes l || praeposicio B || seruit B | seruiret M || ut alibi scripsi, cf. Aen. I 737. III 427. X 536 | ut alii B || 55 curuix C || Hyrtae B || 59 legit. uel scopat B m. II || 60 matribus scripsi | matris eius (ei' C) l cf. v. 51 || *Lucinam* lemma addidi | aetas matri eius conueniens, quia ipsa etc. M cum l || qui ipsa C || 61 isteroproteron l ||

nec coitum patitur, nec partum reddit; post quattuor uero utrumque incipit.

v. 62. *Cetera*, quae ante quartum uel post decimum. *Habilis*, rationabilis.

v. 63. *Interea.* Dum haec ita aguntur. *Superat*, subpetit. *Dum laeta iuuentas*, florent greges.

v. 64. *Mares*, masculos. *Pecuaria*, armenta. *Pecuaria*, pro pecora. 'Pecuaria' enim sunt loca, in quibus pecora *sunt* aut ipsa negotiatio. Fit 'pecuaris' 'pecuare'.

v. 65. *Atque aliam ex alia*, idest, ut haec habes, quaere alia. *Suffice*, subministra suscipe, idest ut coeant, unde 'suffectos consules' dicimus.

v. 68. *Inclementia*, inexorabilitas, uel iniquitas, ut *Iunilius* dicit.

v. 71. *Anteueni*, antecape. *Sortire*, subministra substitue; uerbum iudiciorum; nam 'sortiti' dicuntur iudices.

v. 73. *Tu modo quos in spem*, ut habeas mares optimos in spem. *Tu modo* et reliqua. Nota, quod in bobus matres ante, in equis admissarios ante commemorat.

v. 75. *Pecoris*, equi.

v. 76. *Altius*, cum iusultatione quadam incedit. *Mollia*, flexibilia, et *Ennius* de gruibus dicit.

v. 77. *Primus et ire uiam*, praecedit in uia. *Minantis*, minaces.

v. 78. *Audet et ignoto ponto*, per quem numquam transierat.

v. 79. *Ardua*, nunc 'erecta'.

v. 80. *Argutum*, breue, paruum. *Aluus*, uenter. *Obesa*, pinguia, subacta.'

v. 81. *Luxuriat*, habundat. 'Luxuriat' barbare dixit: est enim primae positionis uerbum 'luxurior'. *Toris*, capillis spatiosis. *Honesti*, nobiles.

v. 82. *Spadices*, rubicundi. 'Spadices' dicuntur equi rubicundi coloris. 'Spadix' enim apud Siculos dicitur palma, cuius color rubicundus. *Glauci* . . . .

---

v. 62 *Cetera*, quae] Caeteraq; 1 | Cetera M || et post decimum M || racionabilius B || 63 subpetit B | suppetit C || 64 in quibus pecora *sunt* aut scripsi | in quibus pecara aut B || negociatio B || pecuaris pecnare scripsi | pecnaris irae B || in qnibus pecora aut ipsa negotiatio fit pecualis irae M || 65 habeas M || 66 (optima quaeque) ad omnia quaeque pertinet ista senteutia C || 69 in uersu 'malis', in marg. 'nelis' || 71 sortiti B | an 'sortiri'? || iudices] qui occupatorum funguntur officio B m. II || 73 habeas scripsi | habeat 1 || obtimos 1 || admiserios B || Notanda saue exquisita uarietas; nam in bobus matres ante descripsit, in equis admissarios ante commemorat B m. II || 76 insultacione B || 77 Minantes M || in uersu 'minacis', m. II minaces; in marg. 'minantis' (sic, minautes M) || 78 Andet ignoto ponto C || 79 eraecta B || 80 Argutumque M || aluus M | alius 1 || 81 Luxoriat C | Luxorat B || habundat abundat C | abundat abundat B || luxoriat 1 || posicionis B || luxorior 1 || spatiosis scripsi | spatiis B || nobilis B || 82 Spadicit B | Spadič C || coloris M | colores 1 || *Glauci* . . . . v. 83. *Giluo*. Albis etc. scripsi et 'giluo' lemma suppleui, cf. Seru. Agitur de 'albo giluo' | Glauci albis B ||

v. 83. *Giluo*. Albis uituperationem dare non poterat, quia dixit (Aen. XII 84): 'Qui candore niues anteirent, cursibus auras.' Sed hic una pars orationis est.

v. 84. *Tremit*, tremebundus. *Artus*, pro 'artubus'.

v. 85. *Ignem*, iracundiam, bene, quia interior pars equi ignea est, uel flatus indicat magnanimitatem suam.

v. 86. *Iuba*, coma.

v. 87. *Cauat*, fodit.

v. 88. *Et solido grauiter sonat ungula pulsu*, ut ostendat animositatem.

v. 89. *Talis Amyclaei* et reliqua. Amycla urbs in Peloponneso. Equos autem a Neptuno Iunoni datos *Alciman* lyricus dicit Cyllarum et Xanthum, quorum Polluci Cyllarum, Xanthum fratri eius concessum esse dictum est. Cyllarus enim equus fuit Pollucis. *Pollucis*. Castor equorum domitor, sed licentia poetica fratrem pro eo posuit, ut (Ecl. VI 79): 'Quas Philomela dapes', pro Progne, et (Aen. I 235) 'Reuocato a sanguine Teucri', pro Dardani. Aut ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo 'Polluces' et 'Castores' uocantur; nam et ludi et templum et stellae 'Castorum' dicuntur.

v. 90. *Et quorum*. Ocys Pegasus Arion.

v. 92. *Talis et ipse*. Chiron, qui ex Philura natus est.

v. 93. *Coniugis*, Philurae uel Opis. Saturnus cum premeret Philuram Nympham, uxor eius Ops adueniens *in* figuras equorum eos uertit, quo coitu Philura grauis facta petit Pelion montem et illic Chirona Centaurum procreauit. *Pernix*, uelox. *Et altum*, montem Thessaliae.

v. 94. *Acuto*, largo.

v. 96. *Abde domo*. Nominaliter intellegendum, ut puto, 'abde domo' pro 'in domo'; nam si 'aduerbialiter' uellet, domi diceret. *Abde domo*, idest 'de' domo; altera enim praepositio hic nihili est. *Nec turpi*

---

v. 83 uitupcracionem B || quia candore B || oracionis B || 84 artibus B | artibus M || 85 Indigat sua magnitudinem C || in uersu 'premens', in marg. 'fremens' || 86 iuua, corr. m. II iuba B || 88 osteu|tendat B || in uersu 'cornu', in marg. 'pulsu' || 89 amiclei C || amicla l || peloponenso l || Alcman lyricus M | alcimān liricos l. Dixit hoc Alcman haud dubie in hymno ad Dioscuros eritque fragmentis 8—14 p. 635. 636 Bergk II adiciendum, cf. Schneidewin Philol. VII 738 || cillarum et exantum l || exanthum l, cf. Prob. p. 28, 8 K: et iccirco etiam *poetae* tradunt ab eo donatum Adrasto equum Ariona et Iunoni Xanthum et Cyllaron, quos illa dederit Castori et Polluci, et p. 59, 25. Philargyr. l. l. ut *poetae Graeculi* fabulantur || Cyllarus enim equus fuit pollucis et magni currus acyllis l. Haud dubio legendum: Cyllarus enim equus fuit Pollucis. v. 91. *Et magni currus Achillis* — cuius lemmatis expositio intercidit || prognę B || reuocati B || dardanii B || 90 Ocys scripsi | ocius B, an 'Caerus'? cf. Paus. VIII 25, 5 || arrion B || 92 ciron qui ex philara l. Quod nomen, cum in sequentibus quoque uel 'philara' uel 'filura' scribatur, formam 'Philuram' reponere haud dubitaui || 93 Coniugi philarae l || phylaram C | philaram (sic) B || opis C | opis B, unde Ops scripsi || aduenecns, corr. -iens B || in figuras M | figuras l || connertit M || filura l || cirona B | ciron C || centnrum C || thesaliae B || 94 large B || 96 Nominaliter scripsi | sed aliter l || praeposicio B || nihili scripsi | nihil B ||

ignosce senectae. Est sensus: ignosce nec turpi senectae, ideo quia equi semper formosi sunt.

v. 97. *Frustra*, cum iam non possit bene uti coitu.

v. 99. *Vt quondam.* Significat aliquando, idest, conparatio est.

v. 100. *Ergo animos* et reliqua. Ante omnia uult aetatem et magnanimitatem equorum requirere, postea parentes et studium probare, ut sciat, quales adquirunt uel amittunt uictoriam. *Aeuumque notabis*, considera aetatis tempora.

v. 101. *Artes*, uirtutes.

v. 104. *Carcere*, usurpatiue pro carceribus, qui ab arcendo dicti sunt; nam 'carcer' est et custodia noxiorum. *Carcere*, ianuis circi. *Currus*, pro 'curribus'.

v. 105. *Iuuenum*, aurigarum uel spectantium, ut *Gaudentius* dicit. *Iuuenum*, populi. *Iunilius* dicit. *Exultantia*, palpitantia. *Haurit*, ferit.

v. 106. *Verbere*, nominatiuum non habet. *Verbere torto*, frequenti scilicet iteratione.

v. 111. *Vmescunt spumis flatuque sequentum*, cum humorem spumeum inmittunt.

v. 113. *Erichthonius.* Rex Atheniensium ex Vulcano et Terra genitus, primus ad currum equos iunxisse dicitur. *Iunilius* dicit. *Currus et quattuor equos*, quadrigas fecit. *Erichthonius.* Vt *Gaudentius* dicit, de Vulcano et Minerua reluctante et libidinem proiciente in terram, puer draconteis pedibus quasi de Terra et Lite procreatur; hinc ad tegendam pedum foeditatem iunctis equis usus est currui, quo tegeret sui corporis turpitudinem.

v. 114. *Rapidus*, uelox. *Victor*, propositi sui effector.

v. 115. *Pelethronii.* Pelethronion locus est Thessaliae, in quo Chiron Centaurus habitauit, 'medicinae antistes' appellatus. *Lapithae*, dicti a Lapithe, filio Apollinis et eorum domicilia circa Pelion in Thessalia ferunt fuisse, ideoque inter ipsos et Centauros de locis bellum commissum est.

v. 116. *Atque equitem*, equum.

v. 117. *Insultare*, frequenter salire. *Glomerare*, alternare, ut cum disciplina incedat.

---

v. 97 coitu scripsi | conuentu l || 99 conparacio B || 100 Ergo, corr. erga B || ante B | arte M || quales scripsi | quos B | qui M || amittunt M | admittunt B || 104 qui ab M | quia ab l || nam carcer est et scripsi | nam et carcer est l || pro curribus scripsi | pro curruum B || 106 iteracione B || 109 adsurgere in uersu, in marg. 'adsurgere uel insurgere' || 111 Vmescunt l | Humescaut M || humorem scripsi | hudorem C | hodorem B | odorem M || inmittunt scripsi | amittunt l | admittunt M || speum C || 113 Ericthonius l || ex uulcano l | et Vulcano M || genitos l || currum quos C || et
or
IIII equos C || Ericthonius C || de Vulcano — proiciente] mendosum hoc loquendi genus non ausus sum coniciendo temptare || currui] curru B || tegeret scripsi cum M | tegerat B || 115 Peletroni C || peletronion C || thesaliae l || ciron l || ceutaur'os (= centaurusos) B | centauros C || Laphitae B || a laphis B | a Lapithe M || tesalia B || commissus est B ||

v. 118. *Aequus*, iunctos et singulos regendi. *Iuuenem*, equum.

v. 120. *Quamuis saepe fuga*, ordo est: quamuis fuga sit saepe uictor. *Egerit*, persecutus est aut reuocauit fugientes.

v. 121. *Et patriam Epirum.* Epirus posita circa Ionium sinum; propter campestrem tractum oportunissima loca equino generi. *Referat*, idest repraesentet. *Claras*, fortes.

v. 122. *Neptuni*, nobili genere ab equo Neptuni, qui tridentis natus est percussione, cui nomen erat *Arion* uel ut alii Pegasus. *Ipsa deducat origine gentem*, deest hic 'aliquis'.

v. 123. *His animaduersis.* Moribus et aetate deprehensis. *Sub tempus*, coeundi scilicet, quo eis cura maior adhibetur.

v. 124. *Denso*, non laxo, quod quibusdam potationibus per fraudem *agasones facere consueuerunt.*

v. 125. *Maritum*, admissarium.

v. 126. *Florentes*, adultas maturas quibus robur adquiritur.

v. 127. *Blando labori*, idest perifrasis coitus.

v. 128. *Referant*, repraesentent, ut ibi (Aen. IV 329): 'Qui te tamen ore referret.' *Ieiunia*, infirmitatem ex inedia.

v. 131. *Sollicitant*, commouent. *Frondesque negant et fontibus arcent.* Per transitum frondes negant post primum partum, contra illut (v. 126): 'Florentesque secant herbas fluuiosque ministrant.'

v. 133. *Cum grauiter* et reliqua. Hoc est, die medio, idest ad exprimendum diei tempus, non quod equae aestatis tempore *non* coeant.

v. 135. *Nimio*, pingui. *Luxu*, idest a luxuria segetum. *Nimio ne luxu* et reliqua. Turpem rem uitauit, a translationibus, quas omnes ab agricultura traxit.

v. 136. *Genitali aruo*, muliebri. *Oblimet*, claudat meatus, et hoc translatiue, nam legimus (Georg. I 116): 'Et obducto late tenet omnia limo.' *Aruo*, folliculo quem 'uuluam' uocant.

v. 139. *Exactis*, uicinis partui; tunc diligentius tractandae sunt, ne abigant.

---

v. 118 Eqnns l || iunctos et singulos regendi scripsi | iunctus ad singulos regendi l || 121 ephirum epirus l || oportunissima l || representat B || 121 in nersn 'fortis', in marg. 'claras' || 122 erat *Arion* M | erat l || Ipsae B || deest hic 'aliquis' scripsi | aliq^u^ B (= aliqna) | aliquid M || ipsa in uersu, in marg. ipsãm || 123 coenndi M | coequandi l || scilicet quo scripsi | scilicet et quo l || 124 quod Sern. | quia B || quibusdam (sic) B || pǒtacionibus B || agasones facere consueuernnt om. B, ex Sernio addidi || Denso non laxo B || 125 admisarium B || 127 Farra pro omui annona C || 128 ut ibi scripsi | repraesentant ut nbi qui tae tamen B | qni om. M || 130 Dicendo 'nota' per transitum tetigit rem ab aliis diligenter expressam C m. II || 131 In uersu 'sollicitat', in marg. 'sollicitant' || illnt B || herbas et flumina ministrant B || 133 diei M | diea l || *non* coeant scripsi | coeant l || 135 luxoria l | a tra^n^slacionibus B] malim '*in* translationibns' || 136 Genitalia mnliebri l | *Genitali*, muliebri M || translatiuae B || latet enim et omnia l || 138 *Cura* idest narrationis admissariorum (emisariorum) C || 139 Exhactis B || tractandae scripsi | tractanda l || abigant M | abigeant l ||

v. 141. *Non saltu superare uiam*, quod solet fieri cum pascunt pedibus inpeditis. *Et acri carpere prata fuga.* Hoc in Pannonia fit.

v. 142. *Fluviosque innare rapaces*, ne abortiuum faciant.

v. 143. *Saltibus in uacuis*, sine spinis, spatiosis, magnis. *Et plena*, ne inclinentur ad potum. *Secundum*, idest iuxta.

v. 145. *Speluncaeque tegant* et reliqua, ut si fuerint aestus, habeant receptaculum. *Procubet*, immineat.

v. 146. *Est lucos Silari circa.* Ordo est talis: est circa lucos. *Silari*, fluminis Lucaniae. Silarus fluuius in Lucania, idest regio uel lacus in Italia. Silarus amnis Lucaniae. *Ilicibus*, propria fluminum uel arbores.

v. 147. *Alburnus* mons Lucaniae. *Volitans*, nomen, non participium, ac si diceret: est multa musca uolitans. *Alburnus*, mons, qui a Silaro distat VI passuum. Circa haec loca uulgo aestiuo tempore pecora demorantur. *Asilo*, muscam uariam *Nigidius* dicit eum esse, et eum 'tabanum' bobus maxime nocentem.

v. 148. *Oestrum*, Graece, Latinum 'asilus', uulgo 'tabanus'. *Cui nomen asilo*, ut (Aen. IX 593): 'Cui Remulo cognomen erat.' Circa haec loca pecora aestiuis temporibus demorantur. *Vertere*, uocarunt.

v. 151. *Tanagri.* Est locus in Graecia aut palus Boeotiae; torrens est ante ciuitatem Graeciae Tanagram, quae sita est septimo miliario *a* Chalcidensium ciuitate. *Tanagri*, torrens fluuius Lucaniae.

v. 153. *Inachiae.* Io, Inachi filia, quae a Ioue conpressa est. *Meditata*, inferens exercens excogitata.

v. 154. *Hunc quoque* et reliqua. Etiam hoc malum remoue. *Feruoribus*, meridie. *Hunc quoque* et reliqua. Ostendit, quemadmodum possit uitari.

v. 155. *Grauido*, praegnanti.

v. 156. *Sole recens orto*, statim. *Aut noctem ducentibus astris*, aut circa noctem. *Ducentibus*, aduehentibus.

---

v. 141 quod solet scripsi | quia solet 1 || in pannonia B | in Pania in textu, in Panico (idest terrore) coni. M || 142 in mare B || faciant scripsi | faciat B || 143 sine spinis scripsi | in spinis 1 || spaciosis 1 || magnis scripsi | magis 1 || 145 Speluncᵇaeque B || si fuerint aestus scripsi | si fuerint aestas 1 | si fuerit aestas M || ceptacula C || imminet B || 146 Est lucos C | Est lucus B || est talis M | est alis 1 || Silarius 1 || amnis in lucanię B | amnis in Lucania M || fluminam, corr. -um B | flumina M | an 'propriae fluminum arbores'? || 147 Alburitus C || ac si diceret multa, om. est M || musca uolitans i· actanoc ·i· clehurin C, quorum illud 'ilicis', hoc 'asili' nomen interpretari uidetur, cf. praef. p. 691 || VI passuum B | III passuum M || eum esse scripsi | inesse B, cf. Philarg. || 148 grece latinum 1 || uulgo M | uulgus 1 || tabantur C || asilio C || uocarunt scripsi | uocatur B || 151 boetiae 1 || tanagrum 1 || miliario a M | miliario B || miliriario C || Chalcidensium scripsi | calcidonensium 1 || ciuitate M | ciuitatem 1 || 154 remone M | renouę 1 || meridie] meridię 1 | meridiei M || 155 praegnanti scripsi | ignoua 1 | ignauo M || 156 dicentibus B || aut circa noctem aduertimus B et in marg. R̃Q, idest 'requiro', lacunae signum apertissimum, unde scripsi '*Ducentibus*, aduehentibus' ||

v. 158. *Notas*, characteras. *Inurunt*, significant.

v. 159. *Submittere*, admissarios, uel ad fetum. *Habendo*, seruando.

v. 160. *Aut aris*, de omnibus dicit generaliter. *Sacros*, dedicatos ad sacrificium.

v. 161. *Et campum horrentem* et reliqua. Poetice dicit; sufficit enim 'scindere campum.' *Inuertere*, abscindere.

v. 162. *Cetera*. Excipit illa animalia, quae dicit domi seruanda. *Per agros*, per herbas.

v. 163. *Tu quos*, de bobus domandis dicit.

v. 164. *Hortare*, blandire. *Viam*, artem. *Insiste*, impone, institue.

v. 165. *Dum mobilis aetas*, idest in teneros. *Mobilis*, pro flexibilis.

v. 166. *Circlos*, idest circulos. 'Circus' principale, unde 'circulus', sicut 'periclum' et 'periculum' et 'saeclum' 'saeculum'que.

v. 168. *Seruitio*, seruituti. *Torquibus*, circulis. *Adsuerint*, inoleuerint.

v. 169. *Gradum conferre*, accedere ambulare incedere.

v. 170. *Inanes*, sine pondere.

v. 173. *Instrepat*, strideat. *Aereus*, pro aeratus, ut (Aen. V 274): 'Aerea quem obliquum rota transit.' *Aereus*, ualidus. *Orbis*, orbes rotas.

v. 174. *Pubi indomitae*, iuuencis.

v. 175. *Vescas*, siccas et teneras uel amaras.

v. 179. *Studium*, deest 'sit'.

v. 180. *Praelabi flumina*, quia ut supra dixit (v. 18) circa ripas fluminum agitabatur curule certamen. *Pisae*. Pisa oppidum Graeciae, ubi Olympia celebrantur, et Alpheus fluuius illius regionis est.

v. 181. *Et Iouis in luco*, quia ibi quinquennalia Ioui celebrantur.

---

v. 158 caracteras C | carecteras B || 159 Submitere B || 161 poetice M | poetae B | poete C || sufficit, om. enim M || capum C || 162 Caetera B | Cetera C || In uersu 'per herbas', in marg. 'per agros' || 163 de bobus M | de duobus B | de duobus, corr. bobus m. II C || 164 ortare B || blandire M | plandiri B || instituae C || 165 idest scripsi | ideo B || in teneros] malim 'in teneris' || 166 Circos B || peridum B || seclum seculumque B || 168 Seruicio B || circulis scripsi | circaeis l || *Seruitio*, seruituti, torquibus circaeis M || 173 stridet l || *Aereus*, ualidus orbis; *orbes*, rotas M || 175 siccas et teneras uel amaras C | siccas uel amaras (et teneras [superscript: et teneras] m. II, siccas in ras.) B | siccas nel teneras M || Ad v. 176 baec sunt in libris scripta: Etiam farraginem tulerit salis satyro (satiro C) alieno nt reo niridi minphis (nymphis C) aptos a tyro autem largo abundantia drimoqne exanthoqne (exantoqne C) hęe sunt (hę esseř C) ut mnlti uolnnt de quibus ait inno snnt mihi bis septem (bis VII C) sed magis poeticę (poetice C) conficta nomina accipimus pinctis intinctis pellibus aut hebridas (hedridas C) habentem dabis. — Pertinent ea ad Georg. IV v. 335 sq. bunc in modnm emendanda: .... etiam ferruginem tulerit †. *Hyali saturo*, hyali nitreo uiridi Nymphis apto. *Saturo* autem largo habundanti. v. 336 *Drymoque Xanthoque*. Hae snnt nt mnlti uolunt, de quibus ait Iuno (Aen. I 71): 'Sunt mihi bis septem', sed magis poetice conficta nomina accipimus. v. 342 *Pictis incinctae pellibus ambae*, nebridas babentes, cf. ad Georg. IV 335. 336 || 180 qnia nt snpra scripsi | quia supra l || curule M | curale l || olimpia B || celebrabantnr M || In uersu 'Alphea', in marg. 'Alpheta' ||

v. 182. *Primus equi labor est.* Laborandum est, ut haec omnia non equi aspernentur.

v. 183. *Lituos*, tubas maiores. *Gementem*, sonantem stridulam.

v. 184. *Ferre*, pati.

v. 185. *Blandis laudibus*, blandimentis.

v. 186. *Plausae*, manu percussae. *Amare*, diligere.

v. 187. *Depulsus*, exemptus.

v. 188. *Inque uicem det*, non semper, sed modo det, modo non det capistris, ne adhuc tenera ora laedantur. *Mollibus.* Primo enim pulli capistro subiciuntur, ut incitentur, postremo *ut* flectantur et ceruicem habeant molliorem, unde ipsa capistra ait 'mollia'.

v. 189. *Inualidus*, adhuc infirmus. *Et iam inscius aeui*, ignarus adhuc pullus, nondum habens ab annis fiduciam.

v. 190. *Tribus*, annis. *Accesserit*, acceperit.

v. 191. *Carpere*, ambulando facere.

v. 192. *Compositis*, sinuosis.

v. 193. *Sitque laboranti similis*, quasi laborans; nam non laborat. *Sitque laboranti similis*, ad futurum laborem praeparatur.

v. 194. *Tum uocet*, prouocet; commoueat, idest maiorem impetum. *Per aperta*, idest per campestria. *Ceu liber habenis*, sine freno, extra frenos constitutus.

v. 195. *Aequora*, campos, ut uideatur ultra harenas ambulare.

v. 196. *Qualis Hyperboreis.* Hyperborei montes in Scythia, inter quos aquilo inflat.

v. 197. *Hiemes*, tempestatem significat. Quomodo his locis dixit magnam incubuisse tempestatem, et quomodo item (v. 199): 'lenibus flabris'? Soluitur sic: quia quando materies tanta saeuit, serenum facit. *Atque arida differt*, sine pluuia spargit, dissipat.

v. 199. *Horrescunt*, contremiscunt. *Flabris*, flatibus.

v. 201. *Ille*, uentus. *Verrens*, trahens.

v. 202. *Hic*, equus. *Ad Elei*, circi fines. *Elis* ciuitas Arcadiae, in qua agitur curule certamen. Species pro genere dicitur. *Ad Elei metas*, agon apud Eleam ciuitatem. *Maxima spatia.* Hic Olympiacum maximum

·i· uocibus

v. 182 equi non M || 184 Fere B || 185 Blandis laudibus blandimentis C || 187 exemptus scripsi | excerptus l || 188 modo non det. *Capistris*, ne adhuc etc. M. Est *Celsi* sententia apud Philargyrium || subiciantur M || ut incitentur scripsi || ut incitati l || *ut* flectantur scripsi | flectentur l || 190 acciperit l | in uersu 'accesserit', in marg. 'acceperit' || 192 Compositis C || 193 laborant similis C || 194 commouet l || extra frena M || 195 ultra harenas] ultra arcuis l || 196 Qualis hyperborei (s eras.) montes C | insicia l || 197 Hiemes tempestatem his locis significat quomo dixit B | tempestatem significat. Quomodo his locis dixit scripsi | tempestatem. His locis significat quomodo dixit M || lenibus flabris soluitur, sic quia etc. M || quando materies tanta scripsi | quanta materies tantum B || defert l || 199 contremescunt B | contremescuno C || 202 equ$\overset{v}{o}$s B || *Ad Elei*, circi fines. *Elis*, ciuitas scripsi | Ad elei (olei C) heleus circilis (circulis C) ciuitas l | *Ad Elei*, Elis circilis ciuitas M || currule M | cereale l || Eleam M | eliam B || olimpiacum B || studium B || ercoles

est stadium, quod Hercules metitus est, ideo maius ceteris, quod Hercules maiores passus quam ceteri homines habuerit.

v. 203. *Et spumas aget*, quod signum equi fortis, si 'cruentas', uelut rubras egerit spumas.

v. 204. *Belgica esseda*, genus uehiculi Gallici; nam Belgi ciuitas Galliae; quae appellant 'esseda' quaeque *Lucanus* memorat. *Molli*, tenero uel domito ut (Aen. XI 622): 'Mollia colla reflectunt.'

v. 205. *Farragine*, esca farris.

v. 206. *Ante domandum*, antequam domentur.

v. 208. *Duris*, asperis. *Lupatis*. 'Lupata' a lupinis *dentibus*, fortiores freni, idest hami quibus equi facilius flectuntur. *Parere*, discere ambulare.

v. 209. *Vires industria firmat*, solidum facit coitum.

v. 210. *Caeci*, latentis. *Amoris*, cupidinis.

v. 211. *Cui gratior usus equorum*, siquis est, qui non amat boues, sed equos.

v. 212. *Procul atque in sola relegant*, idest secreta a feminis remouent.

v. 213. *Pascua*, ut manducent. *Post montem*, ne uidant et ne possint accedere. *Oppositum*, absconditum. *Et trans flumina lata*, ne natatus sit facilis.

v. 215. *Videndo*, dum uidetur. *Vrit*, incendit.

v. 218. *Cornibus inter se subigit*, inter utrumque praelium. *De cernere*, certare.

v. 219. *Formosa iuuenca*, ut magis illa laudetur, quam Sila. Laudaturus locum pascui etiam pecus laudat.

v. 221. *Lauit*, qui alium, 'lauat'; 'lauatur', qui se. Lauo lauas lauor lauaris lauo lauis.

v. 222. *Versa*, contraria, infesta.

v. 223. *Reboant*, reclamant remugiunt, faciunt sonum. 'Reboo' uerbum Graecum; nam apud Latinos nullum uerbum, quod ante o finitum

---

mecitus, corr. metitus B || hercoles B || In uersu 'hinc', in marg. 'hic' | An: 'eo maius ceteris quo Hercules maiores etc.'? ||

v. 203 equi fortis si 'cruentas' uelut rubras scripsi | equi fortis cruentas uelut robustas l | equi fortis. *Cruentas*, uelut robustas M, cf. Seru. || 204 Belgica (sic) l | ueiculi B || Belgi M | gelgi l || quam appellant 'essedam' M | quem appellant issida l || quamque l || quae — esseda — quaeque scripsi, cf. Lucan. I 426: 'Et docilis rector monstratis Belga couinni', cum scholiis || molli in ras. B | collo flectunt B | molli collo flectant M || 208 a lupinis *dentibus* M ex Seru. | a lupinis B || forciores freni B | fortiora frena M || hami scripsi | cami B || 211 gracior l || boue sed l || *Boum* idest taurorum; *equorum*, idest admissariorum (emisariorum) C || 213 niuideant (de) C || accere (ec) C || 216 in uersu n herbae, in marg. 'ueque' || 218 inter utrumque scripsi | utrumque l || proelium l || in uersu amantis, corr. -tes m. II, in marg. 'tauros' || 219 quam Sila scripsi | quam silua B || 221 quia alium B || 223 remugiant M || uerbum nā grecum nā C || ante o finitum habeat *alterum* scripsi | ante o finitum habeat l |

habeat *alterum*, nisi 'inchoo', quod adspiratione in medio sita aliter scribitur 'incoho'. III tantum nomina in quibus c litteram sequitur h, idest sepulchrum orchus pulcher, e quibus hodie 'pulcher' tantum recepit. *Olympus*, mons Macedoniae, et alter in Moesia; praeterea a poetis Olympum 'caelum' uocari notum est.

v. 224. *Stabulare*, 'stabula' proprie magnarum ferarum receptacula.

v. 225. *Exulat*, extra solum suum habitat. *Oris*, ablatiuus casus.

v. 226. *Multa*, pro multum, subauditur dolens. *Multa gemens*, ululatibus. *Ignominiam*, infamiam.

v. 227. *Inultus*, gemens. *Plagas*, contusus.

v. 228. *Auitis*, a patre relictis.

v. 229. *Ergo omni cura uires exercet*, ab inculto robur adquirit.

v. 230. *Pernix*, perseuerans.

v. 231. *Carice*, herba durissima. De carice et iunco tegurium construxit.

v. 235. *Oblitum*, securum ex ante acta uictoria. *Fertur*, uenit. *Fertur in hostem*, contra aduersarium; metafora a militibus.

v. 237. *Fluctus ut*, primum. *In medio coepit cum albescere ponto*, sic taurus paulatim ad praelium.

v. 239. *Inmane*, aduerbium. *Sonat* fragorem facit.

v. 241. *Subuectat*, subleuat.

v. 244. *In furias*, idest amoris. *Amor omnibus idem*, similis, pro natura uniuscuiusque generis.

v. 245. *Leaena*, graecum, sicut 'dracaena'. Nam nos 'hic' et 'haec' leo dicimus, quia in o exeuntia nomina feminina ex se non faciunt, ut fullo latro leo; 'lea' autem usurpatum est.

v. 247. *Informes ursi*, bene informes, quia informis nascitur, sed mater lambendo ad formam suam deducit. *Informes*, uel magni.

---

ante o finitum o habeat M || quod adspiratione in medio sita aliter scripsi | adspiracionem in medio sita quod aliter l | quod adspiratione in medio posita M || incoho B | inchoo C || Tria tantum M | in tantum l | c littera M || sepulchrum orchus pulcher B | sepulchrum orcus pulcher C || e qnibns hodie] Malim *h* hodie || pulcer B | pulcher C || recepit l | recipit [adspirationem] M e Seruio, cf. de eo loco Probi catholica p. 38, 27 K.: 'quidam putant inchoo debere dici inperitissime. nam neque post c litteram h Latina nerba regit, exceptis nominibus tribns quae supra posni, pulcher Orchus *lurcho*; neque o littera ante o *alteram* in Latinorum nerborum prima persona reperitur ..... igitur qnod Plautus posuit reboo, non Latine sed Graece posuit.' Vnde pro 'sepulchrum' scripserim 'lurcho'.

v. 225 Exultat C || 227 *Inultus* gemens. *Plagas* contusus scripsi | *Inultus* gemens contusus l || 229 ab incultn l || 230 Pernix uelox, suprascr. perseuerans B || 235 Oblitus securus l || 237 prelium B || 244 *In furias* idest amoris idest in furores; *ignem* idest in ardorem libidinis C || 245 *Non alio*, idest quam qnando runnt in ignem libidinis C || leo; lea autem nsurpatnm est scripsi | ut fullo latra leo leo hoc autem nsurpatnm est B | lea non autem nsnrp. e. M || femininia B || 247 in forme quiat informis C || lanbendo B | labendo C ||

v. 249. *Libyae*, regio. *Solis*, desertis. *In agris*, serpentibus plenis.

v. 250. *Nonne uides.* Signatis utitur sermonibus ad uim amoris exaggerandam.

v. 251. *Notas odor attulit auras.* Hypallage, pro si aurae odorem adportauerint notum.

v. 252. *Virum*, uirorum fortium.

v. 253. *Non scopuli* et reliqua, ut supra dixit (v. 213): 'Post montem oppositum et trans flumina lata.'

v. 254. *Vnda*, per undam. *Montes*, saxa ingentia 'montes' uocat, quae flumina uoluunt.

v. 255. *Ipse ruit* et reliqua. Dicit enim domesticum suem, quem 'cicurem' uocant; nam de apris dixit supra (v. 248): 'Tum saeuus aper.' Vult enim non solum feras probare, sed et mansueta animalia *amore in furorem moueri. Sabellicus. Iunilius* dicit Samniticum aut Sabinum.

v. 256. *Prosubigit*, fodit impellit. *Fricat arbore costas*, alternis pugnaturi sues.

v. 257. *Vmeros*, hic pro armis posuit. *Ad uulnera*, uenatorum.

v. 258. *Quid iuuenis* et reliqua. Hic Leandrum tangit. Hic quidam putant Virgilium tristissimam et ab omnibus poetis paene celebratam historiam Leandri atque Herus solam retulisse, sed falluntur; nam generaliter cum ferarum, tum etiam adulescentum amorem grauem et omnis condicionis expertem uult indicare, et sicut ille ardens interiectum transierit pelagus, ita etiam ceteros accipiamus in cupiditate nimia nullos timores refugisse mortis, ut Leander ob amorem Herus, uxoris eius, natauit et periit, qui Hellespontum inter Asiam et Europam noctu *tra*natans . . . a puella lumen in turre accendebatur. Hoc saepius facto tempestate

---

v. 249 Lybię B || Solis desertis in agris B | Solis erratur in agris M || 250 ignatis C || ad uim amoris exaggerandam M | ad uim maioris exaggerandum l || 251 Notas adorat attollit auras ypalage B || 254 montes uocat que B | montes uocati, quae in textu, in marg. uocata quae coni. M || 255 domesticum suem B | domesticum sicut C | domesticum siue M || de apris dt C | dicit B || non solum fera M || Post 'mansueta animalia' insuper 'amore in furorem agi' uel 'ad furorem moueri' adiciendum censet M | amore in furorem moueri ex Seru. addidi || uel Sabinum M || 257 armis sposuit B || posuit ad uulnera uenatorum M || 258 *Quid iuuenis* et rel.] Quod scholium cum in cod. Vorg. Bern. 165 integrum adsit, eius codicis scripturas uariantes D siglo notatas addidi. Hic quidam D | hoc quidam BC || peue l || leandri atque adero. solum retulisse D, unde Herus solam scripsi | leandri atque eaurea retulisse B | aurea retulisse C | Heronis retulisse M || cum ferarum l | cum ferorum M || adulescentium D | adolescentum BC || amorem amorem D || et omnis condicionis D | et omnem condicionis B | conditionis C | et omnis rationis coni. M || ita etiam ceteros l | ceteros om. M || ob amorem D | ab amorem BC | ab amore M || adero uxoris natauit D | ydoneris uxoris eius natauit BC | Heronis uxoris eius M || hellespontum D | ellespontum BC || et europam D | et eurupum C | et urupam B || tranatans . . . a puella scripsi, lacunam signaui | natans a puella BD | nata sis a puella C ||

lumen extinctum *aliquando.* Leander periit in tenebris. Cuius corpus naufragio terrae adpulsum est. Puella uero se a turre praecipitauit et in amplexibus dilecti cadaueris animam amisit, et a parentibus hi sepulti sunt. *Quid iuuenis.* Leandrum dicit, siue generaliter pro omnibus amantibus. *Cui uersat in ossibus ignem, quia* post illa animalia homines grauius in amorem mouerit.

v. 261. *Porta tonat caeli.* Aer nubibus plenus, per quem iter in caelum est.

v. 262. *Nec miseri possunt reuocare parentes*, hoc est *preces* parentum. Hoc genere dicendi aliud uult intellegi, idest sine respectu sollicitudinis parentum suorum in discrimina se dare.

v. 263. *Super*, alii supra. *Virgo*, pro puella. Inuolutus est sensus: quae sine respectu pudicitiae parentumque pudoris damna neglexerit.

v. 264. *Quid lynces Bacchi uariae.* 'Lynces' ferae, consimiles pantheris, Libero patri adsignatae propter uarietatem macularum, quibus indicatur uini usum uarias et lubricas hominum mentes efficere. *Iunilius* dicit.

v. 265. *Inbelles*, fugaces.

v. 266. *Insignis*, praecipuus notabilis.

v. 267. *Et mentem*, furorem uel uoluntatem. *Mentem*, ardorem concubitus minui uisis equis dicunt.

v. 268. *Potniades.* Potniae urbs in Boeotia, uel uicus; quae habet multas fabulas, et haec est ciuitas Deucalionis, de qua Glaucus fuit. Qui cum sacra Veneris sperneret, illa irata equabus eius inmisit furorem, quibus utebatur ad currum, et eum morsibus dilacerauerunt. Est ordo: quo tempore Glauci membra Potniades quadrigae absumpserunt. Glaucus equas cognomine Potniadas habuit, quae prius Diomedis erant. *Malis*, maxillis. *Quadrigae*, equae.

---

sepius l || extiuctum *aliquando.* Leander scripsi | extinctum leander l | exstiuctum [est et] Leander M || naufragio terrae adpulsum scripsi | naufragio (terri) appulsum D | naufragio adpulsum BC || puella (uero) e turre se D | puella se a turre BC || dilecti D | dilicati BC || parentibus C | perentibus B || hii BC || dicit, om. siue M || amantibus M | animautibus B || *ignem,* quia post scripsi | ignem post B || iu amorem mouerit B | in amorem conuertit M ||

v. 261 in uersu 'reclamant', in marg. 'resultat' || 262 parentis M | preces parentum scripsi | parentum B || Hoc genere cod. 165 | hoc genus B || sine respectu cod. 165, M | fiue respectu B || 263 pudicitiae parentumquc pudoris M | pudicitiae parenpudoris B || 264 linces C | Bacchi uariae scripsi | bacchiae l | Bacchi M || ferae scripsi | fere l | panteris B | pateris C || adsignate l || indicatur uini M | indicat uni l | quibus assignat uini cod. 165 || lubrias C || omnium C || 266 notabilis M | motabilis l || 267 ferorem uel (v) uoluntatem amoris C | unde possis etiam 'feruorem' conicere || concubitos B || 268 potuidis urbs in boetia l | Potnia urbs M || uicus que habet B | uicus cuiuslibet C | uicus, qui habet M | dilacerauerunt M | delacerauerunt l || gluci membra C || adsumpserunt l || potnidas C || domodis l || quadrigae aeque B ||

v. 269. *Trans Gargara*, pro quibuslibet montibus. *Gargara*, mons uel ciuitas Mysiae regionis, ubi est amnis Ascanius.

v. 270. *Ascanium*, pro quibuslibet fluminibus.

v. 273. *Ore omnes* et reliqua. *Varro* dicit in Hispania ulteriore uerno tempore equas nimio ardore contra frigidiores uentos ora patefacere ad sedandum calorem et exinde concipere pullos ueloces.

v. 274. *Exceptant*, frequenter excipiunt.

v. 275. *Vento grauidae*. *Iunilius* dicit: saepe in Hispania circa Hiberum amnem equae sine ulla admissura Fauonio uento concipiunt, quod a quibusdam 'sacrum pecus' uocatur, quod Solis esse autumant.

v. 277. *Eure*, o, uentus.

v. 278. *In Boream Caurumque*, nomina uentorum hic dicuntur, pro quibus equae concipiunt. *Caurum*. Fauonius uentus nimium frigidus est; inde inpudens habetur.

v. 279. *Sidere*, frigore.

v. 280. *Hic demum hippomanes*, per insaniam equarum uirus quod colligitur ex corpore destillans a pastoribus, ad mulierum deuotiones aptum dicunt. Sed *Theocritus* in Bucolicis (Pharm. II 48) in Arcadia herbam quandam esse significat. Quod simul qui gustauerit, nimia rabie efferatur, deinceps sudor ab inguine destillat ad concitandos amores efficax. *Iunilius* dicit. *Hippomanes*, herbae genus. *Vero quod nomine dicunt*, excitatio ueritatis. *Hippomanes*. Si eam equae comedant, furore quatiuntur.

v. 281. *Lentum uirus*, uiscidum.

v. 283. *Innoxia*, uenena. *Et non innoxia uerba*. Exprimit augmentum malitiae, quod nouercae uerbis armant uenena.

v. 284. *Inreparabile*, inreuocabile.

v. 285. *Singula dum capti* et reliqua. Singula capti amore uectamur, idest dum speciatim cuncta describimus.

v. 287. *Hirtas*, hirsutas pilosas setosas, ut (Ecl. VIII 34): 'Hirsutumque supercilium.'

v. 288. *Hinc labor*, ad tuenda inbecilliora animalia.

v. 289. *Magnum*, difficile.

v. 290. *Et angustis addere rebus honorem*. Humilem materiem

---

v. 273 patefacere M | patere l || callorem C || 274 Excep^t^ant C || 275 in uersu 'coniugiis', in marg. 'conubiis' || 278 chaurumque l || Chaurum B || 279 in uersu 'frigore', in marg. 'sidere' || 280 ippomanes l || uiros l || collegitur l || distillans l || deuociones B || teocritus l || archadia C || significat, quod simul M || cod. 165: *Hippomanes*, uirus destillans ob amorem coitus ab inguinibus equarum quod colligitur a pastoribus aptum ad mulierum deuotiones. Sed Theocritus in Bucolicis herbam quandam esse significat in Arcadia, quod (corr. quam) qui gustauerit, nimia rabie efferatur || deinceps scripsi | deucoli l || ab inguine M | ab uugine l | distillat l || furure C || 281 uiros (v supra o) C || uiscidum scripsi | roscidum l || 283 augmentum scripsi | augmento B | augmenta M || uerbis M | herbis B || 285 uectamur M | nectamur l || discribimus l || 287 hirsutum supercilium l || 288 inbeciliora l ||

alto sermone decorare; sic in quarto (v. 6): 'In tenui labor; at tenuis non gloria.' *Angustis*, subtilibus.

v. 291. *Sed me.* Vult poeta se ostendere primum Romanorum carmen de agricultura composuisse, cum apud Graecos Nicandrus et Hesiodus Georgicon libros scribserint. *Iunilius* dicit. *Deserta per ardua.* Helicon et Cithaeron, Musis montes dedicati.

v. 292. *Raptat amor*, idest amor scribendi rapit me opus ad arduum et a nullo ante describtum. *Iugis*, per iuga.

v. 293. *Castaliam*, mons; alii dicunt fontem. Vel *Castalia*, mons Parnaso uicinus, dictus a Castali Delfi filia, Neptuni nepte. *Molli*, facili. *Cliuo*, itinere. Ordo est: qua nulla priorum orbita Castaliam deuertitur. *Orbita*, rotae uestigium.

v. 294. *Pales*, dea pabuli inuocanda.

v. 295. *Stabulis in mollibus*, clementibus aeris temperantia, siue propter plagam australem, siue propter herbas subpositas animalibus. *In mollibus*, molliter stratis.

v. 296. *Dum mox*, donec ueruum tempus adueniat.

v. 297. *Maniplis*, fascibus.

v. 299. *Molle pecus.* Respexit ad curam, quae sine pannis et medicaminibus non sit. *Ferat*, procreet, ut ibi (Georg. I 53): 'Quid quaeque ferat regio.' *Turpesque podagras* turpissima uulnera.

v. 300. *Posthinc*, cum hoc feceris.

v. 301. *Arbuta*, speciem pro genere posuit. *Fluuios*, aquas statim haustas; nam si pigram potauerint, statim morbum contrahunt. *Recentes*, iuges.

v. 302. *A uentis*, figurate dicit 'uentos perferentes hibernos.' *Hiberno soli*, ad meridiem. *Hiberno*, quia contra plagam meridianam sol currit per hiemem, quod explanat dicens: 'ad medium conuersa diem.'

v. 304. *Iam cadit*, cum transitum fecerit ab Aquario ad Piscem. *Cadit*, occidit. *Extremo anno*, Februario, qui est ultimus, quia *a* Martio annus incipit. *Extremo*, non extremo anno, sed extremo anni tempore, idest mense Februario; constat enim pro numero signorum etiam

---

v. 290 in tnui B | innni C || 291 esiodus B | esiode C || scribserint dedi cum cod. 165 | scriberint B | scripserint C et M || licou et citheron B || 292 Reptat l || in eopus C || annullo C || discribtum B | discriptum C || 293 carnaso, corr. parnaso m. II C | carnaso B || delfi filia B | defilia C || nepte scripsi | uepote l, cf. Prob. p. 62, 19 K.: dictns a Castalio Delphi filii Apollinis filio nepote Neptuni || qa nulla B || Ordo est: Qua nulla priorum orbita Castaliam denertitnr (diuertitur). *Molli cliuo*, idest facili itinere ct descensione B m. II || 294 pabuli *inuocanda*] malim *ueneranda*, innocanda || 295 inmobilis C || 296 dum mox etc.] Est *Celsi* sententia apnd Philargyrinm || 299 procreat l || quid quaeqne B | nt ubi quicqnequae C || quidque M || gegio C || Torpesque B || 301 sufficere idest ministrare C || anstas B || *Recentes* iuges] cf. ad Georg. I v. 106 || 302 perferentes hibernos idest aquilonalibus (aqni loudlibus) partibus habeant dorsum C || 304 ab eqnario C || febroario B | febroaria C || quia a Martio scripsi | quia martio l || extremo anni M | extremi anni B || febroario B ||

menses ordinem suum habere. *Aquarius*, idem et Ganymedes, qui imbres facit.

v. 306. *Milesia*. Miletus ciuitas Asiae, ubi lanae pretiosissimae et mollissimae sunt 'tinctaeque nigram in purpuram.'

v. 307. *Incocta*, ualde cocta. *Tyrios*, figurate, quia coquendo Tyrium traxit colorem. *Tyrios*, in Phoenice urbs.

v. 308. *Densior hinc soboles*, binos pariunt capellae.

v. 309. *Quam magis*, quo magis.

v. 310. *Pressis*, mulctris.

v. 311. *Incana*, ualde uel nimium *cana*. *Barbas*. Nunc de quadrupedibus; nam 'barbam' hominum, 'barbas' pecudum dicimus; ita dicit *Caper*. Tamen hoc *Cominianus* uincit, dicens: 'Errant qui in hominibus 'barbam', in hircis 'barbas' dici putant, sed recte 'barbam' in uno homine singulariter et pluraliter in pluribus dicas.'

v. 312. *Cinyphii*, Libyci, a fluuio Cinuphe. Cinuphius fluuius Gaetuliae in Africa prope Garamantas, circa quem hirci nascuntur admodum pilosi. *Tondent*, deest pastores, ut sit genetiuus casus 'Cinuphii hirci.' *Tondent*, pro tondeant.

v. 313. *Vsum in castrorum*, tentoria. *Et miseris nautis*, qui frequenter patiuntur pericula.

v. 314. *Pascuntur*, quia incerti generis 'pasco' 'pascor'. *Summa Lycaei*. Synecdoche, idest species pro genere. *Lycaei*, montis Arcadiae. Hic notandum est, quasi in solo Lycaeo pecora adsuerint pascere.

v. 316. *Atque ipsae*, capellae.

v. 317. *Ducunt*, educunt, idest fetus proprios nutriunt, ut 'eductos' dicimus. *Superant*, gradiuntur.

v. 319. *Egestas*, si cum cura fiat, erit pecorum minor egestas.

v. 320. *Auertes*, glaciem et uentos ab eis.

v. 321. *Nec tota claudes faenilia bruma.* Quia faenum pecoribus per hiemem subministrat, qui prudens est.

v. 322. *Zephyris*, uer dicit, quo flant zephyri, ut (Georg. I 44): 'Zephyro putris se gleba resoluit.' *Cum laeta aestas*, subauditur aduenerit.

---

v. 304 ganimedes B ||

v. 306 molissimae B || nigram scripsi | migrant B || 307 phenice B || 309 *exhausto* idest euacuato C || 311 uel nimium *cana* scripsi | uel nimium l || ita dicit caper B | Caper om. M | Caper] cf. eius orthogr. p. 2243 med. P || Cominianus] cf. Charis. I p. 95, 12 K.: 'Barbam singulariter in uno homine recte, pluraliter in pluribus dicas .... Errant enim qui in hominibus barbam, in hircis barbas dici putauerunt' || in hirtis B || 312 Ciniphii C || libici l || cinuphe cinuphius l | Cinyphe Cinyphius M || Gaetuliae M | Gethaliae B | getaliae C || astrica C || garamantes, corr. -tas B || circa quam C || postores B || cinuphii B || 313 castorum C || 314 lycęi B, semper | licei C | Lycei M, semper || senecdoche l || 317 educuntur C || ut eductos scripsi | ut educatos l || graduntur B || 319 Hoc est minus ad ipsarum pertinet curam. Ordo est: igitur omni studio auertes ab illis uentos niuales et glaciem, quo egestas mortalis, idest necessitas mortalitatis, minor est illis curae B m. II || 321 faenilia faenum B | fenilia, fenum M || 322 quod flant C || zephiri ut zephiro C || putris so l || aduenerit scripsi | adueniet M | aduenent B ||

v. 323. *Vtrumque gregem*, caprarum et ouium.

v. 325. *Carpamus*, ambulando; *carpamus*, carpere cogamus greges. *Dum gramina canent*, albicant; nocturnis et matutinis roribus lucent herbae. *Mane nouum* idest secundum morem prouinciae suae. *Nouum*, recens. Notandum quod 'mane' nomen posuit, pro aduerbio.

v. 328. *Querulae*, quia queruntur semper. *Rumpent*, personant clamore. *Cicadae*, idest uermes, qui in lignis cantant.

v. 329. *Iubebo*, alii 'iubeto'.

v. 330. *Ilignis canalibus*, factis ex ilice; sane 'canalis' feminini generis melius, quam masculini. *Vndam*, aquam.

v. 332. *Sicubi*, si alicubi. *Iouis quercus*, quia omnis quercus Ioui consecrata, ut omnis lucus Dianae.

v. 333. *Nigrum*, densum uel opacum.

v. 335. *Tenues*, puras, epitheton est aquarum. *Rursus*, post meridiem.

v. 337. *Temperat*, refrigerat. *Temperat*, uel aestu calefactos uel a pecoribus pastos. *Reficit*, recreat, idest rore. *Roscida*, humida. *Roscida luna*, nox, quia rorem dat.

v. 338. *Alcyonem*. Alcyones aues marinae, de quibus in primo (Georg. I 399) diximus. *Acalanthida*. Acalanthides a Graecis dictae, siue quia pennas acutas habent, an 'acalanthides' spineta dicuntur, e quibus hoc nomen acceperint? *Iunilius* dicit. *Acalanthida*. Acalanthis mons in Arcadia uel spineta. *Gaudentius* dicit. *Dumi*, rusci.

v. 339. *Quid tibi*. Pro qualitate prouinciarum diuersa esse genera pastionum *Gaudentius* dicit. *Libyae*, Africae.

v. 340. *Mapalia*, casae pastorales. *Salustius* dicit (Iug. XVIII 8): 'Mapalia aedificia Numidarum oblonga incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinae.

v. 342. *Sine ullis*, stabulis.

v. 343. *Tantum campi iacet*, pascui extensum est.

v. 344. *Armentarius*, pastor. Consuetudinem uult esse pastorum ostendere secum omnia bona habere. *Tectum*, tentorium, militum more, ac si dicat 'casam'. *Larem*, ignem.

---

v. 325 ca'pere cogamns B || lncent scripsi | lucentes l || posnit M | posni B || 328 queruntur M | querunt l || Rumpen B || cycadae B || 329 *Iubebo*, alii inbeto scripsi | Alii inbeto B || in uersu 'iubeto', in marg. 'iubebo' || 330 Lignis l || 332 consecrata M | cum secreta B || 335 epiteton C || *Tenues*, puras] Inde Philargyrius: 'tenues idest *paruas*' corrigondns, quod et ostondunt sequentia Philargyrii nerba: 'cni contrarium illnd: *Et pinguis flumine Nilus*' || 337 calefactos scripsi | calcfactas l | calefactus M || pastos scripsi | pastus l. De saltibus cogitandum. Quarc post *temperat* lacunam statuerim ct ante 'uel acstu' ctc. *Reficit* lemma suppleuerim || 338 Alcyonem B | Alcioncm C || Alcyonę B | alcione C | alcyonae M || Acalauthida B | acalantida C || acalanthes B | acalantes C || a gregis C || siue quia M | sine quia l || pinnas l || an acalanthides B | an aealantides C (sic) || acciperint l || rusci scripsi | ruris B || 339 prouintiarum C || 342 *Pascitur*, pro pascit, idest ille pastor C || 344 consnetudinem (sic) l | ostendere secum scripsi | ostendere idest l ||

v. 345. *Cressam*, Creticam; alii 'crassam'. *Amyclaeum*, species pro genere. *Amycla* ciuitas Laconiae regionis, in qua nascuntur abominati canes et magni. Vult per haec metonymicos ostendere et canes et tela pulcherrima quibus solent uti pastores ferarum praedonumque causa.

v. 347. *Iniusto sub fasce*, ciuili bello, uel sub acerrima potestate. *Fasce*, onere, ut (Ecl. IX 65): 'Ego hoc te fasce leuabo.' *Iunilius* dicit.

v. 348. *Ante exspectatum*, dicto citius, antequam exspectatur aduentus. *Stat*, pro obstat. Nam afaeresis est.

v. 349. *At*. Subauditur, qualis est pastio Pontica Scythicaque. *Maeotia*, palus Scythiae frigore congelascens. *Gaudentius* dicit. *Scythiae gentes*, sub Septentrionis partibus iacent Asiae et Europae. *Maeotia*. Maeotis Scythiae palus, in quam fluit Tanais dicta a Nympha huius nominis. *Iunilius* dicit.

v. 350. *Flauentes* spirantes. *Hister*, fluuius Scythiae, qui et Danuuius nominatur; alii dicunt separatim Hister.

v. 351. *Rhodope*, mons Thraciae et flectitur in Septentrionem; nam axis est Septentrio, quae a Graecis ἅμαξα nominatur, sed et Nympham significat, a qua nomen accepit. *Rhodope*, mons Thraciae, qui a Nympha nomen accepit. *Iunilius* dicit. *Rhodope*, ciuitas Thraciae.

v. 354. *Informis*, carens uarietate formarum nullisque agnoscenda limitibus. *Aggeribus niueis*, superfusione niuis.

v. 355. *Adsurgit*, crescit. *In ulnas*. Vlna utriusque manus extensio, uel uerius cubitum, quod Graece ὠλένη dicitur.

v. 356. *Cauri*, uenti idest cori.

v. 357. *Vmbras*, ex nubibus non nocte factae.

v. 358. *Petit*, sol.

v. 360. *Crusta* cum genere feminino dicimus lapidis aut ligni aut gelu, cum masculino panis. *Crustae*, aquae congelatae.

v. 361. *Tergo*, dorso.

v. 362. *Puppibus* et reliqua. Paludem in Scythia dicit, quae per hiemem plaustris transiri potest, per aestatem nauigari. *Nunc*, hieme. *Prius*, aestate. *Patulis*, 'patula' plaustra pro latitudine rotarum di-

---

v. 345 Creticam M | cretiam l || amicla B | Amyclae M || cynitas B || Laconicae M || pastore ferarum B || 347 onere M | honore B || 348 expectatum C || expectatur C | exspectatus B || aduentur l, unde exspectatur aduentus scripsi mutatis uerborum finibus | exspectatus aduentus M || aferesis B | afferesis C || 349 meotia l | Maeotica M || paulus C || congelascens M | conualescens l || partibǒs B || Asiae et Europae scripsi | asie eurupae B || meotia meotis B | Maeotica M || 350 *Flauentes* spirantes] 'Flauentes' pro 'flantes' accepit noster || quia et C || Danubius l || alti dicunt C || separatim l || 351 Rodope C || trachiae l || amaxo l || nymphas C || nimpha B | nympham M || accipit l || Rhodope — Thraciae om. M || trachie B || hrodope B || trachiae B || 354 formorum l || agnoscenda scripsi | agnoscendo l || 355 utriosque B || cubitus B || ὠλένη M | ulna B || 356 Chauri, chori B || 357 *Pallentis* idest nigras non ex nocte sed ex nubibus factae C || 359 *Praecipitem* idest uelocem C || *Petit* sol om. M || 360 c̃ genere l || 362 per himem B || hiemem plaustis C || nauigari; nunc hieme M || latitudine scripsi | altitudine B ||

cuntur. *Hospita*, facilis apta, unde et 'hospitalis' homo dicitur apte seruiens.

v. 363. *Dissiliunt*, franguntur. *Vulgo*. Passim crepant nimio frigore aera, *ut* putant.

v. 364. *Caeduntque securibus umida uina*. Cum in doliis glaciata fuerint. Vinum naturaliter calidum illic gelatur et intellegimus peregrinum.

v. 365. *Vertere*, sese uertere.

v. 366. *Stiria*, umor de naribus fluens; 'stiriam' umorem esse dicunt in glaciem uersum, quod etiam per hiemem solet tectis dependere, appellatum a 'duritia', a quo etiam mulier 'sterilis' dicitur, quae non molliatur partu. *Stiria*, gutta tectis uel arboribus. *Stiria*, gutta, diminutiue 'stilla', inde 'stirs' †. *Barbis*, in modum barbarum.

v. 367. *Non setius*, non segnius quam inchoauerat.

v. 368. *Pruinis*, abusiue pro niuibus; nam 'pruina' matutini temporis frigus.

v. 370. *Mole noua*, nimia niuis magnitudine. *Exstant*, apparent.

v. 371. *Cassibus*, retibus. Hinc est quod 'incassum' idest sine causa, quasi 'sine cassibus', in quibus uenatio est, inane.

v. 373. *Puniceae*, rubeae; *puniceae*, rubicundae. Ita enim hic color ab Afris appellatur. Intellegendum autem non 'pinnas puniceas', sed 'pinnis puniceis', idest maculis roseis. *Agitant*, coloni.

v. 374. *Montem*, niuium multitudinem.

v. 375. *Rudentes*, *ru* more suo corripuit.

v. 377. *Specubus*, IIII declinationis.

v. 379. *Hic noctem*, quasi perpetuitatem noctis, quippe sub terris locati ludos celebrant.

v. 380. *Acidis*, herbis. *Sorbis*. Sorbae quaedam pira sunt, quae cum fermento saporem uini mentiuntur. *Iunilius* dicit. *Gaudentius* dicit: genus potionis est, quod dicitur 'ceruisa', et consequens est, quod dicit, ut uinum per naturam calidum in prouincia frigida non possit creari.

v. 381. *Hyperboreo*, monte Scythico. *Hyperboreo*. Septentrioni subiecta Hyperborea regio est, quae posita sub huius sideris parte. *Septentrioni*. Septentrionem quidam iunctis bobus dictam putauerunt. 'Triones' autem ab eundo uel arando boues uocauerunt rustici, a terendo

---

v. 363 aera *ut* putant scripsi | aera putant B || 364 doleis B || 366 Styria C || umor B | humor C || dependere M | deprehendere 1 || a duritia scripsi, cf. sq. 'quae non «*molliatur*» partu' | aduntia 1 || styria, bis B || 367 setius B || inchouerat B || *Interea* idest dum gelat C || 368 pro niuibus scripsi | pro nubibus B || 370 nimia niuis magnitudine scripsi | nimia in magnitudine 1 || 371 in quibus] sine quibus coni. M probabiliter cf. Isid. Etym. XVIIII 5, 4 || 373 rubiae 1 || non pinnas punias C | punicas B | puniceas M | cod. 165: puniceas dicit, quia punica dicitur Africana, uel puniceas rubeas idest pauoninas || pinis 1 || 375 *ru* more scripsi | more M | rore B || 380 pyra B || cum fermento mixta cod. 165 || Iunilius dicit. gaudentius dicit B | Iunilius et Gaudentius dicit. Genus etc. M || prouintia B || *Fermento* idest ceruisa. *Acidis* (accidis) idest acribus (acris) uel acu-

terram, neque alia causa idem sidus Graeci ἅμαξαν dixerunt, nos plaustrum, denique Bootes quasi consentaneo nomine.

v. 382. *Rhipaeo* Scythico. Rhipaei montes in Scythia sunt, appellati ΑΠΟ ΤΟΥ ΡΙΠΤΗϹΑΙ. Perperam autem 'Rhipaeo Euro' dixit, cum aquilo flatu suo ipsa loca conturbet, non Eurus, qui ab ortu uenit. *Iunilius* dicit. *Euro*, uento.

v. 383. *Vestitur*, induit. *Fuluis*, uestes de pellibus, quae uocantur 'renones', ut *Salustius* dicit, quia pecudum de pellibus faciunt 'gunnas', quibus uestiuntur omnes barbari, idest ouium et caprarum luporumque pellibus utuntur.

v. 384. *Lanitium*, haec lana, hoc lanitium, ut fuga 'fugium'.

v. 385. *Lappaeque tribulique absint.* Lappae et tribuli species herbarum sunt quae natiuam asperitatem habent et ita haerent lanae, ut sine dispendio diuelli non possint, quare qui curam lanitii habet, ea loca euitet. *Lappaeque tribulique absint*, quibus herbis lana decerpitur. *Fuge pabula laeta.* 'Pabula laeta fuge' nonne contrarium suadet? Sed quoniam laeta crassiores lanas faciunt, bene dixit: si tibi lanitium curae, tunc laeta fuge pabula.

v. 386. *Albos.* Lana enim alba pretiosior, quia quemlibet suscipit colorem.

v. 387. *Quamuis aries sit candidus ipse.* Quod hic per transitum tangit, in aliis plenius est. *Aries sit candidus ipse.* Bene addit quamuis, ut domiuus gregis est †, quae in *Regum Legibus* dicuntur.

v. 388. *Vdo*, semper umido.

v. 389. *Reice.* Minus enim generare idonei sunt. Hic pastoribus diligentia operis inpenditur. *Ne infuscet*, ne narios agnos faciat. *Pullis*, nigris, unde dicimus 'pullas uestes', idest nigras.

v. 390. *Pleno*, copia.

v. 391. *Munere sic niueo* et reliqua. Luna cum adamasset lanam

---

tis C || 381 monte M | montem l || innctis B | uinctis M || uocarunt M || amaxin B || botes B ||

v. 382 Rypheo C | Piphaeo B || riphaei B | riphei C || appellati sunt M || ἀπὸ τοῦ ῥιπτῆσαι scripsi | ΑΠΟΤΩΡΙΤΙΙΞΗΕΑΤ B | ΑΠΟΤΩΡΤΙΙΞΗΕΑΤ C | ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν M || perpera l || riphaeo B | ripheo C || conturbet enrus C || 383 *Vestitur* induit om. M || In uersu 'uelantur', in marg. 'uestitur' || renones scripsi cum Seruio et Isidoro | senones l || Salustius] cf. Kritz Hist. II 58; Dietsch fragm. incert. 19 || quia pedum (eu) C || 385 Lapeque tribulique C || tribolique B || herent C | ^b^ęrent B || dinelli cod. 165 | deuelli l || lanicii C || ea loca euitet cod. 165 | ea loce uitet l | ea loca uitet M || tribolique B || herbis scripsi | rebus B || decerpitur M | decepitur B || nonne contrarium suadet scripsi | non ne contrarium nidet | non ne contrarium nitet M || crassiores lanas faciunt scripsi | grossiores lana faciunt B | grassiorem lanam faciunt M || 387 bene addit, quamuis ut dominus M. An legendum: *Aries sit candidus ipse. Ipse* bene addit quia uelut dominus gregis est etc., cf. Seru. || 389 Reice om. M || generare scripsi | generari l || Pullis — nigras om. M || Poslus B || 391 lunam (a)

eamque a Pane postularet, eo quod lanificii inuentor sit, unde et 'paniculae' dicuntur, ut acciperet, interpellata de stupro, neglexit *et* ut in adulterio fraudem pertulit, quod non cum uoluntate peccauit. *Iunilius* dicit. *Si credere dignum est*, tantum de Luna sacrilegium.

v. 392. *Pan*, mutauit fabulam. Nam non Pan, sed Endymion amasse dicitur Lunam qui spretus pauit pecora candidissima, et sic eam in suos inflexit amplexus, *cuius rei mystici uolunt* quandam secretam esse rationem. *Gaudentius* dicit. *Pan*, deus Arcadiae. Pan Lunae amore captus hoc ingenio usus est, ut lana eam prouocaret ad uoluntatem. Et Endymion hoc fecit. *Iunilius* dicit.

v. 394. *Lotos*, genus herbae.

v. 395. *Ille manu salsas* et reliqua, ut et multum potantes reddant plurimum lactis et ipsud lac non sit fatuum.

v. 396. *Tendunt*, lacte implent.

v. 397. *Et salis occultum*, uix intellegibilem, non statim apparentem saporem. *Occultum saporem*, suauiorem collegunt saporem.

v. 398. *Excretos*, auctos ualidiores, uel ut *Iunilius* dicit, a lacte separatos.

v. 399. *Primaque* et reliqua. Ab his scilicet, quibus lactis usus est necessarius. *Ferratis*, duris.

v. 401. *Premunt*, cogunt, caseum faciunt.

v. 402. *Sub*, ante. *Calathis*, uasis aereis. *Adit oppida pastor*, portans caseum uiride.

v. 403. *Paruo*, alii parco, idest modico, uel seruatore; nam homo frugi 'parcus' dicitur.

v. 404. *Nec tibi cura canum*, pro: magna sit tibi cura canum.

v. 405. *Spartae*, uenaticos. Sparta ciuitas Laconiae est. *Molossum.* Molossus est canis rusticus. Molossus pars Epiri appellata a Molosso Pyrrhi filio, ubi optimi uenatici canes sunt; in illis uelocitas laudatur, in his fortitudo.

v. 406. *Sero.* 'Serum' aqua lactis. *Pingui*, quod pingues facit.

v. 407. *Nocturnum furem*, captantem noctis oportunitatem; 'fur' autem a 'furuo' dictus, idest nigro; nam noctis utitur tempore.

C | luuam B || adãmasset B || ut acciperet interpellata scripsi | ut acciperint et interpellata (interpolata C) l | ut acceperit et interpellata M || neglexit scripsi | intellexit l || et ut in adulterio scripsi | ut in adulterio l ||
v. 392 mutauit scripsi | mutabunt B | motabt C | mutabat M || eudymyon C || dicitur M | dicuntur l || luna C || et sic eam C | et sic etiam B || secretam esse rationem l | secretam et rationem M || *cuius rei mystici uolunt* ex Seruio addidi || ut lana eam scripsi | ut lunam eam B || eudimion B || 394 Lotus M || 395 mauus M || Ille manu salsas et reliqua quandam secretam esse rationem ut et multum etc. l | Verba 'quandam — rationem' quippe ex v. 392 perperam huc delata omisi || reddant M || redeant l || plurimum scripsi | plurima l || fatuum ex Seru. M | uacuum l | 397 intelligibilem C || colleguut B || 401 cognunt C || 403 in uersu 'parco', in marg. 'paruo' || 405 uenaticos scripsi | uenaticae B | uenatice C || spare cinitas C || locouiae B || Molosum, sic semper B || rŏsticŏs B || Pyrrhi] persei B || 407 oportunitatem l ||

v. 408. *Inpacatos Hiberos*, abactores fuere enim Hispani. *A tergo*, idest loci. *Hiberos.* Hiberus amnis in Hispania, a quo gens Hibera; uult autem ostendere barbaros regionis huius adsuetos praedari. *Iunilius* dicit.

v. 409. *Onagros*, agrestes asinos.

v. 410. *Dammas*, sicut caprae, sed humilioris staturae.

v. 412. *Agens*, indagans persequens.

v. 413. *Premes*, proprie dixit, ut ibi (Aen. I 324): 'Spumantis apri cursum clamore prementem.'

v. 414. *Odoratam cedrum*, odore plenam.

v. 415. *Graues*, perniciosas. *Chelydros*, serpentes.

v. 418. *Aut tecto assuetus coluber.* Gaudent tectis serpentes, quos Latini 'genios' uocant.

v. 419. *Adspergere*, iactare.

v. 420. *Fouit*, amplectitur, in qua potest latere.

v. 422. *Deice*, occide. *Timidum caput*, cui timet.

v. 423. *Agmina*, uolumina motus.

v. 425. *Calabris in saltibus.* Calabria a Salentino promunturio Italiae incipit. *Iunilius* dicit. *Calabris in saltibus.* Calabria in Apulia, et ideo Apulia, quia effert odorem serpentium uentus et homines morbificat.

v. 427. *Maculosus*, squamis.

v. 428. *Rumpuntur fontibus*, exeunt de fontibus, uel pleni sunt, ut ibi (Georg. I 49): 'Ruperunt horrea messes.'

v. 429. *Madent*, rorant.

v. 431. *Inprobus*, insatiabilis, quem nemo potest 'prohibere'. *Loquacibus*, quia ex hominibus factae sunt, ut *Ouidius* (Met. VI 340 seq.) dicit. *Ingluuiem*, gulam; ingluuies est spatium gulae, unde et 'glutum' et 'gluttire' dicimus per ingluuiem aliquid demittere; nam et 'gluttinatus' est quasi gulae ictus. *Explet*, haec enim facit, quando pleni sunt fontes.

v. 432. *Exusta*, siccata.

v. 434. *Asperque siti.* 'Quod genus siti magis quam alia re accenditur', ut *Salustius* dicit (Iug. LXXXIX 5). *Exterritus*, exacerbatus.

v. 435. *Ne mihi.* Moris ei, in periculis suam personam interponere.

v. 438. *Catulos.* Quae proprie canum sunt, hic abusiue dicit.

v. 439. *Trisulcis.* Serpens triplicem linguam habere dicitur, sed a uibratione linguae, nisi fallor; sic et Cerberus trifauci dicitur ore.

v. 440. *Morborum* et reliqua. Quattuor dicit signa morborum; sed

---

v. 408 hyberos C || hispi l || hostendere B || 412 Agnes B || 415 (Galbaneo) lignum aptum multis medicaminibus C || pernitiosas B || Chelidri dicti quasi chersidri qui et in aqua et in terra morantur, nam cherson dicitur terra aqua uero ὕδωϱ C m. II || 418 genios uocat C || 420 Fauit M || Nam ut dicit Plinius serpentis caput etiamsi cum duobus euaserit digitis nihilominus uiuit C m. II || 425 promontorio l || 427 rumpunt horrea B || 431 insaciabilis l || nomo C || et gluttire scripsi | et glutine B || demittere scripsi | dimittere B || gluttinatus B | glutinatus M || est om. M || quando scripsi | qm̃ (siue q̄ñ?) B | quoniam M || 432 siciata C || 434 alia rem l || 438 quae proprie l | qui proprie M || 440 morborum sed C | morborum ser B | sed om. M ||

non seruat legitimum ordinem; nam post remedia signa commemorat, idest turpitudo scabies sectio per nepres podagrae.

v. 442. *Altius ad uiuum persedit*, medullas et ossa penetrat. *Ad uiuum*, locum sensibilem, ad corpus. *Cano*, candido.

v. 443. *Inlotus*, sordidus.

v. 444. *Hirsuti*, spinosi.

v. 445. *Magistri*, pastores.

v. 446. *Aries*. Ducem dicit gregis. Huic enim solent pastores partem lanae dimittere; nam oues semper tonsae lauantur. *Villis*, 'hic' uillus.

v. 448. *Aut tonsum* et reliqua. Hoc remedium scabiei et laeso corpori ueprilus ponitur. *Tristi*, olei amaris sordibus. *Amurca*, fex olei.

v. 449. *Et spumas miscent argenti uiuaque sulphura*. Dactylicus uersus.

v. 450. *Idaeas*, olera ad sanitatem pertinentia, quae in monte Phrygiae Ida nascuntur.

v. 451. *Scillamque elleborosque*, genera herbarum sanabilium. *Nigrumque bitumen*. Duo genera sunt, album ac nigrum.

v. 452. *Praesens*, efficax. *Malorum est*, ut alii, 'laborum' pro 'malorum'.

v. 453. *Quam siquis ferro* et reliqua. Sensus est: si medicaminibus emolliri non poterit, incidendum est uulnus. *Summum*. Tunc enim summum est, cum os habuerit.

v. 454. *Tegendo*, dum tegitur.

v. 458. *Arida febris*. Arida corpora hominum efficit febris, a feruore dicta.

v. 460. *Salientem*, idest mobilem. *Venam*. Dicit illam uenam esse feriendam, quae super unguem est animalis, tam latam quam mobilem.

v. 461. *Bisaltae*. Geloni iidem sunt, qui et Getae, Graeciae iuncti, quorum pastores, quos Nomadas uocant, *eum* usum curandi pecoris habere dicuntur, quem supra memorauit. *Iunilius* dicit. *Bisaltae*, populi Scy-

---

v. 442 medullas et ossa penetrat et carnom C || 443 Inlotus C | Inlutus B || sordibus C || 444 Hyrsuti C || 446 siam oues, corr. nam oues m. II B || 446 Simonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat B m. II || 448 Aut tonsum C | Ad tonsum B || Tristi — olei om. M || amarca (li) B || In uersu 'contingunt', in marg. 'perfundunt' || 449 dacticus B || 450 Ideas l || frigic ida C | frigiao idi B || 451 Scyllamque C || genere M || duo geuera M | due gene B || 452 Presens efficax [utilis profutura m. II] malorum etc. B || ut alii laborum (sic) B | uel alii laborum Ribbeck proll. p. 197. || In uersu 'laborum', in marg. 'malorum' || 453 non poterat C || cum hos B || Ad v. 456 ascriptum in B m. II: '*Salustius*: non notis neque suppliciis muliebribus deorum auxilia conparantur' (Catil. LII 29), et manu eadem in altera paginae parte: 'Maiores enim pugnantes religionem totam in experientia collocabant' || 456 in uersu 'omina', in marg. 'omnia' || 458 corpora hominum.] Malim 'omnium' || 460 feriendiendam B || super unguinem B || 461 iidem M | idem l || iuncti] an: *uicini*? quorum pastores M | quarum pastoris l | quorum pastores quos

tharum qui fugientes equorum sanguine aluntur cum lacte permixto. *Gaudentius* dicit.

v. 462. *Cum fugit*, pergit celeriter. *In Rhodopen*. Rhodope mons.

v. 463. *Concretum*, nunc 'commixtum' sanguine est, *alibi* 'discretum'.

v. 464. *Quam*, idest ouem. *Molli*. Bene 'mollem' umbram dicit, quam diligunt petunt.

v. 465. *Ignauius*, sine auiditate.

v. 466. *Procumbere*, accumbere iacere.

v. 467. *Pascentem*, saepe pascentem.

v. 468. *Continuo culpam ferro conpesce*, idest tum occide ouem. *Priusquam*. Priusquam contagio omnem gregem impleat.

v. 469. *Vulgus*, gregem.

v. 470. *Aequore*, de aequore.

v. 471. *Singula*, singulatim.

v. 472. *Aestiua*. 'Aestiua' loca umbrosa, quibus per aestatem pecora uitant calorem.

v. 473. *Spem*, fetum. *Spemque gregemque simul*, simul agnos cum matribus.

v. 474. *Sciat aerias Alpes* et reliqua. Hic sensus est: *Siquis est* qui sciat ista loca, qualia tunc fuerunt, cum pecoribus erant quondam *referta*, *nunc quoque ea* morbo *uacantia uideat*. Descripsit pestilentiam Venetiae Galliae Illyrici. Nam quodam tempore cum Nilus plus aequo *excreuisset* et diu permansisset in campis, ex aqua fluminis et calore prouinciae diuersa et plurima in limo animalia sunt creata. *Gaudentius* dicit. *Aerias Alpes*. Alpes sunt montes, qui Galliam ab Italia diuidunt. *Aeriae*, ex Graeca consuetudine dictae. Graeci enim quicquid celsum 'aerium' uocant. *Iunilius* dicit. *Norica*. Norica castella dixit ab urbe Noreia, quae est in Gallia ut *Asellio* historiarum non ignarus † docet.

v. 475. *In tumulis*, locis. *Iapygis*. Iapugia pars est Istriae ac Dalmatiae adfinis. *Iunilius* dicit. *Iapygis*. Iapugia pars est Venetiae

---

nomadas — pecoris cod. 165 || nummadas l || eum usum scripsi | usum l || pecores l || scitbarum B || sanguinem B ||

v. 462 rodopen hrodope C | hrodopen brodope B || 463 sanguine est l | sanguine et M | *alibi* addidi || 464 diligunt] an: *diligenter*? || 468 tum occide scripsi | cum occide l | eam occide M || Priusquam priusquam contagio B | Priusquam contagio M || 470 Aequorae B || 472 per estatem C | per statem B || 473 Spem B | Spemque C || matibus C || 474 Si quis est qui sciat scripsi | qui sciat l || tunc om. M || fuerint l || errant l || 'referta nunc quoque ea' et 'uacantia uideat' ex Seruio erant petenda | quondam morbo discripsit l || uenitiae l || illirici l || plus aequo excreuisset et diu ex Seruio emendaui | pulsa aequore et diu l | plus aequo [creuisset] M || prouintiae l || diuersae M || et plurima ex Seruio scripsi | et primo l | et prima M || Gallium M || aerẹum B || ab urbe Noreia Mommsen mus. Rhen. XVI p. 450 | ab orea norea B | a Borea. Noreia M || non ignarus †] 'nono' latere suspicatur Mommsen | An 'historiarum Romanarum nono docet'?, siquidem eius operis titulus apud Charisium p. 195 K. est 'rerum Romanarum'. De re cf. Mommsen l. l. || 475 Iapigis iapigia C | Iapygis iapagia B unde Iapugia dedi || et Dalmatiae M || ab oppido gapagio B | Iapygo M | Haec

regionis dicta ab oppido Iapugio. *Gaudentius* dicit. *Arua Timaui*, in Istro sunt.

v. 476. *Post tanto*, tempore.

v. 478. *Miseranda*, pessima, inferens rem dignam miseratione. *Coorta est*, nata est.

v. 479. *Tempestas*, quae semper pestilentiam facit. *Autumni incanduit aestu*, exarsit prima parte autumni.

v. 481. *Corrupitque lacus* et reliqua. Ordinem non secutus est, quia aqua post pabula esset corrupta. *Tabo*, pestilentia. *Infecit pabula.* Non quasi corruptis pabulis usa pecora intellegere debemus, sed quorum morbus pabula ipsa corrupit.

v. 482. *Nec uia mortis erat simplex.* Nec moriebatur ex usu, idest per naturalem ordinem, non tantum fuga animae, sed etiam corporis resolutione; ab eo quod praecedit, id quod sequitur, ostendit. *Ignea*, feruidus calor.

v. 483. *Acta*, pro adacta.

v. 484. *Fluuidus liquor*, umor aquae. *In se*, contra se.

v. 485. *Ossa*, quorum humor sordidus; hyperbolice totum hominem uel pecus significat.

v. 486. *In honore*, ad sacrificium, ut (Aen. I 335): 'Haud equidem tali me dignor honore.' *Hostia*, uictima ouis.

v. 487. *Lanea*, uitta.

v. 489. *Aut siquam ferro* et reliqua. Eius scilicet mortem praeueniens.

v. 490. *Inde neque* et reliqua, quia ualitudine corporis et contagione tenebatur atque indigna sacrificiis erat. *Inde neque* et reliqua. *Plinius Secundus* ait: 'morbida caro non coquitur'.

v. 491. *Nec responsa* et reliqua. Colligi enim nisi ex sana uictima futura non possunt.

v. 492. *Sanguine*, quia sanguis gelidus erat. *Suppositi cultri*, quia in VI (v. 248): 'Supponunt alii cultros', idest ingulant hostias. Dicendo 'suppositi' feriendi genus ostendit.

v. 493. *Summaque ieiuna* et reliqua. *Signatis* usus est uerbis nimisque libratis. *Ieiuna sanie*, sterili et uitioso sanguine.

v. 494. *Vulgo*, ubique. *Laetis in herbis.* Ne eos fame perisse putaremus.

---

ab excerptore uitiose tradita sunt. Gaudentius certe 'Iapydis, Iapydio (sine mauis: Iapudis Iapudio) scripsit, cf. Seru. et praef. p. 708 ||

v. 476 Postanto B || 478 Cohorta B || 481 esset] malim *est* || non qua corruptis C || sed quorum scripsi | sed corum l | sed eorum M || corrupit C | corrumpit B || 483 Acta pro adacta l | Acta peracta M || 485 humor sordibus C || hyperbolię B | hiperbolię C || humor sordidus hyperbolice M || 486 de dignor M || 487 *Lanea* uitta M | Lanea uictima B || 489 mortem C | morte B || puniens C || 490 ualitudine l || corporis scripsi | partis l || Inde neque (sic) l || plenius secundus B || quoquitur B || 491 non nisi l || 492 quia scripsi | quidam l || Suppisiti B || quia in VI B (sic) || supponunt (sic) B || Dicendo M | dicendus B || subpositi B || 493 Signatis ex Seru. add. M || libratis M | liberatus B | liberatus est C || stereli B || 494 *Vulgo*, ubique om. M || periisse M ||

v. 496. *Hinc canibus blandis*, etiam blandis accidit. *Et quatit*, proprie dicit; nam tussis corpus commouet.

v. 497. *Angit*, corripit stringit. 'Angit' bene ait; nam 'angina' dicitur porcorum morbus, quae occupat fauces. *Plautus* dicit (Most. I 3, 61): 'Vellem me in anginam uerti, ut huic aniculae praeoccuparem fauces.' *Gaudentius* dicit. *Angit*, ab angendo, hoc est stringendo, ut ibi (Aen. VIII 260): 'Corripit in nodum conplexus et angit inhaerens.' Vnde et 'angina' uitium uocatur, quod strangulat, unde et 'anguis' dicitur. *Iunilius* dicit. *Obesis*, pressis clausis.

v. 498. *Studiorum*, certaminum.

v. 499. *Victor equus*, aut nobilis aut multarum palmarum.

v. 500. *Crebra*, nomen pro aduerbio. *Crebra ferit*. Metonymia figura utitur. *Incertus*, inrationalis sine labore, cuius *causa* non apparet.

v. 501. *Ille*, sudor.

v. 502. *Tractanti*, curanti tangenti. *Dura*, rigida, metaforicos.

v. 504. *Sin in processu* et reliqua. Scilicet in deteriora procedat. *Crudescere*, ualidior *esse*, ut (Aen. XI 833): 'Crudescit pugna Camilla.'

v. 507. *Tendunt*, pro tenduntur.

v. 508. *Aspera*, nimia siccitate. *Obsessas*, clausas.

v. 509. *Profuit*. Quomodo profuit, si et ipsum obest? Sed asperitati morbi hanc solam dicit prodesse medicinam. *Profuit*, non semper sed aliquando; nam hoc solum est, quod aut morbo liberat aut commouet furorem.

v. 511. *Mox erat hoc ipsum exitio*. Quod salutis esse putabatur, ut paulo post (v. 549): 'Quaesitaeque nocent artes.' *Furiisque refecti*, quia languentia corpora in uires quodammodo excitat furor et facit ea in exitium conualescere.

v. 513. *Dii* et reliqua. Parenthesis, in execrationem hostium hanc retorquet insaniem. *Erroremque*, furorem. *Iunilius* dicit. *Hostibus*, ut illi similiter se dentibus lacerent.

v. 515. *Fumans sub uomere*. Per hoc ostendit etiam *fortes tauros* repente morbo concidere; nemo enim pestilentem ad aratra ducit iuuencum.

---

v. 497 Angit corripit l | Tussis corripit M || morbos l || qnae l | qui M || uelle me l || hnic caniçulae l || fa^u^ces C | Haec sic apud Plautum: 'In anginam ego nunc me uelim uorti ut ueneficae illi | Faucis prehendam' || Vnde et angina *uitium* uocatur]. Haec sic sunt dicta ut nesciam an non in Suetoni libro de uitiis corporalibus olim locum obtinuerint, sintque post fr. 173 Roiff. p. 273 inserenda || 500 Motonymia scripsi | et onima l | et omina M || cuius non l | causa add. M || 502 taugenti M | tangendi B || 504 processus l || deteriora l | deteriorem M || *esse* post ualidior addidi || 509 si et ipsum scripsi cum C | sic et ipsum B || asperitati M | asperitatem B | aspertatem C || procsse C | Post 'medicinam' quae in libris secuntur 'erroremque furorem Iunilius dicit' ad v. 513 retrusi || morbo M | morbum B || 511 quaesitaeque (sic) l || 513 *Dii* idest tribuant uel date C | Erroremque — dicit cf. ad v. 509 | 'Errorem hic pro furore posuit' Philarg. || 515 per hoc ostendit M | perhostendit B || *fortes tauros* ex Seru. add. M, sed post 'repente' || ducit scripsi | reducit B ||

v. 516. Mutauit genus ut execrabiliorem faceret nouitatem.

v. 517. *Ciet*, dat.

v. 518. *Fraterna morte iuuencum. Consortis interitu*, quia constant aratra *duobus*, uel ex affectu rustici dictum est. *Gaudentius* dicit. *Fraterna morte*, mire, ut par labor parem etiam consanguinitatem faceret et caritatem. *Iunilius* dicit.

v. 519. *Atque opere in medio* et reliqua. Duplex damnum, amissi pecoris et intermissi laboris.

v. 521. *Prata mouere animum*, inlicere in suum desiderium.

v. 522. *Purior electro*. Nam sicut electrum defecatius est omnibus metallis, ita currens aqua purior ceteris. *Ima*, occumbentem uentura mortis imago sollicitat.

v. 524. *Fluit*, languente anima deficit corpus. *Deuexo*, inclinato.

v. 525. *Quid labor* et reliqua. Si neutrum mortem *repellit*, nec corporis exercitium nec mentis religio, et hoc dicit: Quid ei prodest labore suo aluisse mortales?

v. 526. *Massica*. Massicus et Massica, ut 'hoc' porrum et 'hi' porri, et 'hic' intubus et 'haec' intuba. *Iunilius* dicit. *Massica*, a Massico monte Campaniae; per transitum tangit Galliam. *Gaudentius* dicit.

v. 527. *Epulae*, aut habundantes aut uariae herbae. *Repostae*, pro repositae.

v. 530. *Nec somnos abrumpit cura*. Ex cura enim nimia uigiliae fiunt.

v. 532. *Quaesitas ad sacra* et reliqua. Sacerdotes Iunonis idest Cleobis et Biton currus sollemnibus sacris deducere solebant, uerum deficientibus bobus etiam collo sacra portasse dicuntur. Iunonis sacris animalia defecerant, *idest*, aut Romanorum expleta sunt funera, quos illa persecuta est, aut restituta sunt sacra, quae infesta Iunone defecerant. *Vris*, bobus, uel 'uri' boues agrestes cornibus insignes, aut quorum mentionem ideo facit poeta, ut ostendat, pestilentiam etiam fuisse tantam, ut ipsorum penuria fuerit. Haec *Iunilius Flagrius* dicit.

v. 533. *Alta ad donaria*, templa.

v. 534. *Rimantur*, fodiunt, in rimas agunt, aperiunt.

---

v. 516 execrabiliorem 1 | exsecratiorem M || 518 iuuentum 1 || *Consortis interitu* ex Seruio addidi || quia constant aratra *duobus* scripsi | constat quia armenta 1 || affecta, corr. -tu B || dictum C | ditum B || 519 amisi B || 522 defaecatius M ex Seru. | electrum desicatum 1 || currens scripsi | concurrens 1 || *Ima*, occumbentem scripsi | Ian occumbentem B | In occumbentem C | Iam occumbentem M || 525 repellit post 'mortem' ex Seruio suppleui | religio [pellit] M || qd ei prodes 1 || aluisse M | auolasse 1 || 526 hi C | hii B || tangit Galliam] Quae si cum Seruio conferas: 'et per transitum tangit illa quae dicunt physici morbos uenire' etc., intellegis, excerptorem oscitanter excerpendo olim scripsisse 'tangit illa', quod quia sensu carebat, postea in 'Galliam' (tangit illam) abiit. || 527 abundantes B || 532 Cleobis M | leobois 1 || et Biton scripsi | ut ian 1 | ut iam M || portasse scripsi | portare 1 || defecera^nt C || 'idest' addidi || persecuta scripsi | prosecnta 1 || sacra scripsi | facta 1 || infesta scripsi | infecta 1 || defecer̃ 1 | defecerant M || tantum B || flagius B ||

v. 535. *Et ipsis unguibus.* Hyperbole, pro manibus. *Fruges* plantas.

v. 538. *Nocturnus*, custos, pulchre pro noctis tempore. *Obambulat*, circumit.

v. 539. *Cura domat*, timor pestilentiae. *Timidi dammae.* Mutauit genus, ut uitaret homoeoteleuton; dicit autem dammas et ceruos errare cum canibus. Duo hic ostendit, hos timoris, illos ferocitatis oblitos.

v. 543. *Insolitae fugiunt in flumina*, quasi timentes marinam pestilentiam. *Phocae*, uituli marini.

v. 544. *Interit et curuis* et reliqua. Exemplum dirissimae pestilentiae.

v. 545. *Hydri*, serpentes.

v. 546. *Ipsis est aer auibus* et reliqua. Quomodo, quae alarum uelocitate supergredi aerem poterant pestilentem?

v. 548. *Refert*, melius est.

v. 549. *Magistri*, medici, studiosi huius rei.

v. 550. *Phillyrides Chiron.* Chiron Centaurus, Phillyrae filius et Saturni, inuentor medicinae. *Amythaonius.* Amythaonis filius, idest eiusdem matris Melampus purgator; nam Proetidas purgauit lustrationibus quas inuenerat; tamen hoc, conualescente morbo nec medicinam prodesse nec religionem.

v. 551. *Stygiis.* Styx apud inferos dicta.

v. 552. *Tisiphone*, Furia.

v. 555. *Arentesque sonant ripae.* Vult clementa etiam pestilentiam sentire, *ut* (Aen. III 142): 'Arebant herbae et uictum seges aegra negabat.' *Supini*, inaequales.

v. 556. *Dat*, pestilentia.

v. 558. *Foueis*, fossis.

v. 559. *Nam*, quippe. *Neque erat coriis usus*, morbo putrefactis.

v. 560. *Aut undis* et reliqua. Nec lauari nec coqui poterant. Caro enim corrupta morbo quendam habet odorem, qui non potest ablui, quo-

---

v. 538 circumiit l || 539 Ti imdi damae B || genus mutauit M || omoteleoton B || dammas B || d^v^oo B || oblitos M | oblitus B || 543 uituli (sic) B || *Proluit* idest porro lauit unda C || 546 Quomodo — pestilentem? scripsi | quodammodo — pestilentem l M || 548 molius B || 549 rei M | regi B || 550 Phyllirides centaurus C | Phyllirides B || phyllirię l || amyth^a^onius B || amythonis B || purgator M | pugnator B || praetidas B || purgauit M | pugnauit B || lustrationibus quas scripsi ex Seruio | lustratris uel tribus quae B (patet olim scriptum fuisse *lustratis* pro *lustrationibus*, dein a correctore *uel tionibus* isti *tis* superpositum esse, quod ad postremum continuato errore in textum inrepsit) | lustratis uel tribus quae M || inualescente M || post 'tamen hoc' erit 'dicit' inserendum || regionem B || 552 Tisiphone Furia scripsi | aurora l || 555 sentire *ut* 'Arebant etc. scripsi | sentire arebant l || haerbe C || uictum se esse negabant l || 560 neque lauari M || coroenim C || lauare scripsĩ | lauari B ||

niam omne possidet corpus. *Abolere*, lauare. *Aut uincere flamma*, superposita igni aut putrefit aut durescit, non coquitur.

v. 564. *Ardentes papulae*, carnes idest carbunculi, morbus pedicularis.

v. 566. *Sacer ignis*, genus morbi est et genus aegritudinis, quod 'sacer ignis' uocatur feruore acriore inflammans quodque Graeci *ἱερὰν νόσον* uocant.

GEORG. LIBER IIII.

v. 1. *Protinus*, nunc ordinis. 'Protinus' semper initio positum ostendit iam aliquid supradictum; nam est aduerbium ordinis uel temporis. *Protinus*, deinceps exinde. Nunc dicit 'floreum' agrum. *Caelestia dona*, deorum munus. *Çaelestia dona*, ex caelo enim aer cadit, ex aere dona praestantur. *Aerii*, puri. *Aerii mellis.* Caelum rustici 'melliginem' dicunt. Nolens Virgilius 'caeleste' mel dicere 'aerium' dixit. *Caelestia dona*, ex rore colligitur mel, qui ex aere defluit; ante enim mel inueniebatur in foliis, ut (Georg. I 131): 'Mellaque decussit foliis', unde dicit 'caelestia dona', idest deorum munus.

v. 2. *Exsequar*, ut exsequutus sum superiora. *Maecenas*, cui scribitur hoc.

v. 3. *Admiranda tibi.* Audies ex rebus leuibus digna stupore esse in apibus, proceres et 'tanta certamina' (v. 86).

v. 4. *Magnanimos*, partitores.

v. 5. *Mores* et reliqua. 'Mores' castitatem, ut (v. 205): 'Tantus amor florum et generandi *gloria* mellis.' *Populos*, ut (v. 95): 'Vt binae regum facies, ita corpora plebis.' *Praelia*, ut (v. 78): 'Erumpunt portis, concurritur aethere in alto.'

v. 6. *In tenui* et reliqua. Magnis conparationis uerbis augens dedit carmina. *Iunilius* dicit. *In tenui* et reliqua. *Non* tenuis compensatio est laboris, quia magnam dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata. *Gaudentius* dicit.

---

putrefit] malim 'putrescit' || v. 564 pabulae l || peduclares l || *papulae* (pabule) idest ḥuital nel uerrucę C || 566 acriore B | aerio M || inflammans scripsi | inflammatus B || *ἱεράν νόσον* M | pannocon B ||

GEORG. LIB. IIII. v. 1 Nunc dicit floreum agrum scripsi | nunc defloreum agrum l | nunc floreum agrum *exsequar* ut exsecutus sum superiora. *Caelestia* etc. M || Verba 'exsequar — superiora' in libris post 'dona praestantur' posita ad v. 2 retrusi || melligenem B || qui ex aere B | quod ex aëre M || 2 exsecutus C || mecenas C | mecaenas (sic) B || 5 amor laudum B || gloria om. B || Populos ut binae B || Prelia ut (sic) ernmpnnt B | Proelia erumpunt M || concorritur B || 6 magnis M | magni l || In tenuit B || *Non* tenuis scripsi | tenuis B || est compensatio M || quia magnam (sic) B || fnerit M | fuerint B ||

v. 7. *Laeua*, prospera. *Numina laeua.* Secundum haruspicinam dixit 'sinistrum' prosperum, ut in secundo (Aen. II v. 693): 'Intonuit laeuum', quia sinistra nostra dextera sunt ei, et dextera nostra sinistra sunt ei, ut *Ennius* ait: 'Ab laeua rite probatum.' *Vocatus Apollo*, quoniam deus morborum est. *Auditque uocatus Apollo*, aut quasi 'pastoralem' nominat, aut quia morborum deus est.

v. 8. *Principio sedes* et reliqua. Vbi aluearia sunt ponenda; in qua re satis peritiae, et ea quae abesse debent, ne noceant apibus, nosse, et ea quae adesse *ut* prodesse possint, et ideo commemorat, quia supra dixit 'magnanimos duces', ideoque modo intulit: 'sedes statioque'. *Sedes apibus statioque.* Translationem diligenter seruat. *Statioque petenda*, ne nociua fiant apibus. *Statio*, producta o littera legere debemus 'statio', ut (Aen. I 1): 'Arma uirumque cano'.

v. 10. *Petulci.* Graece dixit, idest 'salitores', uel petulantes exultatione. *Iunilius* dicit. *Petulci*, a petendo dicti, unde et meretrices 'petulcas' dicimus. *Gaudentius* dicit.

v. 13. *Squalentia terga*, habentes. *Lacerti*, canes iunci †.

v. 14. *Pinguibus*, plenis. *A stabulis*, aluear iis. *Meropes.* 'Galbeoli', ut putat *Tranquillus*. Hae genitores suos recondunt iam senes et alere dicuntur in similitudinem 'ripariae' auis, quae in specu ripae nidificat, ut in libro X ostenditur. *Meropes.* 'Haec' merops. Merops rex, qui ob scelera ira deorum in auem sui nominis conuersus est. *Meropes*, uirides et uocantur 'apiastrae' qui comedunt apes. *Gaudentius* dicit.

v. 15. *Procne*, hirundo. Virgilius non errauit dicendo Procnen 'cruentam', quoniam Procne iam filiorum sanguine fuerat maculata. Haec in lusciniam est conuersa, Philomela in hirundinem et Procnen pro hirundine more suo posuit, idest sororem pro sorore. *Iunilius* dicit.

v. 16. *Ipsas*, apes.

v. 17. *Nidis inmitibus*, crudelibus pullis, quia apium morte nutriuntur.

---

v. 7 Leua, sic semper, l || numina laeua om. M || arnspicinam l || ut inmns ait l] *Ennio* uersum nindicaui in Annal. philol. 1865 p. 503. Ceterum in cod. Bern. 165 quem nuper inspexi dilucide legitur 'Ennius' || quoniam deus scripsi | quoniam dominus l || aut quasi scripsi | aut quia B || deus M | dominus B || 8 satis peritię B | peritie C | perite M || eaquę B | eaque C || ne noccant apibus scripsi | ne noceant quibus l || adesse, *ut* prodesse possint scripsi || adesse prodesse possunt (poss̃) l | ea quae abesse debent, ne noceant, qnibus nosse, et ea qnae adesse prodesse possunt M || magnam mos l || diligenter seruat scripsi | diligenter reseruat B || ne nociua fiant scripsi | nemo cina fiant B | diligenter reseruat, statioque petenda nemo cui a fiunt apibus M || 10 salitores l | saltatores M || et petulantes M || exultatione l || pe[l]ulcas B || Petulcus luxuriosus eo quod petat coitum (cogitum) B m. II || 13 *Lacerti* canes iunci †] Fortasse 'angues nocini' || 14 Meropes etc.] cf. Reifferscheid Suet. rell. p. 257 || hae C | heac B || quae in specu M | qui in specu l | in specu nidificat ut in X ostenditur cod. 165 || apiastrae Seru. | apistrae B | apistri M || 15 Progne hyrundo C || macula C || hyrundinem, hyrundine C || 17 quia apium scripsi | qui[a]pium B ||

v. 18. *Musco*, genus herbae mollissimae.

v. 19. *Fugiens*, currens.

v. 22. *Vere suo*, quasi suo tempore quo natae sunt. Hoc ex posterioribus intellegi potest, cum dicit: 'ludetque fauis emissa iuuentus.' *Vere suo*, quo operantur, sibi grato et apto. *Fauis*, 'hic' fauus.

v. 23. *Ripa*. 'Ripam' umbram arboris dixit. *Calori*, ut aestus aquarum uicinitate uitaret.

v. 25. *In medium* et reliqua. Tropus hyperbaton est, nam soloecismos; sed purgatur per syllepsin, 'in medium' de nominatiuo accusatiuus. *In medium* et reliqua. Ordo est: in medium transuersas salices et grandia saxa pontibus.

v. 26. *Conice*. In *Ebrii* 'coice'.

v. 27. *Pontibus*. 'Pontes' lapides dixit qui sunt in aqua.

v. 28. *Pandere*, deest 'ibi'. *Morantes*, apes tarde remeantes de pascuis.

v. 29. *Neptuno*. Pro aquis posuit. *Eurus*, uentus.

v. 30. *Casiae*, herbae. 'Casia' herba quae unguentis miscetur.

v. 31. *Serpylla*, herbae. *Grauiter*, bene et multum significat. *Copia*, habundantia. *Thymbrae*, genus herbae in Phrygia habundans.

v. 32. *Floreat*, uigeat. *Inriguum*, perpetuum qui currit et rigat. *Violaria*, loca herbosa. *Violaria*, idest florum copia, uel *uiolaria*, ubi uiolae nascuntur, ut rosaria.

v. 33. *Ipsa*, examina. *Suta*, conposita.

v. 34. *Texta*, textilia.

v. 36. *Cogit*, cohibet uel operit. *Remittit*, dissoluit.

v. 37. *Vtraque uis*, caloris et frigoris; utraque iniuria apibus metuenda frigoris scilicet et caloris.

v. 38. *Nequiquam*, frustra.

v. 39. *Spiramenta*, exitus foramina. *Fuco*. Herba unde uestis tinguitur, uel 'fucus' genus cerae, quo pro glutine utuntur, quae nigra est ut fucus, qui mel persequitur. *Oras*, spiramina.

v. 41. *Visco*, pice. *Et uisco seruant* et reliqua. Ordo est: seruant gluten, quod est lentius uisco et Phrygiae pice. *Seruant*; mire ait; nam pilas quasdam in aluearibus faciunt, de quibus postea cerea conponunt tecta. *Lentius*, pinguius uel mollius.

---

v. 22 posteriorebus, corr. -ibus B || intelligi B || iuuentas M || sibi grato om. M || et apto. *Fauis*, hic fauus scripsi | et apto fauis hic fauis B | et apto fauis M || 25 hybcrbaton B || nam soloecismos] nam solicismos l | nam salicis mos M || per sinlimpsin l || 26 in ebrii (sic) B, cf. praef. p. 730 sq. | inebrii M, semper || 28 deest ibi scripsi | deest uel C | deest uel B || 30 unguentis scripsi | ungnentibus l || misceatur C || 31 Serphylia C || abundantia l || abundans B || Tbymbrae — habundans, bis, B || 32 iugeat B || flornm copia scripsi | foliorum copiam B || 36 uel operit scripsi | uel aperit l || resoluit M || 37 coloris M || 39 uestis tinguitur scripsi | uesti funguntnr = funguitur B | uestes tinguntur M || caerae quo pro glutino cod. 165 || 41 seruant glutent C || et frigie l || cerea scripsi cum Seruio | creata B ||

v. 42. *Si uera est fama*, apes terram fodere posse.

v. 43. *Larem*, domum.

v. 44. *Pumicibusque cauis.* Saxis, quae foramina habent. *Exesaeque arboris antro*, quod nimio labore perficiunt.

v. 45. *Rimosa*, perforata.

v. 46. *Vngue*, ne uel humus crescat, uel cauernae a sole penetrentur uel frigore.

v. 47. *Neu propius tectis taxum sine.* Taxus uenenata arbor, ut in Bucolicis (Ecl. VIIII 30): 'Sic tua Gryneas fugiant examina taxos.' Mel enim ex ea pessimum gignitur. *Sine*, imperatiuus modus. *Tectis*, 'tecta' nunc apium aluearia uocat. *Rubentes*, 'rubentes' cancros; odore enim ipso pereunt. *Rubentes*, cum uruntur, non quod per naturam sunt huius coloris.

v. 48. *Neu crede paludi*, ne facile mergantur.

v. 50. *Offensa resultat*, resonat echo percussa. *Imago*, quam Graeci echon uocant, et quam apes uehementer horrere manifestum est.

v. 51. *Quod superest.* Antique dixit, idest quod sequitur. *Pulsam hiemem.* Nunc secundum physicos dicit, qui dicunt, quo tempore hiemps hic *est*, aestatem esse sub terris et uersa uice, ut *Lucretius* (VI 840 seq.) ostendit, putealem aquam aestate frigidissimam, hieme uero tepidiorem. Hoc *Suetonius* et *Iunilius* dicit.

v. 52. *Sub terras*, mire dixit. *Reclusit*, aperuit.

v. 54. *Metunt*, secant carpunt. *Metunt flores*, unde et 'messores' dicti sunt. *Flores*, ex quibus primo mel, mox pullos efficiunt. *Libant*, leuiter tangunt.

v. 55. *Leues*, uolantes. *Hinc*, dehinc. *Qua*, qua arcana ratione naturae.

v. 56. *Progeniem nidosque fouent*, audenter dixit.

v. 57. *Mella tenacia.* Quia cum ad inferiora dependent faui, mel tamen inde non funditur, unde ait 'tenacia', quae in resupinatis fauis cohaerent.

v. 58. *Caueis*, aluearíis.

v. 59. *Nare,* transnare, in altum uolare. *Liquidam*, serenam puram.

---

v. 44 Exaesaeque C || 46 Vnge l || ue uel humus crescat l | ue uel limus crepet Seruius | fortasse 'ue uel *muscus* crescat.' || In uersu 'foueus' (sic; ad 'frondes' perperam oculos deflexit M) in marg. 'fores' || 47 Gryneas B | grineas C | Cyrneas M || textis M || ipso] post ipso *apes* intercidisse potest || 50 echon] quae Graece *εἰκών*, Latine imago dicitur Philargyrius || 51 idest quod sequitur dicam C || phisicos B || hiemps hic est scripsi | hiemps hic B || esse om. M || uice uersa M || tepidiorem B | tepediorem M || hoc sentit et iunilius dicit B] *Suetonii* nomen latere uerissime coni. Reifferscheid Suet. rell. p. 445 et p. 247. Contra Mommsen mus. Rh. XVI p. 447 de *Gaudentio* cogitauit, cf. praef. p. 706 || 54 Metunt (sic) l || carpent l || 55 Qua qua arcana C | qua qna ar|ar cana B (ut saepius in uersuum finibus) | *Qua*, arcana M || 57 tenatia B || dependent] dependunt B | dependant M || non funditur scripsi | non infunditur B | non effunditur coni. M || resopinatis B || cohereut B || In uersu 'excudunt', in marg. 'excludunt' || 59 trausnare l | trans mare M ||

v. 60. *Mirabere*, miraberis.

v. 61. *Contemplator.* Futuri imperatiuus, idest obseruato aspicito. *Aquas*, quia aquas petunt. *Aquas dulces*, ideo praedixit (v. 19): 'Tenuis fugiens per gramina riuus.'

v. 63. *Phylla*, quae a Graecis μελίφυλλον, quia melli amica est. *Varro* (de re rustica III 16) hanc herbam 'apiastrum' dixit, quia haec herba apibus cara. *Cerinthae*, haec herba melli amica et apibus cara Cerintha appellata ab urbe Cerintho Euboiae. *Ignobile*, uile, ubique nascens.

v. 64. *Quate*, sona. *Matris*, pro 'matris magnae'. Huic simile est (Aen. X 450): 'Sorti pater aequos.' *Matris cymbala*, quia in eius tutella sunt, idest eo, quod similia sunt hemicyclis, quibus cingitur Terra, quae est mater deorum.

v. 66. *More suo*, naturali ratione, cuius causa non redditur.

v. 68. *Incessit*, ingruit inuasit, ut alibi (Aen. XII 596): 'Incessi muros'.

v. 69. *Trepidantia*, alacritate pugnandi, non timore.

v. 70. *Morantes*, tarde incedentes.

v. 72. Inde *Ennius* in VIII ait: 'Tibia Musarum pangit melos.' *Fractos*, consonos.

v. 73. *Trepidae*, festinantes. *Inter se*, in aluearibus. *Pinnisque coruscant*, quemadmodum milites scuta commouent. *Coeunt*, festinant.

v. 74. *Aptantque lacertos*, uenuste et ludens dixit.

v. 76. *Vocant*, prouocant.

v. 77. *Nactae.* In *Ebrii* 'nanctae', non 'nactae'. *Sudum*, liquidum, non proprie epitheton; nam alibi ait (Georg. I 313) 'imbriferum'; serenum tamen post pluuias, quod neque sudum est neque siccum, ut in VIII (v. 529): 'Per sudum rutilare uident.'

v. 78. *Aethere in alto*, puro, non nubibus concluso.

v. 79. *Fit sonitus*, more bellantum. *In orbem*, ad peritiam retulit, non ad multitudinem, ut 'in orbem milites pugnare' dicunt.

v. 80. *Praecipitesque cadunt.* In aliis enim bellis uicti pereunt, in certamine uero apium etiam uictores pereunt; nam dicturus est: 'animas in uulnere ponunt' (v. 238).

---

v. 60 mirabiris B || 61 aspicito contempleris C || *Aquas* quia aquas petunt scripsi | Aquas quiaquas petunt B | *Aquas*, qnia petunt aquas dulces etc. M || 63 quae a grecis l | quae Graecis M || μελίφυλλον scripsi | melliphilon l | melisphyllon M | Sed uidetur noster μελίφιλον, falso hoc quidem, scripsisse, cf. 'quia *melli amica* est' || apistrum l || cara M | ara l || cerinthas B || euboiae B || Ignobolie B || 64 *Quate* sona. *Cie* idest uoca C || hnic simile est sorti pater aequos M || ęquos B || tntella B || hemicyclis] emycycli B | hemicycliis M || quibus cingitur M | qui ingingitur B || terra M || 72 tibi a musarum B || cousonos B | collisos Seruius || 73 festinantes inter se in aluearibus M || 77 Nacte, bis B | Ergo uactae in ebrii uaⁿctae. non iuuenerunt uacte Paris. 1750, cf. G. Thilo mus. Rhen. XIIII p. 540 || propriae l || imbriferum scripsi | umbriferum l || rutulare l || 78 Erumpunt idest alñca C, quod fortasse nil est nisi 'aluearia' || uubibus M | nimbibus B || 79 bellantium C | bellantum B || dicunt] malim 'dicuntur' ||

v. 81. *Glandis*, nominatiuus hic est.

v. 82. *Ipsi*, apium reges.

v. 83. *Ingentes animos* et reliqua. *Statius* (Theb. I, v. 417): 'Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.'

v. 84. *Vsque adeo*, pro usque eo.

v. 87. *Pulueris* et reliqua. Quia cum uiderint puluerem, sperant tempestatem futuram quae eis plurimum nocet. In *Corneliani* 'quiescunt', non 'quiescent'.

v. 88. *Ambos*. 'Ambo' iuxta *Ebrium*.

v. 89. *Deterior qui uisus*. Non dicit, quem putabis, aut qui uidebitur, sed quem uideris, idest quem aspicies deteriorem. Ex uisu enim intellegitur. *Iunilius* dicit. *Prodigus*, qui sua consumit. 'Prodigi' enim dicuntur qui sua consumunt, quasi 'porro aguut.' *Iunilius* dicit. *Deterior*, deterior meliore, quia peior a malo, deterior a meliore dicitur. *Gaudentius* dicit. *Prodigus*, non mella conficiens sed consumens. *Gaudentius* dicit.

v. 90. *Dede*, da. *Neci*. Ideo autem regem solum praecipit occidendum, quia eo amisso suus dissipatur exercitus, nam (v. 95): 'Vt binae regum facies, ita corpora plebis.' *Vacua*, idest ceteris, uel *uacua*, ab altero non tacta. Quid enim proderat, si solus sine ceteris apibus esset, uel certe tale est, quale illud (Aen. IV 82): 'Sola domo moeret uacua', nam unam refert.

v. 91. *Alter erit*, generosus. *Maculis auro squalentibus ardens*. Quotienscumque Virgilius rem pulchram uult ostendere, 'ardentem' dicit, ut (Aen. IV 262): 'Tyrioque ardebat murice laena', horribilem uero 'squalentem', ut (Aen. II 277): 'Gerens squalentem barbam.' *Squalentibus*, notabilibus, asperis, splendentibus.

v. 92. *Nam duo sunt genera*, regum dicit differentiam.

v. 93. *Horridus*, teterrimus.

v. 94. *Inglorius*, otiosus.

v. 95. *Binae*, duae.

v. 96. *Turpes*, qualis uiator, talis et apis.

v. 98. *Et fulgore coruscant*. Similia corpora auro distincta habentes.

v. 99. *Lita*, oblita inlita, idest intincta. *Guttis*, notis.

---

v. 83 Statius M | satius l || 87 sperant tempestatem M | sperantem pestem l || futuram om. M || quae eis praenident l | qnae eis plurimnm nocet ex Seruio M || incorniliani B || quiescunt non quiescent B | quiescent non quiescunt M || 88 iuxta ebrium M, et inebrii semper || 89 aspicies l || cx usu cod. 165 || prodigui enim l || consument l || qui quasi cod. 165 peior a malo, deterior a meliore dicitur scripsi, cf. Seruius: 'Peior a malo dicitur, deterior a meliore' | pecora mala detoriora dicuntur l | idem, sed: Deterior idest meliore q pecora etc: Paris. || 90 *Dede*, da neci M || amisso l | omisso M || idest sine ceteris cod. 165 || sola in domo B || 91 ardentem dr̃ (dicitur) C || lena l || 98 corpora auro distincta scripsi | corpora indistincta l | Videtur autem id scholium ad v. 99 (paribns lita corpora guttis) pertinere, unde post lemma: 'Et fulgore coruscant' lacunam statuerim || fulgora l ||

v. 100. *Haec potior soboles*, ad mella procreanda. *Tempore certo*, cum oriuntur Pleiades et cum occidunt, idest uerno et autumno. *Gaudentius* dicit. *Caeli tempore certo*, sicut horas et menses, ita tempora caeli dixit 'certa'. *Iunilius* dicit.

v. 101. *Dulcia mella*, non est superfluum epitheton, quia sunt *et* amara, ut Corsicana, sicut in Bucolicis dicimus (Ecl. VIIII 30).

v. 102. *Liquida*, defecata, sine sordibus. *Domitura*, quia maiores asperrima uina mellis dulcedine temperabant.

v. 103. *Caelo*, pro aere.

v. 104. *Frigida tecta* et reliqua, quae non foueant. E contrario (v. 169): 'Feruet opus.' *Salustius*: 'frigida nocte', idest pro tempore. *Terentius* (Eun. IV 5, 6): 'Sine Cerere et Libero friget Venus.' *Iunilius* dicit. *Frigida*, uacua melle, inoperata. *Gaudentius* dicit.

v. 105. *Instabiles*, incertos. *Instabiles*, suadentes inanem uagandi licentiam.

v. 107. *Quisquam*, idest 'militum' subaudis uel 'de exercitu.' *Altum*, uolare aut in bella procedere.

v. 108. *Vellere signa*, ut ibi (Aen. XI 19. 20): 'Cum primum uellere signa adnuerint superi.' Mos enim fuerat bellantum *ut* signa figerent eaque mouerent profecturi; si facile uellentium manus sequerentur, prospera pugna ostendebatur, si cum conatu, certum exitium significabant, ut in historia: 'Sertorius effodit signa, pugnauit et uictus est; uix ipse ut euaderet Rhodanum transnatauit.'

v. 109. *Croceis*. 'Hic' crocus et 'hoc' crocum fit, odoris et coloris optimi.

v. 110. *Saligna*, de salice facta, quasi simulacro ligneo.

v. 111. *Hellespontiaci Priapi*. Quia in Hellesponto maxime colitur; nam ciuitas 'Priapus' uocatur; similiter et Lampsaci colitur. *Creditur* enim omnibus magicis artibus officere. *Iunilius* dicit. *Tutela Priapi*. Non dicit Priapum illic esse debere sed praecipit tales esse hortos, quales

---

v. 100 pliades 1 || horas M | oras B || tempora dixit, om. caeli M | unde superuacanea Tbilonis coniectura *caeli* pro *certa* scribi iubentis mus. Rb. XV p. 137 || 101 epitehon C || sunt *et* amara scripsi | sunt amara 1 || 102 defecta C || sine sordibus idest pura C || temperabant M | temperabam B || 104 seruet opus 1 || idest pro tempore] Cum exemplis adpositis notionem 'nil agendi' uerbis 'frigere', 'frigidus' etc. inesse ostendatur, legendum 'perdito' uel 'trito' tempore || terrentius 1 || sine cere C || mellae B || 107 uolare in bella, om. aut M || 108 bellantum B | bellantium Mommsen mus. Rb. XVI p. 451 || *ut* signa Mommsen | signa B || figere coni. M || eaque Mommsen | ea quae B || mouerent Mommsen | mouerint B || profecturi scripsi | profectum B | omisit Mommsen || uellentium M | uellerantium (sic) B || sequerentur M | sequeretur B || si cum conatu certum scripsi | si cum conaturis tum B | si cum conatu tum Mommsen || significabat Mommsen || euaderet *et* Rhodanum, uel uictus [est] coni. Wölfflin Philol. XVII p. 541 sq. Ex Sallustii Hist. l. I desumptum esse hunc locum probabile fecit idem, cf. Plut. Sert. 3 et praef. p. 725 || 111 Hellespotiaci B || Lampsaci M | lansaci 1 || colitur; *creditur* enim scripsi | colitur enim 1 | unde 'similiter et Lampsaci; colitur enim' M || Post 'officere' quae in libris secuntur 'inriget imbres' ad v. 115 pertinere certum est et pro

qui habuere deum custodem. Priapus deus est, qui apud ciuitatem Hellesponti colitur, de qua pulsus est propter uirilis membri magnitudinem; postea in numerum deorum receptus est. *Gaudentius* dicit.

v. 112. *Ipse thymum*, diligens rusticus et cultor hortorum.

v. 113. *Cui talia curae*, ad quem hominem pertinet huiusmodi necessitas.

v. 114. *Ipse*, cultor hortorum. *Tenaces*, iuuenales; *tenaces*, alii 'feraces' idest fertiles.

v. 115. *Amicos*, hortis. *Imbres*, aquas. *Inriget*, in iuueniles plantas.

v. 117. *Vela traham*. Vtrum nauem an aliud significat? *Iunilius* dicit. *Vela traham*, nunc allegorice dicit, qua in primo (Georg. II, v. 44) usus est, ut: 'Ades et primi lege litoris oram,' et (v. 41): 'Pelagoque uolans da uela patenti.' *Gaudentius* dicit.

v. 118. *Pingues*, feraces fecundos.

v. 119. *Ornaret*, inlustraret. *Biferi*, bis ferentis. *Biferi Paesti*. Paestus oppidum Lucaniae, ubi rosa in anno bis nascitur.

v. 120. *Potis gauderent*, si hauriant aquam, gaudent. Alii 'riuis', alii 'fibris'. *Intyba* in *Ebrii*, 'intuba' in *Corneliani*. *Intuba*, quod intus caua sint, quasi tuba.

v. 121. *Tortus*, per flexuosos anfractus.

v. 122. *In uentrem*, utrum in suum, an in hominis, uel *in uentrem* in curuaturam. *In uentrem*, quod aut tumidum facit cucumis, ut ratio demonstrat, aut quod in medio latescit. *Cucumis*. Haec 'cucumis' nominatiuus, huius 'cucuminis', sed hoc maluit poeta quod eufoniam sequitur. *Iunilius* dicit. Et huius 'cucumeris' dicitur ut *Gaudentius* dicit. *Sera*, aut tarde aut in serum. *Sera comantem*, tarde uenientem et diutine permanentem, sero flores habentem.

v. 124. *Pallentes hederas*. Dictum a poeta, quia pallido ore solent scribere. *Et amantis litora myrtos*, subaudis taculssem.

v. 125. *Oebaliae*, Laconicae Tarentinae. 'Turres' autem ait, quas condiderunt hi qui de Oebalia uenerunt, unde de Castore et Polluce ait *Statius* (Silu. III 2,10): 'Oebalii fratres.'

---

lemmate habenda cuius expositio intercidit || hortos M | ortus B || apnd ciuitates M ||

v. 113 at qnem C || 114 tenaces alii feraces scripsi | tenues alii feraces B || in nersn 'feracis', in marg. 'tenaces' || 115 in inuenilis l || 117 an alind scripsi | an aliquid B | in aliquid C || Vela tra C || alligorice B || in primo] Sine dnbio per librarinm ex hoc: 'in II' corruptum est cf. Sern. || q in primo Paris. || ades primi B || 119 inlnstret l || bis ferentes, corr. -is B || pesti pestus B || 120 intyba B | intiba C Paris. || corniliani l (semper) || 121 flexuosos (sic) B || 122 latescit scripsi, cf. Colnm. II 10, 24 napi non in nentrem latescnnt | latnit l | patnit coni. M || malluit B || Sero comantem M || diutine scripsi | dinine B || fero flores B || 124 Pallente B | Pellente C || pallido ore scripsi | pallidora l | pallida ora M || littora myrtus, corr. -os B || 125 Laconicae M | laconiae l || carentine C || 'Tnrres' antem ait scripsi | terrentius ait l, cf. praef. p. 724 || ait Statins M | ait satiuo oebaliae fratres l || hii qui l || Oebaliae M || Nam oebalie laconiae tarentine | quas condederunt hi qni de oebalia nene-

v. 126. *Vmectat*, inrigat. *Flauentia* uiridantia. *Galaesus*, fluuius Tarentinus, uel fluuius Calabriae, qui est iuxta Tarentum, in qua hortos optimos uidisse se commemorat.

v. 127. *Corycium.* Corycos ciuitas Ciliciae, in qua antrum illud famosum est paene ab omnibus celebratum, quod stadia XX circiter non longe a mari et mirabili natura fertilissimum est, rupibus circumdatum altissimis inriguisque fontibus habundans. Et per transitum tangit historiam a *Suetonio* memoratam. Pompeius enim uictis partim in Cilicia partim in Graecia partim in Calabria agros dedit. *Corycium* alii patrem Virgilii, alii Ciliciae montem Corycum ubi crocum nascitur. *Memini me uidisse.* Dicimus autem 'memini me uidere' auctoritate *Terentii* et relicorum grammaticorum. *Relicti*, dimissi a patre, uel deserti atque contempti idest quem nemo colere uoluerit. Quis enim agrum non sperneret nulli rei aptum, non uitibus uel frumentis uel pascuis? Sed tamen illius beneficio factus est fertilis.

v. 128. *Nec fertilis illa iuuencis.* Non erant apta bobus.

v. 129. *Nec pecori oportuna.* Non poterant ibi pecora pasci. *Seges* pro terra uel parte posuit. *Nec commoda Baccho*, non erant uinaria.

v. 130. *Hic*, senex. *In dumis*, ubi quondam dumi fuerant.

v. 131. *Lilia uerbenasque*, propria nomina holerum. *Premens*, terram. *Vescum*, in *Ebrii* 'seram'. *Vescum* minutum, uel 'uescum papauer' idest uescendo saturum, hoc est quo uescimur; aliud est enim lethaeum quo non utimur. 'Vescum' dicitur quicquid sine coctura manducatur; alii *ue* et *esca*, quia *ue* ualde significat idest 'multa esca.' *Gaudentius* et *Iunilius* dicit.

---

runt t̃rentius ait unde et de castore et pulluce dicit idẽ satiuo oebaliae fratres Paris. ||

v. 126 Vmectat B | Humectat C || 127 Coricium C || cyliciae C || famosum peue, om. est M || caelebratum l || quod M | quae l || stadia (sic) l || circiter *habet* Paris. || habuudans C | abundans B || Corycium — babuudaus.] Hoc ex Sallustii Hist. I desumptum esse probabiliter couiecit E. Wölfflin Philol. XVII 541 sq., praesertim cum, quod ex Nonio p. 202 Merc. Sallustii de Coryco urbe nouimus fragmentum (Hist. I 80 Dietsch): 'Iter uortit ad Corycum urbem inclutam specu atque nemore, *in quo crocum gignitur*' plaue cougruat cum iis quae in eo scholio infra leguntur: 'Ciliciae moutem Corycum, *ubi crocum nascitur.*' Accedit quod locus Nonianus ex parte laudatur a uostro v. 182 || a Suetouio] a stanio l cf. Reiff. Suet. rell. p. 355 || cylicia l || Coricium C || Ciliciae M | cilicii l || montem coricum l || Corycum om. M || crocum scripsi | cros l | crox Paris., unde 'crocus' uerisimilior poterat uideri sanatio, sed cf. supra et Nonium p. 202 Merc. || terrentii et relicorum B cf. praef. p. 726 || 129 oportuna B || poterant scripsi | poterunt B | potuerunt M || uel parte] An: uel 'pastione'? || 130 Hic senex corritius C || 131 bolerum l || seram iu ras. B || *Vescum* iu Ebrii 'seram.'] Hoc ad v. 132 pertinere et '*sera*, in Ebrii seram' legeudum uidetur et profecto apud Ribb. in app. crit. babes: sera iu ras. b sera . . . γ, cf. Ribbeck proll. p. 176 || inebrii serũ Par. || aliud est enim scripsi, cf. Seru. || alii id est enim B || letheum B || quia ue ualde significat idest multa esca scripsi, cf. praef. p. 705 | quia ue multa significat idest ualde B ||

v. 132. *Regum aequabat opes*, quia regum more cibis non comparatis utebatur. *Animis*. Putabat se regem esse. *Reuertens* rediens.

v. 133. *Inemptis*, aut non *caris*, uilibus, aut certe 'non emptis;' dicit non emptas, sed quas fecit de holeribus.

v. 134. *Carpere*, carpebat. Infinitiuo enim inperfecta tempora significat more ueterum ut *Probus* ait.

v. 136. *Et glacie cursus frenaret aquarum*. Mira uarietas; nam supra ait (Georg. III 360): 'Concrescunt subitae currenti in flumine crustae.' *Frenaret* adstringeret.

v. 138. *Aestatem increpitans seram*, tarde uenientem, cum iam eius carperet fructus. *Zephyrosque morantes*, ut ostenderet primi temporis initium, Zephyrum dicit.

v. 139. *Ergo apibus*, ne hortos sine causa scripsisse uideatur.

v. 140. *Primus*, praecipue. *Habundare*, pro habundabat. *Cogere* colligere.

v. 141. *Illic* uel *illi* idest Corycio. *Tiliae*, arbores. *Vberrima pinus*. Pinus nullum fructum fert, sed multa semina habet. Hic ergo pro 'multa' et 'copiosa' accipienda est.

v. 143. *Totidem autumno matura tenebat*, non perdebat poma quia bene colebantur.

v. 144. *Seras*, serotinas. *Distulit* pro transtulit. *In uersum*, in ordinem. 'Versus' a uersura dictus, quae arando et uertendo terram fit; binos enim sulcos rustici uocant 'uersus' uel 'bisulcios'.

v. 145. *Ecduram*, ualde duram idest ualidam. *Spinos*. Hic 'spinus' prunorum arbor dicitur.

v. 146. *Platanum*, platanus umbra sua terram mitiorem facit.

v. 147. *Spatiis* temporibus. *Iniquis*, angustis ut ibi (Aen. XI 531): 'Arripuitque locum et siluis insedit iniquis.'

v. 148. *Aliis*. Gargilium Martialem significat.

v. 149. *Nunc age*, o Maecenas. *Naturas*, pro mores. *Apibus*. Ordo est: expediam naturas apium. *Nunc age*. Cum Iouem Saturno persequente apes educasse uideantur, quoniam naturas Iuppiter instituit; uerum Virgilius moderate dicit 'addidit', *quasi* non totum, sed aliut adiunxerit.

---

v. 132 in uersu 'seraque' in marg. 'multaque' || potabat C || rediens M | repediens B || 133 aut non caris, uilibus scripsi | aut non uisis B | iussis coni. M || dicit scripsi | idest B || holeribus B || 134 Infinitiuo M | infinitiua 1 || significant cod. 165 om. 'more ueterum' || ut Probus ait] cf. Diomed. p. 341, 4 K. et praef. p. 727. Vtri Probo adscriberet commentatorine an grammatico ambigebat A. Riese de comm. Vergil. qui M. Val. Probi dicitur p. 30 not. || 138 sertam C || hostenderet C || 140 abundare pro abundabat 1 || 144 bisulcos cod. 165 || 145 Et duram 1 || ualde duram C || 146 mitius facit B || 147 sedit iniquis B || 148 martilem 1 || 149 *Nunc age*, Maecenas M || natura apium C || Verba 'cum Iouem — Iuppiter instituit' foede corrupta hunc fortasse in modum erunt restituenda: 'Quomodo Iouem Saturno persequente apes educasse uideantur, quarum naturas Iuppiter instituit? Verum Virgilius etc.' || instituit M | institui B || moderate scripsi | modere B | modeste M || addidit om. M || quasi addidi || aliut scripsi | aliter B ||

v. 150. *Addidit.* Necesse est ante *eas* habuisse mores proprios, dum dixit 'addidit', uel 'addidit' pro dedit, compositum pro simplici. *Pro qua* idest gratia.

v. 151. *Curetum.* Nutrices dicit illas apes. *Corybantia.* Corybantas ex Saturno natos et Ope in insulam Cretam ad educandum Iouem missos dicunt, quorum nomina Hyperochon, Enceladon, Crantora, Patroctonon; et horum sorores Cybelen, Dianam, Asiam, Europam, Phaenareten, Eudercen; et ob hoc Corybantas uocatos, quod galeas primi sicut 'conos' habuerint militares, quae adhuc κόρυμβοι uocentur. *Secutae*, imitatae. — Alii opinantur Corybantas Apollinis filios fuisse IIII numero et horum nomina Carmanora Anaxanora Eleutheron Crantora. Alii II dicunt Corybantas fuisse et horum nomina Mothon Calum hosque ex lacrimis Iouis procreatos et ideo Corybantas dictos; quas nos pupillas in oculis dicimus, κόρην Graeci appellant. Alii Corytas dictos eo quod armis fuerint tecti; alii Corybantas et Corytas dictos putant, quod fuerint κόρειοι idest primae aetatis; quos alii nutritores alii ministros Iouis appellant. In *Glossematibus* haec inuenimus.

v. 152. *Dictaeo* Cretico. Dicta mons in Ida Cretae est. Opis enim uxor Saturni Iouem Curetibus et Idaeis Dactylis custodiendum dedit in monte Cretae Dictaeo, ne eum Saturnus consumeret.

v. 154. *Vrbis*, loci. *Magnis*, aeternis. *Agitant sub legibus aeuum*, quia aeternas leges habent; nec enim saepe eas, ut homines mutant.

v. 155. *Et certos penates*, quo debeant redire. *Nouere*, carissima habent, ut (Ecl. I 52): 'Hic inter flumina nota', idest cara.

v. 157. *In medium*, in commune, ut ibi (Georg. I 127): 'In medium quaerebant.'

v. 158. *Victu*, pro uictui. *Inuigilant*, figurate.

---

v. 150 ante habuisse 1 | cas addidi || uel addidit B | addidit C | aut addidit M || 151 in uersu 'crepitantia', in marg. 'corybantia' || coribantas C || ex Saturno scripsi cf. v. 152 | extimo 1 || natos M | natas 1 || insolam B || educendum 1 || Hyperochon Enceladon scripsi | hypero perochen celadon 1 | Hypero, Perochenceladon M || cramora C || Patroctonon scripsi | patrocona 1 || Cybelen] cibylen B | cibilen C | Cybilen M || Phaenareten Eudercen scripsi | fennirineuderchen B | fenirineudercen C | forniri neaderchen Par. | Fenniri, Neuderchen M || corybantos B | coribantos C || galeas (sic) 1 | galeros M || conos scripsi | canos 1 || adhuc κόρυμβοι scripsi | adhuc urbes 1 | adhuc curbes M || *Secutae* imitatae scripsi | Secute (seute C) imitate 1 | *Secutae*, imitate M || corybantes B || Carmanora scripsi | carmonara B | Carmanara M || anaxanara B || Eleutheron Crantora scripsi | eleutherant (sic) B || Quarti nomen desiderabatur | Eleutheron M || Mothon scripsi | montho B || corybanta B || quas M | quos B || κόρην] chorum B | κόραν M || grcci B || coritas B || armis M | amis B || κόρειοι scripsi | corci B | κόροι M || in glosomatibus B || 152 Dictheo C || mens 1 || datylis B | datilis C || ditaeo 1 || 154 quia aeternas leges habent scripsi | quia et duces habent B || eas scripsi | eos B cf. Seru. || 155 quo debeant redire Paris. | quo debeant 1 || carissima habent 1 | carissima habere M || 157 quaerebat B ||

v. 160. *Narcissi lacrimas.* Adlusit *ad* fabulam de puero, ut diximus, qui in florem Narcissi conuersus est.

v. 161. *Ponunt* idest locant, idest duriorem ceram, quae ferro uix potest frangi, quam de summis arborum ramis colligunt. *Tenacis*, mella retinentes.

v. 163. *Educunt adultos fetus*, educendo adultos faciunt.

v. 164. *Liquido nectare*, melle.

v. 165. *Sunt quibus ad portas* et reliqua. Metafora a tutamine ciuitatis.

v. 168. *Fucos.* Genus apium sine aculeis, quod post fetus procreari dicitur in fauis ad coquendum mel et ad fetus procreandos; multitudine enim sua et maiore corpore praebent calorem. Nam quo maior eorum numerus fuerit, multo hoc maior examinum aduentus et mellis copia erit. Quos fucos, cum mella coeperint maturescere, primo uere abigunt et trucidant. *Ignauum pecus*, quod hoc neque adiuuat et alienum consumit laborem. *Varro* ait: '*pecus* a pascendo ueteres omne animal dixerunt.'

v. 169. *Feruet.* In *Ebrii* 'feruit'.

v. 170. *Ac ueluti Cyclopes* et reliqua. Cyclopum comparatio ad festinationem pertinens solam.

v. 171. *Cum properant*, nondum completo opere.

v. 172. *Stridentia tingunt.* Anceps sensus, idest stridere faciunt, ut (Aen. III 237): 'Scuta latentia condunt', idest condunt et latentia faciunt.

v. 173. *Lacu*, aqua. *Gemit*, sonat. *Aetna*, mons.

v. 174. *Illi*, pro alii. *Tollunt*, alii 'iactant'.

v. 175. *In numerum*, ordine uel quasi in sonum consonum. 'Forcipe' in *Ebrii* et 'forfice' in *Corneliani*. *Forceps* dictus a 'forno' idest calido, quod calori proximus ferrum uersat.

v. 177. *Cecropias*, siue quod Athenis apes ortae sint, siue quod ibi sit mel nobile. *Innatus*, insitus. *Vrget*, premit.

v. 178. *Quamque*, apem. *Grandaeuis oppida curae.* Apibus maioribus uel senioribus, sicut: 'Senes muros tueantur et non in bella prorumpant.'

---

v. 160 adlusit fabulam l | ad add. M || ut diximus] Ecl. II 48 || 161 locant duriorem M || retinentes M | retinestes B || 164 in uersu 'liquidi', in marg. 'dulci' || 165 tutamine B || 168 post foetus B | per fectus C || procreari M | procreare l || procreare dicuntur Paris. || foetus B | fetus C || multitudine C | multitudinẽ, corr. -dine B || et maiora l || corpore C | corporae B || calorem, quo M om. nam || uumeros M || quos fucos M | quo fucos l | quos cnm mel ceperit maturascere cod. 165 || hoc scripsi | hic B || adiuuat M | adiuuet B || aliennm M | alienam B || Varro uero ait pecus a pascendo omue animal dixisse cod. 165 || ueteres oms animal Par. || 169 feruit, corr. feruet C || feruit C | feruit: uit in ras. B || seruet, corr. -uit Paris. || 170 ciclopes C || ciclopnm C || 172 condant (v suprascr.) B || 173 Aethna B || 175 *Forcipe*, inebrii et *forfice*, in Corniliani forceps etc. M || corniliani B || 177 sin^e quod ibi C || 178 idest senioribus M || tueantur B | tuen-

v. 179. *Daedala*, ingeniosa, idest uaria ut (Aen. VII 282): 'Daedala Circe.'

v. 180. *Minores*, iuniores.

v. 181. *Passim*, alii 'circum'.

v. 182. *Crocumque rubentem.* *Salustius* neutro genere 'crocum' dixit, ut: 'In qua crocum gignitur.'

v. 183. *Ferrugineos.* Ferrugo nigri coloris. *Hyacinthos.* Subaudis 'pascuntur'.

v. 184. *Omnibus una quies* et reliqua. Aequaliter laborant, aequaliter feriantur.

v. 185. *Mane*, matutino.

v. 186. *Decedere*, a pastu.

v. 187. *Tum corpora curant*, cibo reficiunt. Si de hominibus, ad cibum lauacrumque pertinet, si de apibus, ad cibum tantum.

v. 188. *Mussant.* Hic proprie 'mussant' pro murmurant. Murmur enim solum quod apes retundunt. *Limina*, alii 'litora'.

v. 189. *Thalamis.* Audaciter 'thalamis' dixit.

v. 190. *Sopor suus*, quasi propria quies.

v. 193. *Aquantur*, aquam bibunt.

v. 195. *Cymbae*, nauiculae. *Saburram*, harenam. Saburra dicitur qua naues oncrantur ad aequum pondus, quo fortius ferant tempestatem.

v. 197. *Mirabere*, miraberis.

v. 198. *Concubitu*, pro concubitui.

v. 199. *Nixibus*, pro partubus. 'Nixus' idest partus, quos Graeci ὠδῖνας uocant.

v. 201. *Quirites*, rectos. *Legunt*, elegunt.

v. 202. *Aulas.* *In* metafora perseuerauit, ut quoniam 'regem' dixit, ita et 'aulam'. *Refigunt*, idest figunt.

v. 203. *In cotibus.* Onera uocat 'cotes'.

v. 204. *Vltroque animam sub fasce dedere.* Portant tantum, ut morerentur, dummodo mella faciant. *Fasces*, pondere.

v. 206. *Angusti terminus aeui*, non excedant septennium.

v. 208. *At genus inmortale manet*, idest per successionem.

v. 209. *Domus*, familiae.

---

tur M || prorumpant scripsi | prorumpunt B | Citari locum ostendunt iam illa: 'in bella prorumpant' cf. praef. p. 722 ||

v. 181 *Passim*, alii 'circum' scripsi | Passim ad circum B || 182 Salustius] cf. ad v. 127 || 184 qualiter laborant C || 186 a pastu scripsi | a ceptui B | a coeptu coui. M || 187 lauacrumque M | laciacrumque B || si de apibus scripsi | se de apibus B | sed de apibus M || ad cibum M | cibo B || 188 murmurant C | murimuraut B || retundunt l | redunduut Paris. | refunduut M || 195 Suburram areuam suburra B || morantur facta ad aequum cod. 165 || 197 mirabiris l || 198 pro concubitui M | pro concubitu B || 199 greci odinas B || 200 in uersu 'ipsę foliis uatos et suauibus', iu marg. ipsę e foliis natos et suauibus' || 201 Rectos scripsi cum Paris. | rectores B || Legunt elegunt om. M || 202 Aulas metafora B | Mulas metafora C | *in* add. M || quouiam regem l | quomodo regem M || 204 suffasce C || faciunt l || 206 excedant B | exceduut M Paris. || septennnio B ||

v. 211. *Medus.* De Mediae gentibus *Salustius* dicit: 'Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis.' Quas tamen apes dicit *superare*, quia et circa regem amant mori. *Hydaspes*, fluuius Indiae. *Orosius* tamen dicit de Media: 'in medio sui Hydaspen et Arben habet.'

v. 212. *Obseruant*, colunt honorificant.

v. 217. *Et saepe attollunt umeris*, scilicet aetate fessum. *Et corpora bello obiectant*, pro imperatore.

v. 218. *Pulchram mortem*, gloriosam quae pro rege suscipitur.

v. 219. *Haec exempla.* Iuxta opinionem Stoicorum dicit, qui diuinum spiritum in omnia diffusum esse dicunt.

v. 220. *Partem diuinae mentis.* [Traxit hoc de Celtiberorum more] quod partem diuinae mentis habeant; nam ex IIII elementis et diuino spiritu constat, a terra carnem, ab aqua humorem, ab aere halitum, ab igni calorem, a diuino spiritu ingenium, quod est et in hominibus et apibus. Namque metuunt cupiunt, dolent gaudent. Haec probantur ex his quae faciunt. Dimicant enim, colligunt flores, praeuident pluuiam. *Haustus*, spiritus.

v. 221. *Aetherios* diuinos. *Deum*, utrum 'deum' diuinum spiritum, an naturam rerum, idest primam mundi potestatem? *Deum*, animam ex deo. *Deum namque ire per omnes. Lucanus* ait (VIIII 580): 'Iuppiter est quodcumque uides quodcumque moueris.'

v. 222. *Terrasque* et reliqua. Siue latitudinem siue longitudinem dicit terrae et maris. Haec plenius in VI (v. 724—738) prosequitur.

v. 224. *Arcessere*, ducere. *Vitas*, animam.

v. 225. *Huc reddi*, rursus in originem suam.

v. 226. *Morti*, perditioni. *Sed uiua uolare*, quia ad sidera migrat anima.

v. 227. *Sideris*, pro siderum.

v. 228. *Augustam* idest sanctam, proprie cum augurio consecratam uel exploratam, abusiue nobile.

v. 229. *Relines*, aperies, quia prius limo propter hiemem, ac glutino clauduntur. *Sparsus*, participium praeteriti temporis.

v. 230. *Ore foue*, ipsos haustus, uel *ore faue*, idest cum silentio accede, et omnia bona tecum habe, ut in *Pontificalibus*: 'Fauete linguis'. *Sequaces*, uolatiles, quia omnia penetrant.

---

v. 211 Salustius] cf. Hist. fragm. l. V 1 Dietsch || sanctitas religionis Philargyrius || est scithas l || superare add. M || quia scripsi | qui l | quae M || Orosius] I 2: 'in medio autem sui flumina praecipua Hydaspen et Arbin' || 217 sessum l || 218 susciptur B || 220 celtiberorum more B (sic) | Celtiberorum [doctrina] M || Verba 'Traxit hoc de Celtiberorum more' ad v. 218 pertinent cf. Seru. || constat B | constant M | Non ausus sum locum misere ex Seruio excerptum coniciendo temptare || a terra canem B || alitum B || copiunt B || 221 diuiuos diuinos l || ex dō = ex deo l || 222 plenus B | plinius C || 228 augurio B || 229 glutino B | glotino C | glutine M || 230 Ore foue scripsi cum Ribbeckio proll. p. 197 (ita et Paris.) | Ore faue l || haustus M | hustus B | ustus C || accede M | accide l || li^{n}guis B ||

v. 231. *Bis*, gemina est fecunditas mellis. *Duo tempora*, apium. *Messis*, fructus. Abusiue uero 'messes' dicuntur.

v. 232. *Taygete*, in Graecia. *Taygete.* Mira uarietas: nunc una sorore omnes sorores uult intellegi, nunc una Pleiade matre. Sunt Atlantis enim et Pleiadis filiae numero VII, quas scripsit *Aratus.* Harum nomina: Merope Sterope Alcyone Electra Maia Celaeno Taygete. In *Glossematibus* haec nomina inueni. *Ostendit*, idest oritur.

v. 233. *Pleias*, sidus quod decimo mense oritur. *Retulit*, oritur, alii 'reppulit'.

v. 234. *Eadem*, stella. *Fugiens*, alii 'surgens'. *Vbi piscis aquosi.* Nouembri mense; quo tempore Pleiades occidunt, tunc Piscis oritur.

v. 235. *Tristior*, propter occasum, uel propinquante hiemis asperitate. *Hibernas caelo descendit in undas*, hiemis tempore occidit.

v. 236. *Illis*, apibus. *Ira modum supra est.* Ira supra modum est.

v. 237. *Morsibus inspirant.* Tanta enim est illis animositas. *Caeca*, breuia, quae possunt latere.

v. 238. *Adfixae*, apes. *In uulnere*, non suo sed a se inlato. *In uulnere ponunt. Asper* dicit: .... 'in carcerem mitto, sed quando bonae partis, in ablatiuo ponitur ...... Ponit posuit positurus est nullum motum habent. Nam legimus: 'Animasque in uulnere ponunt'; non dixit 'in uulnus' aut 'in uulnera'; quamlibet de morte dixit, bene tamen usus est.'

v. 239. *Parecs*, consules. *Futuro.* Vtrum 'tempori' an 'melli'?

v. 240. *Et res miserabere*, ne pereant cibi inopia. *Fractas*, adflictas.

v. 241. *Suffire*, fumigare, ut inimica animalia fugiant. *Inanes*, sine melle.

v. 242. *Ignotus*, ignobilis; alii 'ignotos' idest occultos. *Adedit*, consumit.

v. 243. *Stellio*, auis. *Blattis*, uermibus per noctem uagantibus.

v. 244. *Inmunis*, expers laboris.

---

v. 231 Abusine uero messes dicuntur scripsi | iuuenabus, corr. iuuenalis nere messes dr̃ B | unde: Iunenalis nero messes dicit M cf. ad G. II 410 || 232 Targeta mira C || nnnc una Pleiade matre. Sunt Atlantis enim etc. scripsi | nun a pliade matres athlautis enim 1 | nominatas a Pliade matre. Atlantis enim M || taigeta una sorore oms sorores uult iutellegi nc̃ aplyadae. matres. athlates enim Paris. || pliadis 1 || haratus C | Aratus] v. 262 || nomina M | non mina 1 || merope asterope B | meropet asterope C || celcno 1 || glosomatibus 1 || 233 in uersu 'reppulit', in marg. 'rettulit' | repulit oritur alli retulit Paris. || Plias 1 || 234 pliades B || 235 uel propinquitate C || 237 Tanta scripsi | tacta 1 || 238 asper dicit in carcerem mitto sed qnoniam bone partis in ablatiuo ponitur ponit posuit positurus est nullum motum habent nam legimus etc. B | *Asper* dicit: in carcerem mitto, sed qnoniam bouac partis in ablatino ponitur, ponit posuit positurus est nullum modum habent, nam legimus etc. M | De meis emendandi rationibus cf. praef. X 24 p. 727 sq. || 239 consulis B || utrium B || 240 cibi B | tibi coni. M || 242 idest occultos scripsi | idest oculis 1 || 243 Stelo B || Stellio auis uel uermis C || 244 Immunis C || expers laboris idest otiosus C ||

v. 245. *Crabro*, qui possit illas ui, non animositate superare. *Imparibus armis*, inaequali consilio. *Armis*, consiliis, ut (Aen. II 99): 'Quaerere conscius arma', idest consilia.

v. 247. *Aranea casses.* Aranea puella lanificii perita nimia exultatione improba opus suum Mineruae praetulit. Hanc dea in araneam uertit deditque ei, ut opere, quo gaudebat, non desineret fatigari. Haec laqueo uitam finiuit; inde casses in alto suspendit. Et notandum aranearum texta 'casses' dicta, cum 'casses' proprie dicantur quidam sinus ex módico reti facti, qui in uicem laqueorum fera decipiunt, ut ibi (Georg. III 371): 'Non cassibus ullis.'

v. 250. *Foros*, aluearia dicit, cum proprie 'fori' nauium sint.

v. 254. *Alius color*, pallidus. *Vultum*, alii 'uultu' idest pro corpore, hoc est pro habitudine.

v. 255. *Luce*, uita. *Luce carentum*, mortuorum.

v. 256. *Exportant*, efferunt. *Et tristia funera*, cum exsequiali pompa. *Ducunt.* 'Ducere' proprie funerum est.

v. 257. *Pedibus conexae*, pedibus inuicem se tenent.

v. 260. *Tractim*, per ordinem, idest sine intermissione, iugiter.

v. 261. *Frigidus ut quondam* et reliqua usque *ignis.* Tres comparationes in singulis impletae uersibus de *Homero* translatae sunt, quas ille binis uersibus posuit.

v. 262. *Sollicitum*, turbatum iactatum a loco. *Stridit*, proprie maris dicimus.

v. 263. *Ignis*, deest: si coeperit languere.

v. 264. *Galbaneos.* Galba ciuitas. *Odores*, quibus delectantur apes.

v. 266. *Vocantem*, inuitantem.

v. 267. *Proderit*, mellis infusio. *Tunsum*, minutum. *Gallae*, genus herbae. *Saporem*, cuius dulcedine apes delectantur.

v. 268. *Arentes*, siccas.

v. 269. *Psithia passos*, passum facere de uite. *Psithia*, pro quolibet passo dixit, usus specie pro genere. *Passos*, siccos.

v. 270. *Cecropium*, Graecum. *Graue*, grauiter.

v. 271. *Flos*, quem Graeci *μελίφυλλον* uocant. *Amello*, herba, siue silua, quae iuxta Mincium nascitur.

---

v. 245 quere conscins C || 247 lanifici C || exnltatione 1 || deditque eius C || nt opere M | nt cipere 1 || finiunt C || sinus M | finus 1 || laqueati cod. 165 || 254 hoc est habitudine M || 256 offerunt C || 257 connexae M || 260 iugiter uel panlatim C || 261 implete 1 | completae M || de Homero] cf. Ξ 398: *Οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν Ἠπύει, ὅστε μάλιστα μέγα βρέμεται χαλεπαίνων.* ibid. v. 394: *Οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον Πόντοθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ.* ibid. v. 396: *Οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος αἰθομένοιο Οὔρεος ἐν βήσσης, ὅτε τ' ὤρετο καιέμεν ὕλην* || 262 Stridi B || maris scripsi | matris B | matres M || 263 si coeperit scripsi | sic cocperit B || 264 ciuitas est M || 267 Tunsum minutum scripsi | tonsam manui 1 | *Tunsam,* manui M || 269 Psithiae possos B | Psithię passos C || qnolibet (sic) 1 || 270 Cycropeum C || grecom B || 271 *μελίφυλλον* scripsi | mellisphilon B ||

v. 272. *Facilis*, cito inuenitur. *Quaerentibus*, herbariis.

v. 273. *Ingentem*. Ingentem siluam huius herbae, quam 'amellum' uocat. Haec ex gentili notitia nouit; plura enim iuxta Mincium nascuntur. *De cespite*, de stirpe.

v. 275. *Violae sublucet purpura*. Ostendit purpurei coloris folia quodam nitore esse perfusa. *Sublucet* idest foliis. *Nigrae*. Sunt enim nigrae et candidae uiolae.

v. 276. *Torquibus*, de coronis flexuosis.

v. 277. *Tonsis*, depastis. Vel *tonsis*, messis, compositis, directis, non siluosis.

v. 278. *Amellae*. Ciuitas uel fluuius Campaniae, uel *Amellae*, flumen uicinum Brixiae. *Iunilius* dixit. *Amellae*. Amella ut alii, fluuius Galliae, unde et Amelia, ut Alemanni a Lemanno. *Gaudentius* dicit.

v. 279. *Baccho*, uetustissimo uino, non quod alii, holeri.

v. 280. *Pabula*, alimenta.

v. 281. *Sed siquem*, idest proderit.

v. 282. *Nec*. Non potest implere.

v. 283. *Arcadii*. Aristaei Apollinis et Cyrenes filii. Hic enim iuxta fabulam quam *Fronto* poeta describsit, originem gignendarum apium primus inuenit. *Iunilius* dicit. *Arcadii magistri*, Aristaei. Aristaeus filius Apollinis et Cyrenes Nymphae, maritus Autonoes, pater Actaeonis. *Gaudentius* dicit.

v. 284. *Pandere*, ostendere. *Caesis*, 'caedi' occidi uerberari.

v. 285. *Insincerus*, inmundus corruptus uitiatus, uel *insincerus*, ualde sincerus. *Tulerit*, creauerit.

v. 287. *Pellaei Canopi*. Canopus ciuitas in Aegypto iuxta Alexandriam dicta quasi Canobos a Menelai gubernatore illic sepulto: ac locus ex eo cognominatur 'Pellaeus Canopos'. *Canopi*, urbs in Aegypto, uel Canopos ciuitas Boeotiae patria Philippi patris Alexandri.

v. 288. *Nilum*. Nilus quasi νέα ἰλύς, idest nouus limus; hoc est Nilus trahendo limum dicitur, qui ante Indus, Latine 'Melo' dicebatur.

v. 289. *Phaselis*, genus nauium pictarum, sicut 'phaselus ille', quem ait *Catullus* 'auctorem esse nauium celerrimarum', quem habuit

---

v. 275 quodam nitore M | quodam uirore 1 || esset 1 || sublǎcet B || idest foliis scripsi | idem aliis B | cf. ad Georg. II 131 || 278 dixit 1 | dicit M || unde et Amella ut Alemanni a Lemanno scripsi, cf. Seru. 'sicut etiam populi habitantes iuxta Lemannum fluuium Alemanni dicuntur' | unde et amella et melli ut iu anuidem anno B || 281 Sed siquidem C || idest proderit] Videtur ea potius uocabuli 'Tempus' v. 283 interpretatio esse, unde post: 'sed si quem' lacunam statuas || *Proles* idest apum C || 282 *Nec*. Non potest implere scripsi | Nec enim potest implere B | enim potes M || In uersu 'reuocetur', in marg. 'renouetur' || 283 Archadii C || aristei 1 || cyrenis, semper, B | carenis C || describsit B | descripsit C || gigiendarum C || uimphae B || aeteonis B || 287 egipto C || canobos 1 | Canobus M || ibi sepulto M || Pellaeus Canopos scripsi | pellaei cauopos 1 || Cauopus M || boetię B || 288 ἰλύς M | ΝЄΑΛΥ B | νέα ἰλύς scripsi et 'nouus' addidi || 289 pictarum scripsi cum Paris. | picturam 1 | picturatarum M || sicus phasillus ille quem agiunt auctorem esse uauium celae-

hospes Serenus. *Iunilius* dicit. *Phaselis*, breuibus nauiculis, quibus utuntur circa Nili stagna. *Gaudentius* dicit.

v. 290. *Persidis*, regio est Persarum. *Vrget*, idest urget Persis.

v. 291. *Et uiridem Aegyptum nigra fecundat harena*, quia fecundat terram.

v. 293. *Vsque ab Indis.* Illi ablatiuo casui iungebant, quod nos tantum accusatiuo iungimus. *Coloratis*, nigris. *Deuexus*, pro deorsum currens. Nilum enim ex Aethiopia oriri dicunt.

v. 294. *Omnis in hac certam* et reliqua. Sciendum est, ut *Plinius* dicit, quod ex iuuencis apes, ex equis crabrones, a mulis fuci, de asinis uespae procreari ab hominibus possunt. *Salutem*, apium reparandarum.

v. 295. *Exiguus*, ad sustinendum cadauer bouis.

v. 296. *Imbrice*, fenestra. *Angusti imbrice.* Licet 'hic' imbrex dicamus, tamen quidam ait: 'fregisti imbrices meas.' 'Imbrices' fenestrae, quae ex obliquo lumen effundunt, ut in horreis fiunt.

v. 297. *Premunt*, coloni. *Artis*, angustis.

v. 299. *Bima*, duorum annorum, uel tropice dicit.

v. 301. *Multa*, nomen pro aduerbio. *Obsuitur*, circumcluditur, truditur, alii 'obstruitur', idest farcitur.

v. 302. Figurate loquitur.

v. 303. *In clauso*, loco clauso. *Ramea*, facta de ramis.

v. 304. *Recentes* statim carptas.

v. 305. *Zephyris primum* et reliqua. Veris tempore.

v. 307. *Tignis* trabibus.

v. 309. *Modis animalia miris.* Miris modis, quod ex cadauere animalia nascantur et quod apes ex uermibus procreentur.

v. 310. *Trunca pedum*, sine pedibus. *Primo*, bene dicit 'primo'.

v. 313. *Sagittae.* Parthi prae omnibus armis sagittas habent.

v. 314. *Leues*, ueloces. *Leues*, idest leuis armaturae. Sagittarii enim sunt Parthi.

---

tarum (celaturum C) l | 'phaselus ille', quem ait Catullus auctorem esse nauium celerrimarum scripsi | sicut Phaselus ille, quem aiunt, auctorem esse nauium celatarum M cf. Catull. IIII et praef. p. 729 ||

v. 291 harena l || quia scripsi | qui l || fecundat M | fecunda l || 293 Illi] scilicet antiqui || casui B | casu C || quod l (sic) || in nos C || iungimur C | cod. 165: Notandum quod usque ablatiuo iunxit. Olim enim ueteres ablatiuo dabant hanc praepositionem, quam nos tantum accusatiuo iungimus || 294 ut plinius C | ut plenius B || dicitur l cf. H. N. XI 20, 70 Sill. 'in totum uero amissas reparari uentribus bubulis recentibus cum fimo obrutis Vergilius, iuuencorum corpore exanimato, sicut equorum uespas atque crabrones, sicut asinorum scarabaeos, mutante natura ex aliis quaedam in alia' || a mulis fucos de asinis uespas l || *Iacit* idest credit inponit C || 295 in uersu 'in usus', in marg. 'ad usus' || 296 quidam] Plautus Mil. glor. II 6, 24: 'meas confregisti imbrices' || effundunt] Malim 'infundunt' || 297 augustis l || 301 farcitur scripsi | spargitur B || 303 incluso C || facta scripsi | fracta B || 305 tempore M | tempora B || 309 nascantur B | nascuntur M || procreentur] procreantur B || 313 Parchi B || 314 leuis armaturae scripsi | leues as maturae l | leues ac mature M ||

v. 315. *Extudit*. Extundit, studiose reperit. Alii 'extulit'.

v. 316. *Vnde noua ingressus*, 'hos' ingressus, idest exordium experientiae nullo docente. *Experientia*, idest industria et uitae ratio.

v. 317. *Pastor Aristaeus* et reliqua. Aristaeus filius Apollinis et Cyrenes Nymphae filiae Penei fluminis Thessaliae. Qui cum Eurydicen Nympham uiolaret uxorem Orphei, uiolari nolens illa fugiens a serpente percussa est. Inde iratis Nymphis auxilium matris exquisiuit. *Peneia*, Thessaliae montes. *Tempe*, nominatiuus pluralis. *Tempe*, loca uoluptaria.

v. 319. *Extremi*, summi. *Sacrum*. 'Sacrum' amnem religiose dixit, cuius filiam deus amauit.

v. 320. *Parentem*, matrem.

v. 321. *Gurgitis*, Penei fluminis.

v. 322. *Ima*, fundamenta. *Tenes*, possides.

v. 323. *Si modo*, idest tantum. *Pater est*, mihi.

v. 324. *Inuisum fatis*, inimicissimum, cuius exitium fata peragunt. *Aut quo tibi nostri* et reliqua. Inuidiam facit, ut misericordiam consequi mereatur.

v. 327. *Quem mihi uix frugum* et reliqua. Bene arare et bene pascere pecora; nam ingenti honore fuit rusticitas.

v. 328. *Te matre*, inuidiose, propter te perdidi. *Relinquo*, cumulat questus ut magis flectat.

v. 329. *Felices*, fertiles.

v. 330. *Fer*, infer. *Interfice*. Noue dixit 'interfice', quod significat: *fac* interire messes; non proprie dixit. *Iunilius* dicit. *Interfice messes*, quasi messis anima sit, *ut* hominum, uel [animam habere] secundum Pythagoram, qui omnia crescentia animam habere dicit. *Gaudentius* dicit.

---

v. 315 'extulit' uarians scriptura est | *Extudit*, extundit studiose reperit. Alii 'extulit' scripsi | Extudit extulit studiose reperit alii extundit B || 316 ingresso C || uitae ratio scripsi | uere ratio B | uera ratio M || 317 aristheus l, bis || cyrenis l || thesaliae l || eăridicen l (v supra a) || uiolaret M | uolaret l || uxorem orphei uolare nolens illa fugiens l | uxorem Orphei, uiolari nolens illa fugiens scripsi | uiolaret et uxorem habere uellet illa fugiens, om. Orphei M || thesaliae B || Tempe nominatiuus pluralis scripsi cum Paris. | Tempe mońts płur. B | omisit M | cod. 165: Tempe loca amoena et est nominatiuus pluralis || uoluptaria B | uoluptuaria M || 319 ęmnēm B | aemnem C || religissę corr. religiosę (religiſſę) B | religi sed se (ſ, ſe) C | unde adparet in archetypo iam illud uitium fuisse ita correctum, ut cod. C scriptor o ex ſ correctum pro ſ, posset accipere | religi, sed se M || 320 in uersu 'adfatis', corr. 'affatis', in marg. 'adfatus' || 324 inimicissimum (sic) l || exitum, corr. exitium B | exitu C | exitum M || facit] An 'fingit'? || 327 frigum l || rusticitas scripsi | rusticatas l | rusticatus M || In uersu 'pecudum', in marg. 'pecorum' || 328 questus ut M | quaestas in B || 330 significat: *fac* scripsi | significat l | significat interire messes [fac] M || messis B | messi M || sit *ut* hominum scripsi | sit hominum B || [animam habere] uerba ex sequentibus perperam antecapta uncis inclusi || phitagoram B ||

v. 331. *Taedia.* 'Taedium' est angor mentis, et animi, non corporis ualitudo. *Laudis*, laudationis.

v. 334. *Milesia*, pretiosa, quasi Milesia lana mollior sit.

v. 335. *Hyali saturo.* Hyali uitreo albo rubenti. Duo purpurae genera, una caerulea quae et ferruginea dicitur; altera rubea, quae pretiosa est. Ergo 'hyali' uitro albo. *Saturo*, rubeo. *Saturo*, largo habundanti uel certe a Satureio oppido, quod est iuxta Tarentum.

v. 336. *Drymoque Xanthoque* et reliqua. Nomina Nympharum. Hae sunt de quibus Iuno ait (Aen. I 71): 'Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae', uel magis conficta nomina poetice de officiis; in aliis uirginitas, in aliis pulchritudo formae et reliqua uaria commemorantur. *Drymoque Xanthoque* et reliqua. Non ut alii nomina herbarum, quibus lana fucatur; uel conficta nomina poetice, ne procrearet fastidium hominum in eis, haec accipiemus.

v. 339. *Cydippe*, Nympha. *Lycorias*, Nympha.

v. 340. *Lucinae*, idest Mineruae.

v. 341. *Clio*, Nympha. *Beroe*, Nympha.

v. 342. *Incinctae pellibus*, uenatricum habitus.

v. 343. *Opis*, Nympha. *Asia Deiopeia*, Nympha. *Ephyre*, Nympha.

v. 344. *Arethusa*, una de Nymphis, comes Dianae, sagittarum perita et uenationis; ideo 'uelox' dicitur; at ubi Alphei fluuii amore uitiata est, reiecta a Diana ad elementum, unde nata est, redit.

v. 345. *Inter quas curam*, definitio amoris. *Clymene*, Nympha. *Curam narrabat inanem.* Quidam distingunt 'Vulcani curam inanem'. Morem zelotypi intellegamus.

v. 346. *Vulcani Martisque dolos et dulcia furta.* Dolos ad Vulcanum, furta dulcia ad Martem referenda, quod Sole indicante Mars cum Venere per artem Vulcani religatus est catenis. *Dulcia furta*, quia amor dulcedinem maiorem adulteri quam mariti habet.

v. 347. *Vel Chao*, ab initio. *Chao*, quae amabat Apollinem, ex quo susceperat filium Aristaeum; et deorum amores narrabat.

---

v. 331 augur̄ mortis, corr. angor mentis m. II C | augur̄ mortis B | unde augurium mortis M || ualitudine, corr. -tudo m. II C | cod. 165: Taedium est angor animi, non ualitudo corporis || laudationis scripsi | dictionis B || 334 praetiosa B || 335 satura M || Hyalis C || rubea 1 | rubra M || abundanti B | abundante M || a Satureio] astar so B | a Satureo M || 336 hae sunt 1 | nomina nympharum haec sunt M || naria 1 | uarie M || fucatur scripsi | fuscatur B || hominum in eis. Haec accipiemus M cf. ad G. III 175 not. || 339 Lycorias nymen B || 340 Minerua M || 341 Clionym B | Clyonim C || Beroe nym̄ (sic semper) B || 342 habitum M || 343 deiopeia (sic) B || Ephyre nymen om. M || 344 Aretusa C || at ubi Alphei fluuii amore M | et ubi albei flania more 1 | cod. 165: quae ubi albe fluuii amore — elementum — rediit || elimentum 1 || redit 1 | rediit M || 345 climene B || Morem zelotypi scripsi | maiorem zelotipi B | maiorem zelotypiam M | Fortasse etiam 'ut' ante 'morem' intercidit || 346 indicante scripsi | iudicante 1 | indicente M || cum Venere per artem scripsi | per uenerem et artem 1 || religatis C || 347 que amabat (sic) B || susciperat B | suscepit M ||

v. 348. *Carmine*, amatorio. *Captae*, Nymphae. *Fusis*, furcatis †. *Pensa*, opera.

v. 349. *Deuoluunt*, rotant, nent.

v. 351. *Sed ante alias*, quasi 'uelox' (v. 344). *Arethusa*, de Lydia.

v. 353. *Et procul*, ait. 'Procul' duo significat, idest 'prope' et 'longe'. *Frustra*, nequiquam.

v. 354. *Cyrene*, de Thessalia. *Soror*, honorifice dicit propter similem potentiam. *Tua maxima cura*, quem plurimum diligis.

v. 355. *Tristis Aristaeus.* Bene dixit 'tristem', ut magis matrem sollicitam reddat. *Genitoris. Iunilius* dicit: non sui genitoris, *sed* matris; non Aristaei, sed Cyrenes. *Penei*, proprio pro appellatiuo utitur, dicens 'Penei'.

v. 356. *Et te crudelem.* Tardum misericordiae genus est, eo tempore subuenire, quo crudelis coeperis accusari. *Nomine dicit*, appellat.

v. 357. *Huic*, Aristaeo uel Arethusae. *Noua*, magna, ut (Ecl. III 86): 'Pollio et ipse facit noua carmina.'

v. 358. *Diuum*, idest deorum, unde natus est.

v. 360. *Flumina*, quae illum non paterentur, nisi illa uoluisset. *At* uel 'ad'. *Illum*, Aristaeum.

v. 361. Hunc uersum ex *Hesiodi γυναικῶν catalogo* transtulit.

v. 364. *Lacus.* 'Lacus' sunt fontium et fluuiorum receptacula.

v. 366. *Omnia* et reliqua. Intulit poeta quae naturalia sunt miracula, ut ostendat in inferioribus omnia structiora esse. Haec non licentia poetica *dicta* sunt, sed ex Aegyptiis tracta. *Terra*, ripa.

v. 367. *Phasim*, flumen Scythiae idest Colchidis. *Lycum*, fluuius Arcadiae uel Asiae.

v. 368. *Erumpit*, tollit. *Enipeus*, fluuius Thessaliae.

v. 369. *Tiberinus*, fluuius Italiae. *Aniena fluenta*, Anio Italiae fluuius.

v. 370. *Hypanis*, fluuius, forsan Italiae. *Mysus*, fluuius Moesiae.

---

v. 348 Fusis furcatis l | fucatis M || 349 Deuolunt (n *suprascr.*) C || 351 In uersu 'obstipuere', in marg. 'exsiluere' || 353 prope et longe, frustra nequicquam M || 354 Cynore B | Cynere C || thesalia l || plurimam, corr. -um B || 355 non sui genitoris *sed* matris; non Aristaei sed Cyrenes scripsi | non sui genitoris matris non aristaei (aristei C) sed cyrenis (cirenis C) l | Penei genitoris proprio pro appellatiuo utitur iunilius dicit non sui genitoris sed genitoris matris idest cyrenis Paris. | non sui genitoris sed matris Cyrcnes M || proprie M || appellatiuo M | appellatiuo B || 356 coeperis scripsi | coeperit B || audiri M || 357 aretusae C || 358 deorum scripsi | eorum B || 360 illum scripsi | illi l || paterentnr B | patrentur C | paterent M || *At* uel *ad illum*, Aristaenm M || 361 Hu^n^c B || ex Hesiodi γυναικῶν καταλόγῳ M | ex hesiodi ginecon, corr. gyneon B | gynekeon cod. 165 | Curuata hic uersus Hesiodi Paris. | Est uersus Hom. Odyss. XI v. 243: Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη οὔρει ἶσον | κυρτωθέν in mulierum catalogi initio | Fragmentis Hesiod. 140 Marckscheffel. adiciendum statuit M | Praeclare nuper de hoc loco disputauit *M. Haupt*, Hermes II 1 p. 3. Equidem totum Homeri catalogum siue ab Hesiodo sine ab Hesiodeo confectum esse dixerim || 366 licentia (sic) l || poeta C || *dicta* addidi || 367 scithiae l || licum B || 368 thesaliae || 370 fluuis (u *suprascr.*) C ||

v. 371. *Et gemina*, deest unde.

v. 372. *Eridanus* et reliqua. Eridanus qui et Padus, ideo sic laudatur, seu quod fluuiorum Italiae sit maximus, seu quod receptus sit in caelo.

v. 373. *In mare*, in Adriaticum mare iuxta Rauennam fluit. *Purpureum*, epitheton Graecum est. *Purpureum*, nigrum quia 'purpureum' nigrum est.

v. 374. *Pumice*, lapide.

v. 375. *Nati*, Aristaei. *Inanes*, nunc leues et qui matri inputari non possunt.

v. 376. *Manibus* et reliqua. Rite secundum morem epularum.

v. 377. *Germanae*, sorores.

v. 378. *Reponunt*, saepe offerunt uel proponunt. 'Reponere' iterum ponere aut recondere, sicut in consuetudine dicimus.

v. 379. *Panchaeis*, Arabicis, turariis, ut ibi (Georg. II 139): 'Totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.'

v. 380. *Carchesia*, genus poculorum, uel 'Carchesus' regio est, in qua uinum optimum fit. *Maeonii*, Graeci idest Lydi. *Bacchi*. *Iunilius* dicit: 'Bacchi', potest distingui.

v. 381. *Libemus*, idest diis sacrificemus.

v. 382. *Oceanumque patrem rerum*. Nam ipse pater omnium; ut multi philosophi dicunt ex aqua existere, alii ex igni.

v. 383. *Centum*, finitum pro infinito dixit. *Seruant*, pro colunt.

v. 384. *Liquido*, puro. *Nectare*, uino. *Vestam*, ignem.

v. 385. *Ter flamma*. Magis flamma conualuit. quod bonum erat omen. Hoc et Ciceroni dicitur factum.

v. 386. *Firmans*, stabiliens.

v. 387. *In Carpathio*. Carpathos insula iuxta Aegyptum, ad quam uicinum pelagus Carpathium dicitur. Hic aliquando regnauit Proteus relicta Pallene, ciuitate Thessaliae, ad quam reuersus est postea.

v. 388. *Proteus*, Callietis † puer.

v. 390. *Hic*, pro 'is'. *Emathiae portus*. Thessalicos, idest Macedoniae. *Patriamque reuisit*. Bene propiorem deum et lentiorem facit.

v. 391. *Pallenen*, insula iuxta Athon, uel locus in Macedonia.

---

v. 373 iuxta rauenna C || 377 Germanae sorores idest Clio et Beroe C || 378 Reponere M | proponere B || 379 turariis scripsi | ture tonatis l | turc conatis M || ut ibi C | ut ubi B || arenis l || 380 carthesus l || regio, om. est M || fit M | sit l || ludi B | Lydii M || dicit bacchi B | dicit [ante] Bacchi M || 282 exsistere B | existere C || 384 nectarae B || 385 Ciceroni] cf. ad Ecl. VIII 103 || 386 stabilitans B || 387 in uersu 'carphacio', in marg. 'alii in carpathio' || carpatio C || carpathos l | carpatbus M || insula est iuxta C || aegiptum C || at quam C || carpatinm C || protheus l || thesaliae l || 389 *Bipedum* idest duorum pedum, quia animalia marina habent duos pedes ut phocae C || Callietis †] An Callirrhoes? cf. Apoll. II 5, 10 H. || 390 Hic pro his, corr. pro is B | *Hic* prolis M || thesalicos B || propiorem denm et lentiorem facit scripsi | propriorem deum extentiorem facit B || 391 machedonia C ||

v. 392. *Nereus*, deus maris. *Nouit*, idest Proteus.

v. 393. *Ventura*, futura.

v. 394. *Neptuno*. *Homerice* dixit, qui Neptuno beneficia caelestia distribuit. *Neptunus*, deus maris. *Visum* placitum. 'Visum est' de magnis potestatibus dicimus.

v. 395. *Turpes*, grandes. *Phocas*, delphines, uel quaedam animalia marina, quae dicuntur uituli maris, uel boues maris.

v. 396. *Hic*, Proteus. Hoc totum *Homerice* dixit.

v. 397. *Expediat morbi causam* et reliqua. Duo in morbis requirenda, causa et remedium.

v. 399. *Vim duram*, dum non flectes orando.

v. 400. *Doli inanes*, idest formarum uarietas. *Demum frangentur*, idest nouissime desinent doli.

v. 401. *Cum sol.* Fere enim tunc numina uidentur. *Lucanus* ait: 'Medio cum Phoebus in axe, sacerdos accessum dominumque timet deprendere.'

v. 403. *Senis*. Fere omnes dii maris senes sunt. Albent enim eorum capita spumis.

v. 404. *Adgrediare*, adgrediaris. *Vt somno*. Bene deum capere uolens tempus elegit.

v. 406. *Species*, facies.

v. 407. *Tigris*, bestia saeua.

v. 408. *Flammae sonitum*, 'flagor' incendium, 'fragor' sonitus.

v. 412. *Tantum.* Alii dicunt 'tantum', alii 'tanto magis'. *Iunilius* dicit: 'quanto' legitur et 'tanto'.

v. 413. *Mutato*, eo scilicet, in quod se transfigurauerat.

v. 415. *Haec ait*, Cyrene. *Ambrosiae*. Ambrosia cibus est deorum. *Odorem*, diuinum odorem.

v. 416. *Perduxit*, perunxit, ut posset olentem odorem perferre et quo posset uidendi numinis capax esse.

v. 418. *Specus*. 'Hic' specus et 'hoc' specus dicitur.

v. 420. *Scindit*, effundit. *Reductos*, longos.

v. 421. *Deprensis*, periclitantibus. *Olim*, pro aliquando. 'Olim' tria tempora continet.

---

v. 394 distribuit] attribuit coni. M || Homerice] cf. Il. *O*, v. 187 sq. || 396 Homerice] cf. Od. *δ*, v. 384 sq. || 401 Lucanus] cf. III 423: 'medio cum Phoebus in axe est | Aut caelum nox atra tenet pauet ipse sacerdos | Accessus dominumque timet deprendere luci' || 403 omnis 1 || capita M | caprea, corr. capita m. II C | caprea B || 412 Tantum alii dicun B | Tanto alii dicunt C || quanto legitur et tanto] Malim: 'quia *quanto* legitur, et *tanto* (legendum) | alii 'tanto magis'. Iunilius dicit. 'quanto' legitur *ut* 'tanto' coni. Ribbeck proll. p. 197. Quod idem Philargyrium hoc loco 'tam tu' repperisse in suo libro contendit p. 180 uerba scilicet *Iunilius dicit* ad superiora referens, id ne sic quidem colligi posse uidetur || In uersu 'tanto', in marg. 'tantum' || 415 Cynere 1 || 416 ut possit oliuetum 1 | olentem coni. M || quo posset B | quo possit C || perduxit perunxit] Inde corrigendus Philargyrius: 'perduxit *prius unxit*' || 418 hic pecus B || 420 Scidit B || 421 pereclitantibus 1 ||

v. 422. *Obice*, obiectione.

v. 423. *Iuuenem*, Aristaeum. *Hic iuuenem in latebris* et reliqua. Quomodo Proteus aliis praedicit futura, cum sua praesentia ignorat? Stoici dicunt, quod non licet diis sua ante scire. *Auersum lumine*, paulum obliquum a lumine.

v. 425. *Torrens*, conburens. *Indos*, populos subsolanos. *Sirius*, stella una est, quia si plures, 'sidus' dicitur. Saturnus 'stella' quia una est, Iuppiter 'stella', quia una est, Hyades 'sidus' quia multae sunt. Sirius stella est in ore canis per quam nimios aestus accipimus.

v. 427. *Hauserat*, tenuerat acceperat, ut (Aen. I 738): 'Ille impiger hausit spumantem pateram.' *Caua*, alta ut *Lucanus* (I 396): 'Deseruere cauo tentoria.'

v. 429. *Consueta*, hic a passiuo, ut *Salustius* in Iugurtha (XV 3): 'Animum a consueta libidine continuit.'

v. 433. *Olim*, uel praeteriti uel medii temporis est.

v. 439. *Cum clamore ruit magno* et reliqua. Hic inpatientes hominum mentes poeta docet.

v. 440. *Suae artis*, suarum praestigiarum.

v. 443. *Pellacia*, astutia.

v. 444. *Hominis ore loquutus*, humana uoce.

v. 445. *Namquis*, pro quisnam, admiratiue dicit.

v. 446. *At ille*, dicit.

v. 447. *Scis*, tu scis omnia et aduentus mei causam. *Proteu*, uocatiuus Graecus. Alii 'quicquam' legunt.

v. 448. *Deum praecepta secuti*, matris scilicet; bene ad preces redit, nec auctoritatem uiolentiae suae fecit. *Velle*, iocari.

v. 449. *Venimus*, pro matre. *Quaesitum*, gerendi uerbum.

v. 450. *Vi*, necessitate.

v. 451. *Ardentes*. 'Ardet' plura significat, 'flagrat', ut (Aen. X 270): 'Ardet apex capiti'; 'festinat', ut (Aen. II 281): 'Ardet abire fuga.' Hic tamen ira et indignatione accensos oculos uult significare.

v. 452. *Ora resoluit*. Licet rogatus, inuitus tamen loqui coepit.

v. 453. *Nullius*, alicuius. *Numinis irae*, non alicuius numinis irae, sed peccatum tuum.

v. 454. *Magna lues*. Non lues commissa, sed crimen, quod necesse est maxima lue expiari. *Miserabilis*, qui miseratione dignus sit.

---

v. 423 ignorat l | ignoret M || 425 Syrius C, bis || quia si plures] quando plures Paris. || per qnem C | per quem, corr. quam B || 426 acciperat l || patertem l || caua B || Lucanus] 'deseruere cauo tentoria fixa Lemanno' || 429 nt salustius in gargitha anima consueta libidinem continuit B | unde: ut *Salustius*: 'in Gargitha anima consueta' etc. M | 'in Iugurtha' restitui || 431 *Rorem* asperginem maris B m. II || 439 in uersu 'uinclis'; in marg. 'alii manicis' || 433 in uersu 'pellacia', suprascr. † f = 'uel fallacia' || 445 admiratiue dicit l | admiratione dixit M || 447 omnia om. M || 448 Velle iocari om. M || 449 In uersu 'quaesitum', in marg. 'alquesitnri' || 451 flagrat om. M || adire fugam l || accenso C || 453 nominis B || 454 necesse est cod. 165 | necesse sit l ||

v. 455. *Haud*, ne. *Haud quaquam.* Non sine causa. *Haud quaquam ob meritum.* Id est non tales, quales mereris; nam eius uxori causa mortis fuisti. *Ni fata resistant*, inferret digna supplicia, nisi fata prohiberent.

v. 456. *Rapta*, quantum ad tuum conatum, 'rapta'.

v. 458. *Moritura*, post morsum. *Hydrum*, fluuium Thraciae, uel uerius serpentem. *Puella*, tenera delicata misera.

v. 459. *Seruantem*, custodientem tenentem.

v. 460. *At chorus aequalis*, chorus aequalium. *Dryadum*, Nympharum. *Supremos*, excelsos.

v. 461. *Rhodopeiae arces*, mons Thraciae.

v. 462. *Pangaea*, loca Thraciae. *Mauortia tellus*, loca in Thracia. *Et Rhesi*, prolepsis ex persona poetae; quo enim tempore Orpheus fuit, necdum Rhesus regnabat in Thracia.

v. 463. *Getae*, Thraces. *Hebrus*, pater Orphei, uel *Hebrus*, fluuius Thraciae gelidissimus. *Actias Orithyia*, Atheniensis Nympha, quam Boreas in suum matrimonium rapuit.

v. 464. *Ipse*, Orpheus. *Caua testudine*, perifrasis citharae, cuius usus repertus est hoc modo. Regrediens Nilus in suos meatus animalia multa reliquit, quae cum putrefacta fuissent et nerui in eis remansissent, percussi a Mercurio sonitum dabant, et ad eius imitationem cithara est composita. *Aegrum amorem*, maestum atque deceptum. *Testudine*, lyra scilicet.

v. 465. *Solo*, deserto.

v. 466. *Veniente die*, mane. *Decedente*, sero. *Canebat*, Orpheus.

v. 467. *Taenareas*, infernas, uel promuntorium Laconiae, et est insula unde animae dicuntur ad inferos descendere. *Ditis*, inferni.

v. 468. *Caligantem*, obscurum. *Lucum*, propter Gallum 'Luciscum' poetam, qui nonis studere uolens ab Augusto occisus est.

v. 469. *Ingressus* et reliqua. Haec omnia ad laudem citharae pertinent. *Tremendum*, timendum horrendum.

v. 470. *Nesciaque* et reliqua. Ad exitum futurae rei respicit.

v. 471. *Erebi*, inferni. *Imis*, de interioribus tenebris inferni.

v. 472. *Vmbrae ibant* et reliqua. Non animalia, sed animae senserunt dulcedinem cantus. *Luce*, uita.

---

v. 455 *Haud* nec haud quaquam, non sine causa M || 458 trachiae B || dilicata B || 461 mons trachię B | 'montes duo' in textu, in marg. fort. 'mons Thraciae' M || 462 Pangea loca trachiae l || in thrachia B | in trachia C || hresi B || prolempsis B || nondum M || trachia B || 463 thaces l || fluuius trachiae B | fluuius in trachię C || gelidissimus. Et pro habitatoribus (abitatoribus) ponitur C || Nympha om. M || 464 sonitum l | sonum M || męstum B || lira B || 467 promontorium l || laconiae et est l | Laconiae est; est M || ad infernas Paris. || discendere l || 468 poetam scripsi | poeta B || studere uolens] Malim 'studens rebus' || 469 citare C || 470 Nesciaque l | Nescia M || 471 Eribi B || 472 Philosophi dicunt, omnium rerum imagines esse apud inferos B m. II || tantus C ||

v. 473. *Quam multa*, *tam multa* simulacra, quam multa folia. *In foliis*, alii legunt in 'fluuiis'.

v. 474. *Agit*, cogit.

v. 476. *Magnanimum*, magnanimorum.

v. 478. *Harundo*, palus.

v. 479. *Cocyti*, inferni. *Tarda*, pigra.

v. 480. *Nouies*, aduerbium numeri. *Styx*, palus seu infernus. *Coercet*, separat.

v. 481. *Leti*, mortis.

v. 482. *Caeruleos*, nigros. *Inpexae*, ornatae.

v. 483. *Eumenides*, Nymphae seu coiugales. *Cerberus*, canis Orci regis Molossus.

v. 484. *Ixionii*, profundi †. Ixion rex Lapitharum sucerum suum interfecit et ab Ioue in caelum receptus Iunonem stuprare coepit et conpellare, et ob hoc in terram reiectus reuoloere coepit ideoque ad rotam ligatus in inferno uoluitur. *Constitit orbis*, causa uolubilitatis quieuit.

v. 487. *Pone*, iuxta.

v. 488. *Incautum*, non cogitantem rei euentum. *Dementia cepit amantem*, epitheton est amantis.

v. 489. *Ignoscenda*, indulgenda, quia amoris causa hoc fecit. *Ignoscenda*, participium sine uerbi origine. *Manes*, dii.

v. 490. *Luce sub ipsa*, prope lucem.

v. 491. *Victusque animi*, ut (Aen. XII 19): 'Praestans animi', idest amore. *Respexit*, Orpheus. *Victus*, amore. *Respexit*, omisit legem.

v. 492. *Effusus labor*, idest tacendi.

v. 493. *Foedera*, pactio uel praeceptum. Dicta enim fuerat lex, ne post se respiceret. Fabula talis est. Aristaeus cupidus pastor, filius Apollinis et Cyrenes, persecutus est Eurydicen in prato flores legentem intermixtamque Nymphis uolens eam stuprare; illaque fugiens concubitum serpentem non deuitauit, et ei causa mortis fuit. Deinde Orpheus, coactus desiderio coniugis descendit in infernum, lenire Ditem et Proserpinam, ut

---

v. 473 *Quam multa*, tam multa simulacra quam multa folia scripsi | Quam (quem C) multa simulacra quia multa folia l || legunt om. M || 479 Cocitus interpretatur luctus, stix tristitia B m. II || 480 palus M | plaus B | palus infernalis Paris. || 481 Loeti mortis (sic) B || 482 In uersu 'amplexe', in marg. 'innexae' || 483 molosus B || 484 profundi l] Videtur ex uersu 481 (*intima* profunda?) huc inrepsisse || laphitarum l || interficit l || cepit l || cod. 165: Ixion rex Lapitharum socerum suum interfecit et ab Ioue in caelum receptus Iunonem ex stupro coepit compellere, et ob hoc in terram eiectus religatus ad rotam in inferno noluitur || in terram reiectus scripsi | inter eiectus B | inter iectus C || reuolere coepit (sic) l | reliolere coeuit M || quieuit (sic) B || 487 *Pone* inxta om. M || 491 *animi*, ut 'praestans' etc.] anim prestans B | anni prestans C | *animi*, praestans M || omisit scripsi | commisit B || *Inmemor* idest legis praedictae C || 493 lex] a Proserpina add. Paris. || talis est l | talis M || aristeus l || cyrenis B | cirenis C || persecutus est cod. 165, est om. l || in praeto l || discendit l | De ultimis scholii uerbis cf. praef. p. 709 || In uersu 'auditus auerni' in marg. 'auditur auernis' ||

possit Eurydicen ad superos reducere, et hoc accepta lege impetrauit, si non ante respexisset, quam ad superos peruenisset, et inritum fecit suum laborem. Hoc per somnium tantum uisum est, ut puto; sed ridiculosa gentilitas fingit falsa. *Gaudentius* dicit.

v. 494. *Illa quis* et reliqua. Dolor enim non potest contineri.

v. 496. *Natantia*, morientia.

v. 497. *Ingenti*, perpetua.

v. 498. *Non tua*, praedixit enim (v. 490): 'Eurydicenque suam.'

v. 499. *Inualidas palmas*, quae nihil ualuerint.

v. 500. *Diuersa*, in diuersa loca. *Diuersa*, quam tenere non poterat; rupto enim foedere leges uicerat.

v. 502. *Portitor Orci*, Cerberus.

v. 503. *Obiectam*, obpositam.

v. 504. *Quid faceret.* Subaudis 'ignorabat'. *Terret*, Orpheus.

v. 506. *Stygia*, inferna. *Cymba*, nauicula.

v. 508. *Strymonis*, fluuius.

v. 510. *Agentem*, uocantem.

v. 511 *Philomela*, cuius fabulam saepe scribsimus, et hic auis, et speciem pro genere posuit. *Maerens*, lugens. *Philomela*, proprium nomen auis uel mulieris.

v. 512. *Durus*, inmiserabilis, ut (Aen. II 261): 'Durus Vlixes.'

v. 514. *Flet noctem*, iugi nocte, continuo fletu.

v. 515. *Integrat*, renouat.

v. 516. *Animum*, Orphei. *Hymenaei*, concubitus.

v. 517. *Hyperboreas*, loca frigida, quia uentus iste solet frigidior esse omnibus. *Tanaim*, fluuius Scythiae.

v. 518. *Rhipaeis pruinis*, ut ibi (Georg. III 382): 'Rhipaeo tunditur Euro.'

v. 519. *Inrita*, minus rata uel turbata. *Ditis*, inferni.

v. 520. *Dona querens* et reliqua. Haeret (v. 516): 'Nulla Venus non ulli animum flexere hymenaei.' *Quo munere*, quam ob causam, uelut *Asper* uult. *Ciconum*. Cicones autem Thraces. *Matres*, idest mulieres nuptiales, quae ab Orpheo spretae eum carpsere per Liberi sacra simulata, et propter sui contemptum Threissae interfectum laniauerunt. *Gaudentius* dicit. 'Ciconum' feminae discerpserunt Orpheum, dum nullam ex his uellet uxorem. *Iunilius* dicit. *Numine*, alii 'munere'.

---

v. 499 Inualidas — ualuerint om. M || 500 in diuersa loca inferni C || quam tenere scripsi | quae tenere B | quae teneri M || enim om. M || 509 in uersu 'sub antris', in marg. 'al astris' || 511 Phylomela C || scribsimus B || pro genere C | progenere B || merens B || 514 iugi M | iuni l || 515 in uersu 'implet', in marg. 'opplet' || 516 Hymenaei concubitus om. M || 517 quia M | qui l || scithiae l || 518 Ripheis, ripheo B || euco B || 519 rata M | reta B || 520 *Haeret nulla Venus* etc. M || *Quo munere*, quam ob causam uelut Asper uult scripsi | hymenaei quam ob causam ueluti superbum l, cf. Phil.: *Quo munere*, Asper quo munere ob quam rem uult accipi || Matres idest mulieres transposui | mulieres idest matres l || eum om. M || carpsere M | capsere l || 520 in uersu 'munere', in marg. 'numine'.

v. 521. *Deum*, deorum. *Nocturni Bacchi*, Liberi patris.

v. 523. *Marmorea*, pulchra.

v. 524. *Oeagrius Hebrus*, Thracius, pater Orphei. *Hebrus*, fluuius.

v. 525. *Eurydicen anima fugiente uocabat*, *Eurydicen toto* et reliqua. Saepius repetendo nomen exaggerat dolorem. *Vox ipsa*, bene uox ipsa, idest sine homine.

v. 527. *Referebant*, resonabant.

v. 528. *Haec Proteus*, deest dixit. *Proteus*, uates.

v. 529. *Sub uertice*, sub uertigine. *Torsit*, findit.

v. 530. *At non Cyrene*, deest 'territa', quod ex sequentibus intellegi datur.

v. 532. *Haec omnis morbi causa*, pro ex hac causa. *Miserabile*, dignum miseratione.

v. 533. *Illa*, Eurydice.

v. 534. *Exitium*, miserabile.

v. 535. *Tende*, pro offer. *Pacem*, ueniam. *Faciles*, exorabiles mutabiles laetas hilares et ad ignoscendum paratas. *Napaeas*, Nymphas, quae et Dryades.

v. 539. *Lycaei*, mons uel campus.

v. 540. *Delige*, separa. Hic sacrificium animale faciendum praecipit, in quo tantum occiduntur hostiae. *Intactas*, indomitas.

v. 545. *Orphei*, in *Ebrii* 'Orphi', alii genetiuo, alii datiuo, sed Graeco legunt. *Lethaea papauera mittes*, ut iras uel furores obliuiscatur.

v. 547. *Placatam Eurydicen uenerabere*. Hypallage est pro 'ueneratam placabis'.

v. 548. *Matris*, Cyrenes. *Capessit*, Aristaeus; alii legunt 'facessit', frequentatiua pro perfecta.

v. 549. *Excitat*, ignibus.

v. 552. *Nona Aurora*. Nouemdialis dicitur, qui pertinet ad inferos. *Induxerit*, ostenderit.

v. 554. *Monstrum*, res enim ex inprouiso uenit, idest apes de bobus.

v. 556. *Stridere*, uolare.

v. 558. *Vuam demittere*, in morem uuae confluere.

v. 559. *Haec super aruorum* et reliqua. Timet nequis sibi inuolet

---

v. 521 Orgia sunt officia Liberi patris sacra C || Dum B || 524 trachius C | thrachius B || Oeagrius fluuius pater Orphei de quo et Hebrus nascitur C || *Hebrus* fluuius] add. m. II Thraciae gelidissimus B || 525 Erudicen C || 529 Tarsit B || 530 intellegi datur] intellegitur Paris. || 533 In uersu 'lucis', in marg. 'iugis' || 535 paratas scripsi | paratę B || napeias B || 545 Orphęi in ebrii orphi B | Orfei in ebrii orphi C || legunt C | dicunt, corr. legunt B || lęthea B || 547 ypalage 1 || 548 cyrenis B || frequentatiuo, corr. -tiua B | frequentatiuum pro perfecto Paris. | 'frequentati uti' in textu, in marg. 'frequentatiuo usi pro perfecto' coni. M | cod. 165: *facessit*, facit, frequentatiuum pro principali, siue ideo facessit quia plures hostias immolauit || 549 *Excitat*, ignibus om. M || 558 Uunam C || *Confluere* idest confluebant, demittere (dim.) idest demittebant (dim.) C || 559 timetne quis sibi

opus suum et signet. *Aruorum*, per hoc significat primum librum, per 'pecora' autem tertium et quartum, quia et apes pecora sunt; per 'arbores' secundum librum significat.

v. 560. *Caesar dum* et reliqua. Constat Georgica eo tempore scripta, quo Caesar Augustus gessit bella ciuilia.

v. 561. *Victorque uolentes*, nomen uirtutis et iustitiae hic; nam 'uincere' uirtutis est, 'uoluntas' uero iustitiae est. *Fulminat*, fortiter pugnat. *Eufraten*, fluuius orientis.

v. 562. *Per populos dat iura.* Pluraliter 'populos' dicit, ut ostenderet illius felicitatem; uult Parthos dicere. *Viam.* Viam ad se facit, uel ascendere cupit ad caelum.

v. 564. *Parthenope*, in *Ebrii* 'Parthinope', quae nunc Neapolis, in qua scripsit Virgilius. *Suetonius Tranquillus* dicit Parthenopen Sirenem sepultam in Campaniae litore, a cuius nomine Neapolis Parthinope uocitata aestimatur. *Ignobilis otii*, ingloriae quietis. Vel *ignobilis otii*, non conuenientis, uel artis poeticae otium ignobile appellauit, ne quid de se uideretur adrogans dicere.

v. 565. *Carmina*, Bucolica. *Lusi.* Poetae dicuntur 'ludere', quando scribunt. *Auxi*, alii legunt 'audax'. *Auxique iuuenta. Iunilius* dicit: 'uult se iuuenem intellegi Bucolica scribsisse.' *Carmina* et reliqua. Bene et breuiter hunc titulum de scriptis suis confecit. *Auxi*, prima aetate, ferox. Nam XXVIII anno scripsit Bucolica. *Gaudentius* dicit.

v. 566. *Cecini*, lusi.

---

scripsi | timetne (timet et ne C) quis ili 1 | ne quis illi M || signet 1 | insignet M ||

v. 560 Caedar B || 561 uoluntas] Malim 'uolentes' || Fluminat 1 || 562 Perpolos C || Pluraliter 'populos' dicit scripsi | hortari populos (populo C) dicit 1 || ostenderet et illius M || partos C || 564 Parthenope. inebrii. parthinope 1, sic et Paris. | *Parthenope*, inebrii; Parthenope M | 'Partenope' Ebrium legisse suspicatur Buecheler apud Ribb. proll. p. 176 || neapolis C | necapolis B || Suetonius Tranquillus emend. M. Hertz: 'Ein philol. clin. Streifzug' p. 22 | sitonius crancillus 1 cf. Reifferscheid Suet. rell. p. 350 || parte^{n}open C || sirinen B | sirien C || ac cuius C || parthinope 1 || *Ignobilis*, ingloriae M || 565 poetae M | poeta 1 || alii legunt 1 | alii scribunt M || scribsisse B | scripsisse C || conficit B || Conlato Seruio: '*Carmina qui lusi pastorum.* Qui etiam Bucolica scripsi. *Audaxque iuuenta.* Aetate iuuenili: nam ut diximus supra uiginti octo annorum. Et bene breuiter a se scriptarum rerum exsecutus est titulum' — inde a 'Bucolica scribsisse' haud dubie legendum: *Carmina* et reliqua. Qui scripsi *etiam* Bucolica. *Audax* (auxi librarii uitio ex praecedentibus inrepsit), prima aetate ferox, nam XXVIII annorum. Et bene breuiter — confecit. *Gaudentius* dicit.

APPENDIX I.

FIGVRAE GRAECORVM.

1. *Epexegesis* est exaggeratio rei, ut (G. I 3): 'Quae cura boum qui cultus habendo sit pecori.' Vnam enim rem bis dixit.

2. *Hypallage* est permutatio casuum, ut (G. I 59): 'Epirus mittit palmas Eliadum equarum', hoc est Epirus creat equas quae apud Elidem dant suis sessoribus palmas.

3. *Litotes* est, quando duo negatiua unum faciunt adfirmatiuum, et minus dicens plus significat, ut est (G. I 83): 'Nec nulla est gratia', sed aliqua et multa. — (Aen. VII 261): 'Munera nec sperno', sed libenter accipio. — (G. I 96): 'Nec spectat illum nequiquam Ceres', sed utiliter.

4. *Hysteroproteron* est ordo mutatus, ut est (G. I 178): 'Area cum primis ingenti aequanda cylindro et uertenda manu.' Prius enim manu uersatur huc illuc terra et sic demum aequatur cylindro. Est etiam hysteroproteron in sensu, ut Aeolus ad Iunonem (Aen. I 78): 'Iouemque concilias mihi.' Non enim Iouis reconciliatur Aeolo sed Aeolus Ioui, quasi superiori. Minores enim reconciliantur maioribus.

5. *Hendiadyoin* est quando una res diuiditur in duo interposita coniunctione et tamen ad unum resoluuntur dempta coniunctione, ut illud (G. II 192): 'Pateris libamus et auro', pro pateris aureis, et (Aen. III 467 uel V 259): 'Hamis et auro', idest hamis aureis.

Ex codice Bern. 172, in quo bis extant, prius f. 3[b] post Vergilii uitam, manu aliena, sed saeculi X, deinde f. 24[a] manu a priori diuersa sed eadem illa, quam in ipsis scholiis manum 'secundam' appellabam, saec. X—XI. Pro scripturae discrepantiis usus sum his ut duobus codicibus litterisque A. B. signaui. Extat praeterea hic tractatus in cod. Bern. 184 saec. X—XI f. 1[b] sed ita putredine deletus ut demum inde ab illis: 'Synizesis est cum uocales colliduntur' etc. legi possit. (C) cf. praef. p. 733 FIGVRAE GRECOR AC | deest titulus in B, ubi ante 'Epexegesis' haec leguntur: 'Aposiopesis (Aposioposis) est figura qua id quod dicturi uidebamur silentio intercludimus' || 1 Efexegesis 1 || habendus B || peccori B || unam enim rem om. B || 2 Ypallage A | Ypa'lage B || epyrus 1 || heliadum B || epyrus A | epirus B || helidem 1 || 3 Lytotes 1 || adfirmatiuum B | affirmatiuum A || gratia om. B || prospectat A || 4 cum primum 1 || chyliudro A | chylindo B || sic demum A | demum sic B || histeroproteron B || superiori B | superi AC || 5 Endiadin A | Eudyadin B || resolueutur B || [b]amis B ||

6. *Catatosiopomenon* est, quando per taciturnitatem ea intelleguntur, quae non commemorantur, ut illud (G. I 14): 'Et cultor nemorum cui pinguia dumeta Ceae tondent tercentum niuei iuuenci.' Per taciturnitatem enim uoluit intellegi Aristaeum.

7. *Morion* est particulā ex aliqua parte orationis.

8. *Emfasis* est conceptio sententiae, cum uno uerbo uel sententia aliquid magnum intellegitur, ut ibi (Aen. II 374): 'Alii rapiunt incensa feruntque Pergama.'

9. *Horos biaeos* est, quando re non existente conicimus quid fieri non posse.

10. *Isosyllabus* est par syllabis. Isosyllabum est metrum in omnibus uersibus pares habens syllabas, et omnis datiuus singularis isosyllabus debet esse a genetiuo singulari, hoc est pares syllabas habere, ut 'docti docto'.

11. *Topothesia*, ficta sententia et figurata, ut in primo Aeneidum habetur ubi narrat poeta, Aeneam post tempestatem inmissam a Iunone uenisse ad portum tranquillissimum; tamen ille talis locus nusquam est in Africa. Ita enim dicit (v. 159): 'Est in secessu longo locus; insula portum efficit.'

12. *Soloecofanes*, inanis dictio.

13. *Parelcon*, adiectiua particula, ut 'egomet'; ut illud (G. I 454): 'Sin maculae incipient rutilo inmiscerier igni', pro inmisceri.

14. *Synizesis* est cum uocales conliduntur, ut ibi (Ecl. I 33): 'Nec spes libertatis erat nec cura peculii.'

15. *Diasyrtica* oratio est, qua et sensum suum quis, ut est, exprimit et auditorem suum aliter intellegere facit, ut illud Sinonis in libro secundo Aeneidum (v. 79): 'Hoc primum; nec si miserum fortuna Sinonem finxit.' Nam et negotium exprimit et Troianorum insultat stultitiae.

16. *Tonmeson* est figura, quando *quid* ad multos adtinet, ut 'ars', et 'medium uerbum', ut (G. IIII 31): 'Grauiter spirantis', et (Aen. I 4): 'Ob memorem iram saeuae Iunonis'. 'Saeuae' namque posuit ibi pro magnae, alias uero pro crudeli saepe ponitur.

---

6 intelleguntur B, semper | intelliguntur A, semper || ceae B || niuei om. B || 7 Enfasis l || super 'aliquid' manu II scriptum 'per quam' A || 9 Orosbieos l, cf. Walz. Rhett. Graecc. IV, p. 653. 840 || quasi re l || 10 Ysosyllabus l || pars syllabis B || datiuus singularis B | datiuus A || ut docti docto B | ut doctus docti A || 11 Topotesia [t to] (suprascr. m. II) A | Topesia [ot] B || et figurata ut in A | et figura in B || primo libro B || poaeta A || talis locus B | tami [lis] A || affrica A || efficit om. B || 12 Solico fanis A | solifico B || 13 Parelicon l || ut illud B | et illud A || 14 Sinezesis B | Sinezesis [r] A | Sineresis C || uolcales B || colliduntur A || erit [a] C || 15 Diasirtica B || sensum suum AC | sensum B || synonis l || in libro AC | libro B || synonem BC | syronem A || 16 quando quid ad multos scripsi | quod ad multos A | quod a multos B || quod attinet, om. ad multos C || adtinet B || spirans l || iram om. B || posuit [ibi] pro B || saepe om. B ||

17. *Anacoluthon* est figura, quando oratio defectiue ponitur, uerbi gratia cum praecedit 'quot' et non sequitur 'tot', ut ibi (Aen. II 330): 'Insultans: portis alii bipatentibus adsunt, milia quot magnis umquam uenere Mycenis.' Dixit et posuit 'quot', cum non praemiserit neque subiunxerit 'tot'.

18. *Toprepon* est quando conuenienti personae honor tribuitur.

19. *Ecbasis* est longior excursus, quando ex eo quod uicinum est, adicimus hoc quod non pertinet, ueluti in comparatione dicuntur superflua, ut est illo in loco, ubi loquitur de tempestatibus (G. I 322): 'Saepe etiam inmensum caelo uenit agmen aquarum' et cetera.

20. *Catexochen* est, quando maior res distinguitur a minore, licet quandam uicinitatem inter se habeant, ut ibi potest esse (G. I 3): 'Quae cura boum, qui cultus habendo sit pecori', ut per boues maiora animalia, per pecora minora intellegantur.

21. *Polysemus* sermo est uarias significationes habens, ut cano 'laudo', cano 'diuino', cano 'canto', ut: 'Arma uirumque cano.' Similiter in nominibus ut 'aries'.

22. *Antiptosis* est quando casus pro casu ponitur, ut ibi (G. II 160): 'An memorem fremitu adsurgens Benace marino.' Nam 'adsurgens' dixit pro 'adsurgentem', uocatiuum pro accusatiuo.

23. *Antistoechon uel antistichon* est commutatio litterarum in uno uerbo ut ibi (G. I 186): 'Populatque ingentem farris aceruum curculio.' 'Curculio' enim dicitur pro 'gurgulio', c pro g, sicut 'sella' pro 'sedda', l pro d.

24. *Prooeconomia* est dispensatio carminis, ut illud (Aen. I 226): 'Constitit et Libyae defixit lumina regnis.'

25. *Ellipsis* est quando penitus uerbum deest, ut (Aen. I 37): 'Haec secum.' Deest enim 'loquebatur'.

26. *Cateufemismon* est per contrarietatem aliquid dici, ut Eumenides. Licet enim 'eu' bonum dicatur, non ideo 'Eumenides' Furiae bonae sunt.

27. *Dicticos* est quando a praecedentibus consequentia manifestantur et nihil discrepans nec in praecedentibus nec in consequentibus inuenitur.

28. *Eratosiopomenos* † est modus uel figura, quo ea intelleguntur, quae dicuntur, color, figura uel modus dicendi.

29. *Oeconomia* est dispensatio carminis.

---

17 Anacoluton AC | anacoliton B || alibi patentibus 1 || quod magnis B || micaenis B || 18 est f. (figura) quando B || 19 excursus AC | cursus B || 20 est f. quando B || inter se abitant B || maiora animalia C | maiora armenta AB || Hic desinit B || 21 Polissemus 1 || cantạ (o) A || in nominibus C | in ⁿomĩbus A || 22 nam surgens 1 || assurgentem 1 || 23 uel antiscon 1 || comutatio 1 || ut ibi curculio populatque etc. 1, cf. ad Georg. I 186 || 24 Proechonomia 1 || lybiae 1 || regⁿis A || 25 Ellypsis 1 || 26 Cateufemiˢmon C || 27 Dicticos C | Dictycos A || 28 Eratosiopomenos 1] an Rhetosiopomenos? || 29 Economia 1 ||

30. *Monadicon* est singularis dictio.

31. *Epilogus* est secundum quosdam praecipua res, unde liber insignitur; ponitur et pro deploratione.

32. *Eufemismos* † dicitur figura qua cognata sibi uerba per significationem pro inuicem ponuntur, ut 'mactat' et 'immolat'.

33. *Climax* uocatur figura, quae continuato schemate gradatim pergit ut illud: 'Patientia operatur probationem.'

APPENDIX II.

SCHOLIA EX CODICE BERNENSI 165 EXCERPTA.

Ecloga I.

v. 1. Meliboeus dicitur amator boum ex Graeco et Latino compositum de Meliboea ciuitate. Tityrus Siculorum lingua hircus dicitur, uel Tityrus lingua Laconica uillosus aries appellatur qui ante gregem graditur. Sub nomine Tityri allegorice Virgilius intellegitur. Meliboeus uero in persona alicuius Mantuani ponitur, cui agri sublati sunt. 'Recubans' quietum (quietem) ostendit ab exilio. Hoc autem allegorice umbraculo Augusti Caesaris protectum non inconuenienter intellegitur.

v. 13. *Turbatur.* Inpersonaliter dictum et est sensus: tanta est turbatio per agros ut compellar facere quod sequitur, hoc est aeger ipse capellas protenus agere, uel etiam intellegendum: tanta est turbatio agrorum ut mirer magis quam inuideam quod tanta quiete solus fruaris in tanta calamitate ciuium.

v. 43. *Iuuenem.* Notant *critici* hunc locum quare Virgilius 'iuuenem' dixerit de Imperatore, cum leues et instabiles iuuenes (leues cod.) uocentur; sed 'iuuenem' dixit respiciens ad longam uitam eius. Quinqua-

---

30 Modiacon, in marg. m. II aliter monadicon A | Modiacon, in marg. manu eadem aliter monadicon C || 31 Epylogus l || 32 Eufemismos, in marg. m. II aliter eufismos A | idem C, sed manu eadem. Videtur *Eufemismi* explicatio intercidisse et lemma *Synonymia* supplendum esse || 33 Clemax l || continuatio l || pacientia l || Post 'probationem' in A m. II (in C manu eadem) insuper leguntur: '*Parelcon* (parolicon) est adiectiua particula ut 'egomet'. *Archaismos* (arcaismos) est casus pro casu' | In A solo man. III, sed saec. X—XI etiam haec extant: *Climax* (clemax) VIRĞ (Aen. III 376): 'Sortitur uoluitque uices, is (his) uertitur ordo', definitio (diffinitio) fati est secundum *Tullium*, qui ait: 'Fatum est conexio rerum per aeternitatem se inuicem tenens, quae suo ordine ac lege uariatur ita tamen, ut ipsa uarietas habeat aeternitatem,' cf. Seru. Aen. III 376. ||

ginta enim et sex annis imperauit uel quia obtabat eum semper uirere (uere cod.) et iuuenem fore.

v. 67. *Diuisos Britannos.* A toto orbe dicit, quia sicut *Solinus* ait, finis esset orbis ora Gallici litoris nisi Britannia sua magnitudine alium repraesentaret orbem.

Ecloga II.

v. 24. *Actaeo*, idest littorali. 'Acta' enim dicuntur litoralia loca iuxta mare et uoluptuosa remota a concursu hominum.

v. 55. *Sic positae.* Hactenus per energian locutus. Energia est figura in arte rhetorica quae res uere gestas aut ueluti gestas sub oculis audientis uel legentis adducit.

Ecloga III.

v. 45. *Acantho.* Genus herbae uel arbusculi (arbusculi ||||||||| cod.) uirentis spinis plenae flexibili uirgulto, ex quo etiam arbusculo uestis fiebat quae 'acanthina' dicta est.[1])

v. 77. *Faciam uitula.* 'Facere' significat exhibere religionibus rem diuinam. 'Vitulatio' est uocis exultatio. 'Vitulari' est enim uoce gaudere.[2]) Est enim genus sacrificii aput antiquos quod uitulatio dicebatur; et si dicis 'uitulam', uitulationem intellege, idest illud sacrificii genus. Si autem per ablatiuum legendum, ut *quidam* uolunt, debemus ita intellegere: cum fecero sacrificium pro frugibus non ex oue, non de capra sed ex uitula.

v. 105. *Caeli spatium. Quidam* intellegunt, quod et *Seruius*, puteum in Syene factum a philosophis; alii sepulcrum Caelii, quod et *Seruius* dicit. Alii clipeum Aiacis dicunt trium ulnarum in quo expressa caeli forma fuerit. Item: specum significari in Sicilia angusto ore, idest trium ulnarum profunda altitudine, per quem rapta sit Proserpina a Dite patre.

Ecloga IIII.

v. 19. *Cum baccare.* Vt *quidam* dicunt herba est miri odoris, sed *Seruius* aliter dicit.

v. 46. *Currite. Quidam* uolunt 'curritas' dici uidentes deas quae suis fusis idest dispositionibus omnia ordinent et definiant et futura praedicant et esse Graecum nominatiuum 'currite' ideoque corripi. Sed hoc friuolum uidetur. Melius est ut intellegatur (tellaegatur) imperatiuus esse ut sit sensus: concordes Parcae dixerunt suis fusis idest ordinationibus: 'currite', idest reuoluite talia saecula.[3])

---

1) cf. Isidori Origg. XVII 9, 20. 21. 2) cf. Nonius p. 14. 3) cf. Reginens. nr. 1495. mus. Rhen. XIV p. 544: '*Talia-fusis*] Quidam uolunt curritas dici uates deas quae suis furis idest uaticinationibus ordinent omnia et praedicant futura et esse Graecum nominatinum currite ideoque corripi. Melius tamen est currite imperatiuum esse modum ut sit sensus: dixerunt Parcae concordes suis fusis idest uaticinationi-

Ecloga VII.

v. 42. *Rusco.* *Quidam* spinam longam intellegunt, *quidam* herbam spinis plenam.

Ecloga VIII.

v. 17. *Lucifer almum.* Tribus modis accipitur 'almus'. Aut enim splendidum, ut hic, aut fertilem, ut (G. II 330): 'Almus ager', aut sanctum, *quod in nostris litteris inuenitur.*

v. 29. *Vxor* dicitur quasi unxor quia prima limina ostiorum oleo perfundebant primo factae nuptae.

v. 65. *Verbenae.* Verbena species herbae ex loco sacro sumptae, dicta quasi pura a Graecis appellata ἱερὰ βοτάνη (gerobotane) quod quibusdam ligamentis hominum et purificationibus sacerdotum apta probaretur. Inde uocata 'sagmen' quasi 'sancimen'. Generaliter autem omnes frondes sacrae 'uerbenae' dicuntur.[4])

Adole in hoc loco 'auge' et 'cumula' significat. Est autem proprie uerbum sacra reddentium quibusdam scilicet uotis et precibus (praecibus) auctius numen facere. Inde et 'adulti' a uerbo 'adoleo' quasi aucti aetate. *Alii* 'incende' accipiunt et 'uerbenas' carnes pingues et recentes, quamuis et omnes res uirides possint 'uerbenae' dici.

v. 87. *In ulua.* Species pro genere. Herba quae et alga dicitur. Vlua autem proprie ab uligine terrae appellatur, quam uidemus in fontaneis locis nasci.

Ecloga VIIII.

v. 34. *Vatem.* 'Vates' dicuntur, sicut *Varro* ait, a ui mentis, idest ab instinctu mentis, siue a uiendis et modulandis carminibus, siquidem uiere (uire) significat uincire connectere, unde 'uimen' et 'uiminea uasa' dicuntur[5])

v. 35. *Cinna* optimus fuit poeta nec non historiarum (hyst-) scriptor. Nam ipse composuit librum Smyrnam quam per decem annos elimauit.

v. 43. *Insani.* *Quidam* intellegunt *non indocti* 'insani': insaniam patientes quia nulli reuerentiam dant tumentes fluctus.

Georg. liber I.

v. 1. *Segetes.* Seges dicitur a semine uel a sectione; sed hic pro terra ponitur. Aliquando simpliciter pro terra, aliquando pro terra arabili, aliquando pro fructu ipsius frumenti.

---

bus: currite talia saecula hoc est ordine et euentu uestro estote.' Haud dubie uerum uidit Thilo mus. Rhen XV p. 142 qui scholii auctorem de uoce quadam κουρίτης cogitasse coniecit, legendumque inde pro *uidentes* uidetur *tondentes*, pro *currite* κουρῖται.

4) cf. Isidor. Origg. XVII 9, 55. 5) cf. Isidor. Origg. VIII 7, 3.

v. 19. *Secundum quosdam* propter ea dicitur reticuisse nomen quia non putabatur a quolibet ignorari.

v. 20. *Siluane.* Siluanus deus funebrium credebatur. Ideo fingitur ferre cupressum, quia cupressus cum semel incisa fuerit uel transplantata, nequaquam ultra pullulat, sed ilico arescit. Ita mortales cum semel mortui fuerint, nequaquam reniuiscunt (reualescuut).

v. 38. *Elysios.* Elysii dicuntur quasi sole perpetuo illustrati.

v. 66. *Maturis.* Proprium epitheton aestatis, ut matura dicatur dies idest plena et legitima uel metonymicos intellegendum.[6])

v. 68. *Arcturum.* Booten intellegendum, quae est in praecordiis ursae quae naturaliter exoritur XII Kal. Octobris.

v. 73. *Far* a frangendo (fragendo) dicitur.

v. 74. *Legumen* a legendo; quicquid enim manu legitur, legumen dicitur.

v. 140. *Funda* (man. II). Funda genus est retis rotundi ad similitudinem pene ... ... quod rustici 'alodarium' uocant, tractam de auibus, quas alaudas nominant. Habet autem per circuitum oris funes cum massis plumbi quorum funiculorum capita piscator in manibus retinet. Quod rete cum proicitur in amnem, os eius profunda aequoris petit premente plumbo; reliqua uero pars a uento et commotione aquarum inflatur et in mediis fluminibus consistit quamdiu piscator traxerit illud per flumen. Cum autem uno in loco steterit et capita funiculorum ad se retraxerit, conuoluitur et constringitur simul os eius quod antea apertum trahebatur et quicquid intus fuerit, comprehensum sursum adtrahitur seu piscis seu aliquid tale quod in fluminibus capitur.

v. 151. *Rubigo.* Genus est uitii quo culmi pereunt; 'aurugo' ab aureo colore.

v. 157. *Falce.* Falx dicitur quod inde solebant milites filicem incidere.[7])

v. 194. *Nitro.* Nitrum a loco sumpsit uocabulum. Nascitur enim in oppido Aegypti nomine Nitria. Ex quo et medicinae fiunt.[8]) Huius natura non multum distat a sale; quo utuntur aliquando pro lomento, uel est herba lauatoria uel liquor in cryptis (criptis) Nitriae in similitudinem salis pinguedinem stringens.

v. 201. *Lembum* idest carabbum et phaselum (man. II).

v. 261. *Maturare.* Bene et eleganter iste (ista) haec duo uerba diuisit, 'maturare' scilicet et 'properare'. Namque in praeparatu rei rusticae per tempestates et pluuias quando (qñ) ex necessitate otium est, maturari potest; per serenitates (serenas) uero, quando (qm̃) tempestas (tempus) instat, properari necesse est. Maturare enim est: cum quadam diligentia praeparare quod nec citius nec serius sed medium quiddam et temperatum est. Nam in frugibus et pomis 'matura' dicuntur, quae ne-

6) ut matura *dicatur* dies] Legendum uidetur: ut (Aen. X 257): 'Matura *iam luce* dies.' 7) cf. Isidor. Origg. XX 14, 4. 8) cf. Isidor. Origg. XVI 2, 7.

que cruda uel inmitia sunt neque caduca et nimium cocta (coacta) sed tempore suo temperate adulta.

v. 271. *Vepres.* Omnem arborem spinosam appellabant ueteres 'ueprem'. Dictae autem uepres eo quod ui prendant.[9])

v. 278. *Eumenides* bonae et piae dicuntur per contrarietatem, idest a meliore parte quod Graece *κατ' εὐφημισμόν* dicitur, cum sint impiissimae. Appellantur enim ita per quoddam lenocinium. Dicuntur autem ita a meliore parte, ut est: 'bene dic deo et morere.'

v. 304. *Coronas.* Aut (au) reuera coronas, aut spiras funium intellegimus. Dicitur etiam spira unius tori (sic corr.; fuit *toro*) basis columnae crassitudo uel duorum.

v. 317. *Culmo.* Culmus est proprie ipse (ipsa) calamus, stipula autem folia quae circa calamum sunt.

v. 339. *Operatus.* 'Operari' dicebant ueteres deos colere, litare et sacrificare eis et conuiuari.

v. 344. *Dilue* idest dissolue uel liba. Et hoc quod dicit: 'miti Baccho dilue fauos', *quidam* mulsum magis uolunt intellegi, ut intellegamus 'dilue fauos', dissolue, idest fac mulsum miscendo Baccho.[10])

v. 373. *Inprudentibus* (m. II). *Quidam* hic 'in' augentis nolunt esse, idest ualde prudentibus. Quod uerius est: inprudentes posuit pro inscüs et indoctis et dicit, quod tam aperta sunt signa quae solent praecedere tempestatem, ut non solum prudentes, sed etiam ipsi indocti possint (possunt) uitare pericula.

v. 415. *Prudentia.* Prudentia dicitur, quod porro ab rebus infimis constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. Est enim prouidentia illa diuina ratio, in summo omnium principe constituta, quae cunçta disponit. Fatum uero inhaerens rebus mobilibus dispositio, per quam prouidentia suis quaeque ordinibus nectit (neçat). Prouidentia namque cuncta pariter quamuis diuersa, quamuis infinita complectitur. Fatum uero singula digerit inmotum locis formis ac temporibus distributa, ut haec temporalis ordinis explicatio in diuinae mentis adunata prospectum prouidentia sit, eadem uero adunata adque explicata temporibus fatum uocetur.

v. 484. *Fibrae.* Fibrae extremae partes iecinoris (ioeineris) a fibris uestimentorum, sicut et extremae partes (parte) foliorum in intubis. Dicuntur autem fibrae quia in Phoebi aras ferebantur ab ariolis, quibus succensis responsa acciperent.[11])

v. 498. *Vestaque.* Hoc de *intimis quaestionibus Virgilianis* est, cum dicit Vestam palatium et Tiberim seruare, cum urbs Roma, sicut quibusdam uidetur, in tutela Martis sit. Quod ideo dicitur subtractum uomen a Virgilio ne hostes cognoscentes propterea bellum contra Romanos susciperent. Perite autem Virgilius et nimium crudite praesidem Ti-

9) cf. Isidor. Origg. XVII 7, 60. 10) Quorum interpretum in numero *Vettius Agorius Praetextatus* est apud Macrobium, Sat. III 11 extrem. Sed caue ne ad pleniorem quendam *Seruium* hoc scholium referas, cf. Ribbeck proll. p. 105. 106. 11) cf. Isidor. Origg. XI 1, 126.

beris (tibcrim) Vestam dicit. Hanc enim physici (phisici) putant terram. 'Tuscum' autem, quia apud Tusciam fluit.[12])

v. 511. *Mars.* Ita saeuit Mars impius toto orbe, quemadmodum addunt se in spatia equi, cum sese profuderint e carceribus, et 'fertur auriga equis frustra tendens retinacula neque audit currus habenas.'

Georg. liber II.

v. 30. *Caudicibus.* Caudices dicuutur inferiores partes stipitis dictae ad similitudinem caudarum.

v. 69. *Arbutus horrida.* *Quidam* dicunt quod pro acudente posuerit illud Virgilius quae est hispida (ispida) et spinosa, sicut et rumex, ut sit sensus: inseritur uero arbutus horrida siue acudens.

v. 84. *Lotoque.* Genus arboris. Ex huius materia frequenter tibiae fiebant, cuius bacis quondam pasti Lotofagi dicti sunt.

v. 99. *Argitisque.* Argitis est graccula uitis albi floris uastam habens materiam, breuia et lata folia.[13])

v. 101. *Mensis secundis.* Prima mensa erat apud Romanos carnium, secunda pomorum.

v. 115. *Arabum.* Arabia iuxta proprietatem suae gentis dicitur sacra quod ibi nascatur tus quod in sacris ponitur, quam Graeci eudaemona (eudemonam), Latini beatam uocant.[14])

v. 116. *Patriae* idest regiones. Dicuntur autem a regendo; partes ipsius regionis territoria. Patria quasi pacis atria.

v. 147. *Flumine* pro fluento. Flumen est proprie ipsa aqua, fluuius est qui decurrit.[15])

v. 157. *Subterlabentia.* Gaudebant antiqui nominibus auferre praepositiones et addere uerbis.

v. 158. *An mare quod supra* (m. II). In modum deltae litterae est Italia; nam ex una parte Alpibus, ex alia uero, uidelicet superiori, Hadriatico mari (mare), ex tertia Tyrrheno cingitur mari (mare). Hadriaticum enim mare dicitur uel ab Hadra ciuitate quam alluit uel ab hadra idest petra. Tyrrhenum a Tyrrhena patria.

v. 160. *Fremitu.* Fremere est magnum aliquid sonare; frendere alicubi cum gemitu uel ira miserum aut minax sonare.

v. 164. *Auernis.* Auernus dictus est quod odor eius infestus sit auibus.[16])

v. 165. *Riuos.* Riuos dicit uel quia *cum* funditur imitatur fluentes

---

12) Haec parum accurate minusque emendate sic exhibebantur a Burmanni G: Item haec quaestionibus Virgilianis est, cur dicit a Vesta palatium et Tiberim seruata, cum urbs Roma sicut multis uidetur, in tutela sit Martis. seu ideirco dicitur subtractum esse proprium nomen a Virgilio ne scirent hostes cui deo contra Romanos uota susciperent: quamquam erudite Virgilius nimium praesidem Tiberis Vestam dixit: hanc physici putant terram. 13) cf. Isidor. Origg. XVII 5, 23. 14) cf. Isidor. Origg. XIIII 3, 15. 15) cf. Isidor. Origg. XIII 21,1. 16) cf. Isidor. Origg. XIII 19, 8.

riuos aut quia in harenosis fluminibus inuenitur interdum uena argenti aerisque.

v. 166. *Venis*. Venae dicuntur ipsa materia unde excoquitur metallum, quae rustice 'mina' dicitur.

v. 169. *Extulit*. Ecferre (sic) est edere prouehere.

v. 170. *Scipiadas*. Scipio baculus dicitur. Hic habuerat patrem quem in senatum (senatu) ducere solebat, et quia officium exequebatur baculi, dictus est Scipio.[17])

v. 175. *Recludere*. Reserare aperire, scientiam scilicet colendae telluris. Nymphae idest Musae praesunt fontibus, quos ideo se dicit recludere, idest aperire quia ipse primus aput Latinos de agricultura cecinit auxilio Musarum.

v. 177. *Ingeniis*. Ingenium ueteres dixerunt et sua sponte uel natura.

v. 294. *Per annos*. Quotiens per accusatiuum dies uel annos loquimur, iuges annos uel dies significamus, quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus. Itaque qui optantes 'multis annis' dicunt, 'multos annos' melius dixerint.

v. 328. *Auia*, deuia secreta et rem dicit naturalem, quia uere solent aues amplius cantus edere tam ex serenitate temporis quam ex herbarum frondiumque innouatione et naturali uoluntatis delectatione; quippe tunc incipiunt nidos facere et pullos gignere.[18])

v. 451. *Torrentem*. Torrens est proprie aqua cum impetu fluens. Dicitur autem torrens, quod torrescit idest siccatur aestate.[19])

v. 471. *Lustra*. Proprie lustra abdita et occulta loca dicebantur, in quibus discedebant ueteres luxuriandi potandique gratia.

v. 487. *Bacchata*. Bacchare ueteres non solum Bacchi nomine furere dici uoluerunt, uerum et loca in quibus sit debacchatum (dib. —) 'bacchata' dixerunt.

v. 497. *Dacus* (m. II). Dacus regio est Scythiae, a qua populi Daci uel Dani, et sunt inter Septentrionalem plagam et Orientalem. Idem etiam populi ... ... uidentur esse illi qui et Nortmanni.

GEORG. LIBER III.

v. 24. *Scaena*. Scaena est camera hinc inde composita quae adumbrat locum in theatro, in quo ludi aguntur. Item arborum incumbentium (incubentium) quasi camerata densatio, ut supterpositos tegere possit. Item compositio alicuius carminis quae digna sit agi in theatro explanationibus tragicis (traicis). Alii tria genera ostendunt, ita ut una cum foliis fieret, altera uelis, tertia aedificiis idest tabulatis, et una Tragicorum erat, altera Comicorum, tertia Satyricorum.

v. 35. *Assaraci*. Dardanus ex Ioue et Electra filia Atlantis fuit ex quo Erichthonius, unde (nde) natus est Tros, a quo Troia, qui duos filios procreauit, Ilum et Assaracum. Ab Ilo Ilium (ilum) dictum, qui genuit

17) cf. Isidor. Origg. XVIII 2, 5. 18) cf. Seruius. 19) cf. Isidor. Origg. XIII 21, 2.

Laomedontem patrem Priami. Assaracus pater Capyis (capis) et Capys pater Anchisae, Anchises pater Aeneae.

v. 138. *Rursus.* Rursus *quidam* intellegunt in hoc loco 'retro', *quidam* 'iterum denuo', sed rectius est intellegere 'retro'.[20])

v. 362. *Hospita.* Hospes dicitur ab hostio et pede. Nam consuetudo erat, ut hostem recipientes pedem in limite tenerent et manu dextera ... ...

v. 377. *Totas.* Totum et omne ita discernuntur. 'Totum' corporis totius plenitudinem significat, ut puta: 'totum auditorium habet scholasticos' hoc est totum auditorium plenum est scholasticis. 'Omne' autem de uniuersis dicitur, ut si dicas: 'omne auditorium repletum est scholasticis', idest omnia auditoria. Item 'totum', quod plus putatur significare quam 'omne', est quando alio intellectu accipitur, ut in hoc uersu Virgilii: 'Totasque aduoluere focis ulmos.' Hoc enim totas ulmos intellegi uoluit 'integras', non omnes quae in mundo sunt.[21])

v. 383. *Velantur.* Aut passiuum posuit pro actiuo, aut sic accipiendum: corpora Scytharum fuluis saetis uelantur, aut sicut supra diximus, ipsi Scythae fuluis saetis uelant sua corpora.

v. 454. *Vlceris.* Vlcus est quod est obclusum et intra se habet pestem. Vulnus est quod apertum et patens est. Rursus 'ulcus', quod per se nascitur, 'uulnus' autem quod infligitur ab alio.

v. 458. *Febris. Seruius* a feruore dictam docet.[22]) Sed *alii* non minoris auctoritatis a feritate dictam uolunt.

v. 474. *Alpes* lingua Gallica montes alti.[23])

v. 498. *Herbae.* 'Herbam' ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt.

Georg. liber IIII.

v. 1. *Caelestia dona.* Ideo caelestia dona dicit, uel quia munus est deorum, uel quia caelum interdum pro aere accipitur et ex aere mel defluit.

v. 7. *Laeua*, a leuando scilicet quia ubi uires nostrae deficiunt, numinum auxilio leuantur.

v. 17. *Nidis.* Hac auctoritate non solum domicilia auium sed etiam ipsos foetus possumus nidos appellare per id quod continet id quod continetur intellegentes.

v. 63. *Melisphylla.* Varro apiastrum dicit quam nos 'piam mentham' (mentam).

v. 64. *Matris.* Cybele mater Iouis siue ut *quidam* affirmant, Rhea

---

20) v. 147 *Astlo* (m. II). Sic enim dicimus: est mihi nomen Bernoni, est mihi nomen Bernonis, est mihi nomen Berno. v. 192. *Sinuetque* (m. II), idest faciat tornationes ut Guasco. 21) Haec non ex commentario Vergilii perpetuo, sed aliunde esse petita, probat ipsum Vergilii testimonium adlatum. Ad eundem uersum m. II haec insuper adscripta sunt: *Totasque. Marius Plocius* per se uult hoc uitium esse metri sed melius est ut hypermeter (ypermetur) accipiatur, cf. p. 2628 P.
22) Seruius: 'licet a feruore dicta sit.' 23) cf. Philargyrius l. l.

uxor Saturni, dum ipsum Iouem peperit, abscondidit (abscondit) in specu in Dictaeo monte ubi aluerunt eum apes, pro quo inuolutum lapidem gluttiendum Saturno dedit, qui ceteros solebat deuorare. Inde iratus cum fraude cognita amplius quaereret, ne uagitus infantis audiretur, iussit Curetes et Corybantes (choribantes) populos Cretae cymbalis personare.

v. 115. *Imbris*, aquas. Imbres consuetudo *quorundam* uult accipi agmen caelestium aquarum et pluuiarum. Sed Virgilius omnium aquarum intellegi posse ostendit, ut in hoc loco.

v. 140. *Pressis.* Hoc loco premere significat inniti cum pondere.

v. 161. *Tenacis.* Propolis est cera durissima quae euacuata melle solet diu seruari.

v. 168. *Praesepibus.* Praesepia non tantum, quibus aut cantheria aut iumenta cetera aut uetera animalia pabulantur, sed et omnia loca clausa et tuta dicuntur praesepia, ut hoc loco comprobatur.

v. 211. *Lydia.* Lydia est prouincia in Asia, sed antiqua regum (regnorum), quam Pactoli fluuii extulit unda in diuitias (diuitiis) torrentibus aureis. Quae primo Maeonia dicta, cum pro breuitate sui duos fratres ferre non posset (potest) Lydum et Tyrrhenum, exortis inimicitiis Tyrrheuus profectus partem Italiae occupauit Tyrrheuiamque uocauit. Lydia autem a fratre qui in prouincia remanserat cognominata est.[24])

v. 232. *Simul. Quidam* accipiunt 'simul' pro statim.

v. 233. *Pleias*, patronomicum uel a matre uel a fratre qui dictus est Pleion.

v. 296. *Imbrice. Quidam* intellegunt tholum (tolum) tecti; *quidam* canalem; imbrex tamen dicitur, quod arceat imbres.

v. 326. *Honorem. Quidam* intellegunt substantiam delectationem praesentis uitae.

v. 327. *Pecorum.* Non solum quadrupes animal, sed etiam cuiuscumque generis animalia debemus hoc loco accipere.

v. 346. *Furta.* Quicquid occulte geritur, potest furtum appellari, sicut hoc loco.

v. 380. *Carchesia.* Carchesium est poculum proprie procerum et circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter ansis a summo ad infimum pertingentibus.

v. 406. *Tum uariae.* Hic aliquid constat allegoricum. Proteus (promethcus cod.) quemlibet significat sapientem uel prophetam. Bestiae uero illae in quarum multiplices species uertebatur uitia diuersa designant. Nam per suem luxuria, per leonem uero tigridem draconem et leaenam ferocitas uel iracundia animi ostenditur, per ignem cupiditatis amor; per aquam denique (namque) instabilitatis leuitas nihilominus denotatur. Dum ergo Proteus (prometheus) ligatur, in diuersas ferarum formas conuertitur et tamen non diuinat quousque in humanam speciem reuertatur, quia donec quilibet sapiens in se uitia constringat et corrigat ac deposita bestiarum forma in hominis figuram reuertatur, non potest prophetare nec futura praedicere.

---

24) cf. Isidor. Origg. XIIII 3, 43.

v. 466. *Te ueniente.* Tota die, et est pathos ex repetitione, quae Graece dicitur epanaphora.

v. 467. *Taenareas* (m. II). Taenarus promunturium (promuncturium) est Laconiae, ubi est descensus ad inferos. *Alii* legunt 'Trenareae fauces', idest lamentabiles, quia 'trene' dicuntur lamentationes unde et 'trenicon' lamentabiie.

v. 483. *Inhians.* Hiatus dicitur omnis oris apertio nimia translatum a feris quarum omnis auiditas hiatu, idest oris apertione monstratur. Inde inhiare idest alicui rei acriter et uehementer incumbere.

v. 510. *Mulcentem.* Ferunt istum Orpheum fuisse theologum quique per philosophiam et rhetoricam facundiam homines ex fera et agresti uita ad communem et ciuilem habitationem perduxit. Inde fictum est, quod tigrides (trigrides) mulceret, ut se sequerentur et quercus.

v. 538. *Eximios.* Non est (Tum est cod.) poeticum epitheton, sed sacerdotale nomen. Hostiae namque dicuntur 'eximiae', quae ad sacrificium destinatae eximuntur ex grege, uel quod eximia specie quasi numinibus offerendae eligantur et hoc loco Virgilius dicendo 'eximiae' quod eximantur et quod eligantur praestanti corpore id demonstrauit.

APPENDIX III.

EX CODICE BERNENSI 167.

INCIPIT ARGVMENTVM IN VIR̂.

Locus et tempus et persona his Virgilianis artibus ita ab authenticis auctoribus indicata (nacta) sunt quod prima earum pars idest Bucolica et Georgica in Parthenope quae et Cuma et Neapolis dicitur, scripta est, sicut ipse in fine Georgicorum dicit (IV 563):

illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope studiis florentem ignobilis otii,
Carmina qui lusi pastorum audaxque iuuenta
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.

Aeneidorum uero libros XII heroici carminis Romae scripsisse putatur postquam amicitiam Caesaris adeptus est. Alii uero potius in Mantua eos scripsisse autumant, ut ex uerbis eius in principio tertii libri georgici carminis declaratur ita dicentis (dicens):

Primus ego in patriam mecum, modo uita supersit,
Aonio rediens deducam uertice Musas
Primus Idumeas referam tibi Mantua palmas
Et uiridi in campo templum de marmore ponam.

Sane sciendum est Virgilium XXIIII annorum fuisse quando Bucolica scripsit, unde in fine Georgicon ait: 'Audaxque iuuenta' et rel., quod Buco-

licum triennio perfecit et emendauit. Item proposuit Maecenas ei ut Georgica scriberet quod et fecit annis VII et emendauit. Deinde ab Augusto postulatus scripsit Aeneidorum libros annis XI quos nec emendauit nec edidit (cecidit) unde iam moriens eos praecepit incendi. Augustus uero iussit Vario (uaro) et Tuccae, ut eosdem corrigerent hac lege ut superflua demerent et nihil adderent, unde et semiplenos eius uersiculos inuenimus, ut illud: 'hic currus fuit' (conf. Aen. I 534 Huc cursus fuit) et aliquos detractos ut in principio. Nam non ab armis coeperat, sed sic:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen et egressus siluis uicina coegi
Vt quamuis auido parerent arua colono
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
Arma uirumque cano Troiae qui primus aboris.

Hos uersus constat esse detractos. Tempus uero Caesaris Augusti his libris ascribitur qui LVI annis et mensibus VI regnauit, ut *Eusebius* refert (chron. lib. II p. 363), a quo omnes *Imperatores* (deest in cod.) Augusti apud Romanos dicti sunt. Persona quoque Virgilii hisdem deputatur. Idem igitur praefatus Virgilius tribus speciebus propriis praenotatur idest praenomine cognomine agnomine, ut Puplius Virgilius Mars, et de certis causis has easdem accepit. Puplius enim siue a puplite grandi dictus est, seu quod puplicis idest manifestis atque regalibus rebus narrandis dignus sit. Virgilius a uirga laurea quam mater eius per somnium se peperisse uiderat uocatus est siue ut alii uolunt, ut a uere Vergilius quasi uere gliscens idest crescens sit nominatus. Erat enim magnae philosophiae praeclarissimus praeceptor et multiplex, sicuti uernalia incrementa. Porro Maro a colore dicitur; interpretatur enim niger siue ut alii uolunt eloquens siue ut plurimi putant, pater eius nominatus est Maro. Hic idem tempore consulum Pompeii et Crassi in pago qui Andes dicitur haut procul a Mantua nascitur. Septimus tunc annus Ptolemaei (ptolomei) in Aegypto fuit. XVI$^{\text{mo}}$ autem ante incarnationem Domini nostri Iesu Christi anno Brundisi moritur XI Kal. Octobris in XXX$^{\text{mo}}$ VI$^{\text{to}}$ anno Octauiani. Sed Cn. Sentio Saturnino et Lucretio Cinna (sed consentientibus saturnino et lucretio cynna) consulibus ossa eius Parthenope quae nunc Neapolis dicitur translata sunt et in secundo ab urbe miliario sepulta sunt, epitaphio huiusmodi desuper inscripto, quod uiuens sibi composuit ipse:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope; cecini pascua rura duces.

Virgilius in operibus suis diuersos secutus est poetas idest Theocritum Syracusanum in Bucolicis qui fuit in Syracusa (siracussa) ciuitate Siciliae praeceptor et non longe ante Virgilium erat; Hesiodum Ascraeum in Georgicis qui de Ascrea insula Ascraeus uocatus est, qui ad fratrem suum Persen librum composuit, quem appellauit ἔργα καὶ ἡμέρας, idest opera et dies; Homero uero in Aeneidis, qui excidium Troiae graece composuit et longo interuallo ante Virgilium fuit. Ille in laudem Graecorum, hic autem (hic hoc autem) in gloriam Romanorum conscripsit. Homerus
ł XXIIII
in XLVIII (in XLIIII) libris stilum elicuit, Virgilius uero quasi breuiando

(quas inbreuiando) in XII perstrinxit. Item Theocritus VII eclogas scripsit ut Virgilius dicit in secunda ecloga (v. 36):

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula Damoetas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens: te nunc habet ista secundum.

Virgilius uero X eclogas scripsit ut ipse in tertia testatur (v. 70):

Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Item Hesiodum Ascraeum, ut diximus, imitatus est in Georgicis, sicut ipse allegorice in VI ecloga ait (v. 69):

Dixerit: hos tibi dant calamos, en accipe, Musae
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.

Et in II libro Georgici carminis ait (v. 176):

Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

Qui Hesiodus de agricultura fecit librum idest de seminatione farris et de plantatione uitis et arborum et de pastu et cura pecorum. Scripsit autem haec eadem Georgica in honorem Maecenatis qui unus ex amicis eius erat. Nam amici Virgilii hi fuisse dicuntur, idest Aemilius Macer, Quintilius (gentilius) Varus, Maecenas, Cornelius Gallus, Asinius Pollio. Aemuli autem eius hi fuerant: Cornificius Gallus qui pessimus poeta fuit, quem allegorice in his eclogis subsannat, sicut est in VII^{ma}, quando eum Codrum uocat (v. 25):

Pastores hedera crescentem ornate poetam
Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro et rel.

Bauius (uauius) quoque et Maeuius, quos in tertia uituperat (v. 90):

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maeui
Atque idem iungat uulpes et mulgeat hircos.

Istos praefatos allegorizando saepe subsannat.

EPIMETRVM.

Quod in praefatione p. 696 de codice Leidensi Vossiano F 79 dixi, aliquantulum certe fructum habiturum esse eum qui ceteras quoque partes omissas olim a Suringaro accuratius inspexisset, id nuper optime confirmatum est, postquam *Georgius Thilo* quae ex isto codice suum in usum excerpserat mira usus liberalitate mihi transmisit. Etenim, quamquam in uniuersum non poterat negari, Leidensem codicem lectionum praestantia atque integritate Bernensibus multo esse inferiorem, tamen iis partibus quae in codd. Bernn. uel carie uel alio casu deperierant, certum inde auxilium aduenturum erat. Iam ea commentarii pars (ecl. I v. 1—49) quam, cum in cod. 172 deesset, ex cod. 167 refeci, non *totam* illam quidem sed *dimidiam* fere, ut p. 689 demonstraui, non paucis scholiis nouis locupletatur his:

Argumentum primae eclogae. In hac prima ecloga gratiarum actio indicatur in qua sibi personam Tityri et Meliboei *induit* quorum alter erat in prosperis alter in miseriis profugusque, hoc est Tityrus in prosperis, Meliboeus in miseriis, qui admirans omnia bona quae tribuit Caesar Virgilio et suam *in*felicitatem respiciens dixit: 'Tityre tu patulae recubans sub tegmine fagi.'

v. 1. Sub nomine Tityri allegorice Virgilius intellegitur, Meliboeus uero in persona alicuius Mantuani ponitur, cui agri sublati sunt. *Recubans*, quietum ostendit ab exilio. Hoc autem totum allegorice umbraculo potestatis Augusti protectum intellegitur. 'Fagum' allegorice Caesarem dicit sub cuius tutela latueras.

v. 2. *Meditaris*, laudes imitaris uel cantas uel melitaris. *Siluestrem Musam.* Hoc dicendo tropice exilia carmina intellegi uoluit. *Auena*, carmine.

v. 3. *Nos patriae fines.* Voce Mantuanorum utitur qui expellebantur suis possessionibus. *Dulcia linquimus*, omnes res quae delectant.

v. 4. *In umbra*, in protectione Caesaris.

Argumentum prime eglogae. In ac || indicat || *induit* addidi || tyrus || bonaque tribuit cessar || suam felicitatem || tytire || v. 1 tytyri alligorice || meleboeus || alis mantnani || alligoricae || alli cessarem dt sub c||| tute lalatueras || 2 exili carminae || auena carrinae || 3 uoces mantuanorum utitiis q expellabautur suis posi dulcia alin |||||||||| oms resq; dilectant || 4 in protectio cesaris ||

v. 5. *Formosam resonare doces Amaryllida.* Accusatiuus graecus. Tropice ad Maronem hoc dicitur docentem in Roma artem poeticam. Amaryllis Romam allegorice significat uel ut quibusdum uidetur duarum amicarum nomina Amaryllis et Galatea.

v. 6. *Deus.* Augustus uel Iollas. *Deus nobis haec otia fecit*, id est Augustus nobis hanc securitatem tribuit.

v. 8. *Aram.* Arae mortuis, altaria diis consecrantur. *Agnus*, non ouis quod plus sanguinis quam lactis habet.

v. 10. *Calamo*, auena uel culmo idest carmine agresti pastorali. Tropice significatur libere eum qualia uellet carmina texere.

v. 11. *Miror magis*, idest unde tibi tanta securitas aduenit. *Vndique totis* et reliqua, idest a totis agris turbati expellimur exclusi ut ego non sinar requiescere, usque adeo turbamur.

v. 13. *Aeger*, anxius. *Ago*, pasco. *Hanc*, uxorem uel uitam uel spem.

v. 14. *Densas*, opacas. *Corylos*, arbor nucis auellanae.

v. 15. *Silice in nuda*, infertili terra. *Conixa*, enixa uel partu liberata.

v. 16. *Saepe malum* et reliqua, idest saepe haec nobis percussae fulmine significarunt sed nos mente auersa non intelleximus.

v. 19. *Da*, dic sicut e contrario 'audi' accipe. Sermo redit ad illud (v. 6): Deus nobis haec otia fecit.

v. 20. *Vrbem quam dicunt Romam.* Roma ante Romulum fuit et ab ea sibi nomen Romulus adquisiuit, sed flaua et candida Roma Aescolapi filia nouum nomen Latio facit; tamen conditoris uel conditricis nomine omnes Romam uocant.

v. 22. *Fetus*, agnos uel haedos. Hic perifrasis est breuitatem splendide producens.

v. 26. *Viburna*, humilia arbusta semper uirentia uiuicis commodata et genere et forma a cupresso remota.

v. 28. *Sera*, tarda. *Libertas* et reliqua. Hic uult se Virgilius sub persona Tityri intellegi iuuenis fuisse Bucolica scribens. *Quae sera tamen respexit inertem*, idest quamuis tarda respexit me infirmum uel sine arte, nam constat Virgilium ingenuum ex ingenuis esse.

v. 31. *Postquam nos Amaryllis.* Galatea quam habuit primum Tityrus, Amaryllis quam postea quae fuerunt amicae illius; allegorice per Amaryllida Romam, per Galateam uult Mantuam intellegi quod uidelicet Romam diligens Mantuam neglexit. Galatea sane Mantua ideo dicitur quod Galli Senones in ea habitatione fuerunt.

---

v. 5 amarillida || acs gre||| tropice || poetica amarillis || noa amarillis || 6 ocia || 8 are || agnus nounis || 10 carminae || 11 exclu || 13 eger || 14 cori|||lus || abellanae || 16 Sepe || percusse f||umine || 19 sermo redit aliud ds || 20 et ab eo sibi ñ romulus adque siuit sed de flana et candida romes colapi filia nonñ ñ latio facit || omnes romani uocant | cf. de his Philargyrinm || 22 hedos || breuita ||| splendite prodncens || 26 a cupressn || 28 bocolica || qne saratum respexit || 31 amarillis || tytirus amarillis || qnestuē amicę illius alligoricae || sanae ||

v. 32. *Namque fatebor*, idest dum me Mantua tenebat nec spes mihi libertatis erat nec cura substantiae.

v. 33. *Nec spes libertatis*. 'Peculi' pro peculii per apocopam dicitur. Peculium proprie dicitnr facultas.

v. 34. *Quamuis multa* et reliqua, idest quamuis et uictimas pecudum et caseum ad Mantuam deferrem ex meis ouilibus, nulla exinde munera reportabam.

v. 35. *Ingratae urbi*, idest Mantuae quae gratias non referebat.

v. 36. *Non umquam grauis*, non umquam numquam. *Grauis*, ponderosa. *Aere*, tributo censu.

v. 37. *Mirabar quid* et reliqua. Meliboeus dicit ad amicam Tityri ac si diceret: o Amaryili, mirabar ego quam ob causam tu tristis deos inuocares, sed conperi hanc causam fuisse quod Tityrus praesens non erat. Allegorice autem ad Romam, quam sub nomine Amaryllidis uult intellegi, dicit: Hoc enim ideo fecisti quia Virgilius a te aberat.

v. 41. *Neque*, interrogatiue.

v. 42. *Nec tam praesentis*. Praesentis firmos. *Nec tam praesentes alibi*, quam Romae. *Cognoscere diuos*. Praesentis dicit quod Augustus adhuc in corpore adorabatur.

v. 43. *Quotannis*, per singulos annos Augustum Romae uidisse *se dicit*.

v. 44. *Bis senos cui nostra dies*, idest cni singulis annis per bis senos Idnum dies singulorum mensium sacrificia offero. Octauiano enim uiuenti *sacrificium* offerebatur. *Bis senos cui nostra dies*, dies menses; cetera ut supra.

v. 45. *Hic mihi responsum*, idest quod rogaueram concessit mihi petenti.

v. 46. *Pascite ut ante*. Pascite uox est Tityri idest Virgilii ad eos qui agros ab Octauiano receperunt. *Pueri*. Pueros appellat more familiari dominantium. *Summittite tauros* idest sub iugo, uel sobolem exercete.

v. 47. *Fortunate senex*. Rustici fortunati dicuntur uei quibus fortuna fuerit. 'Senex' non ad aetatem refertur sed ad fortunam. *Ergo*, ideo quod dixit: 'Pascite ut ante'.

v. 48. *Magna*, perpetua. *Satis*, res idest magna res est te omnia habere. *Quamuis lapis nudus*, hoc est quamuis mons sit et lacus tua possessio. Nam a monte usque ad lacum ei illa terra data fuerat.

v. 49. *Obducat*, tegat.

---

v. 34 peccudum || ad mañ || obilibus || 35 ingrate nrbi id mantuae || 36 N|||onumquam || 37 tytyri || amarilli || quam sub nomine amarilli nt illi intellegi || a te hallerat || 42 presentis firmos || quam roma || 43 rome uidisse, om. *se dicit* || 44 bisenos || cuis angulis, corr. ingulis || singuli mensinm || uiuenti offerebatur || Verba *cetera ut supra* excerptoris sunt || 46 reciperunt || 47 Fnrtunatę senex |||||||| rustici furtunati || furtuna || furtunam || ergo de aeo quod || 48 posesio ||

Inter cetera a Thilone excerpta haec digna uidebantur quae hic locum obtinerent:

v. 56. *Susurro*, sonus apium, si audieris, ad somnum inlicieris.

v. 60. Virgilius sub specie Tityri dicit de Octauiano.

v. 67. *Diuisos*, quia olim Britannia orbi terrarum fuit iuncta uel quod mare diuidit illos.

v. 71. *Impius miles*, Augustus qui bellauit contra Antonium bellaque ciuilia desiderat. Hic ueritatem secutus est Virgilius.

v. 77. *Procul*, longe et prope significat.

Ecloga II.

v. 1. In hac ecloga poeta solus loquitur de amore pueri. *Corydon* fictum nomen de nomine auis quae corydalis dicitur quae canit dulce.

v. 5. *Inani*, quod ad absentem loquebatur.

v. 15. *Menalcan*, pastoris nomen, allegorice ut quidam putant Virgilius de Antonio dicit.

v. 17. *O formose puer*, allegorice ad Caesarem dicit: non te eleuet etc.

v. 24. *In Actaeo Aracintho*, mons est Boeotiae uel Arcadiae, quare mirum est cur eum Actaeum dixerit cum in Attica non sit.

Amphion Dircaeus. Antiopa Nyctei Thebani filia ab Ioue conpressa patris iram timuit, in Cithaeronem montem Boeotiae confugit quam Epops rex Sicyoniae adamauit. Ille Epopem interfecit, Sicyoniam euertit, Antiopam captiuam auexit quae iterum in solitudinem Cithaeronis montis fugit filiosque duos de quodam pastore habuit quos collectos pastor edocuit unumque Amphionem alterum Zethum nominauit quorum Amphion studium lyrae habuit et sic citharizasse dicitur ut montes et saxa aduocaret quae saxa lapidesque Zethus frater eius qui agricola erat ad muros Thebanorum conposuisse *dicitur*. Dircaeus a Dirce fonte appellatus quod mater eius in fontem iactata est Dircam nomine qui est Thebis ortus sanguine eius.

v. 31. Pan natus est Mercurio in arietem conuerso et Penelope uxore Vlixis; adamauit uero Syringa Nympham filiam Terrae quae fugiens eius informitatem in calamum conuersa est unde Graece fistula syrinx dicitur. Cum non posset pro fluuii magnitudine transnatare fusis precibus meruit in calamum transfigurari ex quo ille fistulam fecit et amorem cantu delectabat quoniam amori suo aliter satisfacere non poterat. *Pana.* Pan uero deus pastorum.

---

v. 56 inliceris || Ecl. II 1 egloga || coridon fictum non de noē || coridalis || 24 arachintho || boetiae || mirum sē cum eum actaeum dixerit cum inactia non sit || dirceus || nictei tebani filia ibi ioue c̄presa || in doronem mortem boetiae confuit || oppopeus rex siconiae || opeum interficit siconiam || euexit || in solitud̄i citharonis || studium lire lirae || citharizare || tebanorum conposuisse dirceus a dircae || in fontem teiotata est dirca nomine qui est tebis || 31 Dicitur enim pan siri pan natus est || siringam nimpham || quem fugiens || siringam dicitur | cf. scholl. Bernn. || ex co ille || dilectabat || poterat pana uero dr̄ pastorum ||

v. 54. *Et uos lauri.* Laurus et myrtus iocundi coloris sunt; nam laurus Apollini myrtus Veneri dicata est.

v. 62. *Ipsa colant*, ut supra.

v. 64. *Cytisum*, herba apta pasto.

v. 72. *Detexere*, contexere.

Ecloga III.

v. 105. *Caeli spatium.* Alii specum in Sicilia angusto ore profunda altitudine per quam rapta est Proserpina a Dite patre et aliter uerius est. Caelius quidam Mantuanus fuit qui consumpsit omnes facultates nihil sibi relinquens nisi locum trium ulnarum ad sepulturam et Caeli pro Caelii dixit.

Ecloga IIII.

v. 34. *Alter*, alter allegorice Antonius. *Alter erit Tifus.* Pelias rex Peloponnensium habuit filium qui nominabatur Iason et filium eius Iasonem nomine timuitque Pelias Iasonem filium Iasonis ne iaceret se de regno. Deinde eum misit ad Colchos ut detulisset croceum aureum ut quod putauit Pelias causa eius esset mortis. Et fecit nauem quam dixit Argo et Tiphus nomen gubernatoris erat, et Argonautae nominabantur nautae qui in naui fuerunt. Et antequam exirent ad Colchos, peruenerunt ad Troiam et non reliquid eos Laomedon rex Troiae ire per bosporum. Deinde reuersi sunt iterum et dixerunt ea quae fecit Laomedon sibi et exiuit Pelias et Hercules ad Troiam et expugnauerunt Troiam et Laomedon occisus est, et de croceo aureo hic tacetur quasi dixisset Virgilius: etsi exiit gubernator et quamuis fortes uiri perrexerunt ad pugnandam Troiam cum Pelia, sic exibit tecum ad illius constructionem quod quando obiit Iulius Caesar mandauit Augusto Octaniano ut coustrueret Troiam.

Ecloga VI.

Hac in ecloga Quintilius Varus rogauit Virgilium ut sibi narraret quomodo rogauerunt duo iuuenes idest Chromis et Mnasylus pastores Silenum poetam senem discipulum Phoebi qui audierat omnia uerba quae locutus est Apollo de constitutione mundi et de aliis quam plurimis. In hac ecloga solus poeta loquitur. Tria genera pastorum in Italia fuisse dicuntur antiquitus, Fauni a Fauno pastore uel a fando dicti Sileni a Sileno poeta Satyri a Satyro pastore hisque omnibus haec ecloga modu-

---

v. 54 mirtus iocundi co^lo^rum || mirtus || 64 opta pasto || Ecl. IIII 34 tifus peleus rex pelopensium || iason noč || pelleus || ne iecoret || deinde se misit ad cholcos || aureũ q putauit peleus || et fecit argos naiton q dt argo et tiphus nõn gubernatoris erat et argonauta nõ ā naute || exhirent || lamedon || irae biportum || eaque fecit lamedon sibi et exhibit peleus et herculis || lamedon || etsi exit || cum pelea sic exhibnit || mandauit aug octanianum. Foedam latinitatem temptare non licuit. || Ecl. VI. Hac in egloga gentilinus || iu^ue^nes idẽ cromis et masyllus || poetam senam || phebi || uerbaq; || de constituciõ mundi et dea alis || fani || satiri a satiro ||

labilis est quod de mirabilibus diuersorum deorum ac dearum sacramentis loquitur.

ECLOGA VIII.

v. 47. Distingendum ut sit argumentum non ratio. Pelias rex Thessaliae adhuc paruum sed iam seni † Iasonis fratris sui filium Iasonem magnae indolis et uirtutis eximiae timens pellem auream ut peteret ad Colchos misit cui nauem dedit quam Argo ab Argis nominauit. Ille conuocatis amicis plurimis cum his nauigauit unde Argonautae dicti.

Supplentur praeterea codicis Leidensis ope hae lacunae:

ECLOGA II.

v. 32. *Pan primus cera*, quia perforationes cera replentur.

v. 33. *Instituit: Pan curat*, sanat de morbis. *Magistros*, arietes uel pastores; putabatur enim deus esse pastorum.

v. 35. *Amyntas*, allegorice Cornificium dicit poetam inimicum suum conatum esse carmen rusticum scribere.

ECLOGA III.

v. 7. *Tamen*, quamuis dicis obicienda consideranda.

v. 8. *Nouimus et qui te.* Nouimus, non ignorat populus quod scimus te ea passum quae uiris inhonesta sunt. Haec ad Cornificium dicit. *Transuersa.* De turpitudine dicit eius idest retro conuersa quasi trans dorsa uel trans angulos oculorum aspicientes fornicatorem, uerecunde stuprum transuersis oculis uel humillimis intueri idest tuentibus pro intuentibus. *Hircis*, capris.

v. 105. sub finem: *noluit Virgilius Octauianum uidere in paruo Galliae loco.*

Denique *scripturae discrepantias uel uariationes* textui emendando interdum ualde idoneas excerpsi has:

Ecl. I, v. 1. Fagus arbor *cuius* (deest in cod.) fructum mandebant antiqui. — v. 2. Musa grc|||o musitando uel personando dicitur. — v. 8. *ara nouo sacrificio dedicata.* — v. 10. *uellem pro uelim* (uelem cod.). — v. 26. *flexibilia uel non spinosa.* — v. 38. inuiolata seruare. — v. 41. quid facerem. *hoc ferocitatem* (ferotitatem) *Antonii uel pauorem Augusti significat.* — v. 43. Respondet ad illud quod dixit: *Da Tityre* (v. 19). — ibid. pucrum dixiset. — v. 58. Raucae dicuntur quod rauce

---

haec eglo modolabilis est q de mirabilibus diuũ suorum ac dearũ | cf. scholl. Bernn. et praef. p. 714 ||

ECL. VIII 47. thesaliae || magne indolis et uirtutib; (s above) || ut periret || argonaute ||

ECL. II 32 pan primus caera p q fora quia perforati n' cera replerentur || 33 ariaetes || 35 amintas ||

ECL. III 8 quod sinus tae ea || trasuersa || angulos odorum || uereconde || uel humillis, corr. humillimis ||

clude
sonant. — v. 73. produxit produxit porro duxit. — v. 74. expellebatur.

Ecl. II Argum. cum uidisset in ministerio eum nimium pulcherrimum. — v. 18. *Vaccinia* (uacinia) *nigra*, uiolae purpureae (purpurlae) *quae demum nigrescunt.* — v. 26. Hic totum pro parte posuit mare pro quaIibet aqua. — v. 30. *conpellere ad pastum minare* (ut pudeat me *inuitare* coniecisse, *Festi* s. v. Agasones p. 25 inmemorem). — v. 43. quasi rogaret Virgilium ut ei fecisset uersus. — v. 44. Sordent sordida sunt. — v. 48. Olentis odorantes. — v. 51 de lanugine herbae suae. — v. 52. quae duram testam habent, quae autem mollem corticem cerea mala dicuntur. — Amaryllis amica sua idest Roma sed pro Octauiano dicit. — v. 55. quoniam passiua participia frequenter agunt c̃p (idest: *apud*) poetas. — v. 58. flores dissipat *calor uel humiditas.* Hoc uel ad puerum Alexin uel ad Caesarem dolens sua munera despici. — v. 60. Habitarunt *quasi dixisset* non sit tibi uile; hoc ad Caesarem dicit uultque intellegi quia etc. — v. 61. cognosceretur.*)

Ecl. IIII. v. 4 fin. in quo praedixit futura tempora meliora. — v. 6. *Virgo.* Iustitia fugisse mores hominum malos fertur et nunc uenisse uel secundum nos Maria. — v. 45. unde et sandentes uel sandaces uestes dicuntur. — v. 63. ut suos pareutes ostenderet. — matrem agnouit non enim illi Iupiter adrisit cum natus esset neque *ad epulas* eum accepit neque minerue matrimonio copulatus est nec herculis ad mensam suam eum recepit, cf. v. 62.

Ecl. V. v. 30. idest mulieres debacchantes. — postquam bibebat. — v. 39. idest Flacci *uel Iulii*, omnia etc. — v. 43. quia deus futurus putabatur. — v. 64. hic quaestio ab imperitis fit cur hic confundantur (confunduntur) personae. — unde cum Mopsum dicere debuit sententia Menalca suum nomen dixit etc.

Ecl. VI. v. 41. Lapides quos Deucalion iactauit in masculos uersi sunt, ossa uero matris Pyrrhae in feminas uersae sunt, hinc genus humanum. — v. 62. in alnos (halnos) dicuntur esse mutatae.

Ecl. VII. v. 37. Nerine Galatea et reliqua. *Gaudentius* dicit: amicum suam uocat (uocant), — quo quidem scholii habitu egregie firmatur mea sententia quam de commutatis eo loco ab epitomatore Iunilii et Gaudentii nominibus dixi in praef. p. 702.

Superest ut ex ea codicis Leidensis parte quae hodie extat in cod. Parisino 1750 comprehenditque scholia ad Georg. IIII, inde a v. 69 usque ad finem Thilonis collationem secutus notatu digna expromam:

v. 77. Sudum liquidum *clarum* non proprie etc. — v. 90. Vacua sine regnet in aula sine altero rege alter erit generosus. — v. 100. Caeli tempore certo sicut horas et menses ·i· e. cum oriuntur Pliades (plyades et cum occidunt hoc est uerno et autumno. Gaudentius dicit. — v. 108. Ire. uellere signa mouere signa regia uel bellica (belliaa). — v. 122.

*) Monendum, Thilonem codicis Leidensis non nisi eclogas II priores totas contulisse, de ceteris hic illic nonnulla excerpsisse.

Cucumis femim nom̃ his cucumis et his̃ cucumeris dicitur ut Gaudentius dicit. — v. 127. Relicti demissi (demisi) contempti, sed eius beneficio facti sunt fertiles. — v. 131. idest ualde. Iunilius et Gaudentius dicunt (dñr). — v. 138. Aestatem increpitans properans uel sonum serum tardum uenientem. — v. 141. uberrima copiosissima. — v. 149. cum ille Saturno persequente apibus educatus uideatur. — v. 152. pauere nutriuere. — v. 211. Lidia hydaspes. fluuius indiae alii mediae ut orosius. — v. 219. diuinae mentis. secundum stoicos dicit qui diuinum spiritum in omnia diffusum (difusum) esse dicunt; nam et quatuor elementis et diuino spiritu constant, a terra (tera) carnem ab aqua humorem etc. — v. 232. deest: *in glosomatibus*, neque aliter ad v. 159. — v. 235. uel propinquitate hiemis. — v. 247. aranea araneus masculino genere. — v. 267. Proderit tonsum; gallę genus herbae etc. — v. 271 seq. Est etiam amello herbae siue silua qui est iuxta mincium. nam de cispite. de styrpe ldest de herbae quam amellum uocant funduntur uiole nigre sunt nigre enim uiolę et candide. — v. 283. Arcadei Aristaei Apollinis et Cyrenis filius, hic originem gignendarum apium primus inuenit ut fabulae tradunt. — v. 284. Caesis occisis uerberatis. — v. 294. iacet ponit. — v. 353. Procul duas significationes habet hoc est prope etc. — v. 400. Demum ultime nouissime. — v. 451. hoc (corr. hic) tamen iras (scilicet: *irascentes*). — v. 470. nescia idest corda (conda). — v. 488. pone sequens pone iuxta. — v. 558. lentis densis. — v. 560. quo Caesar (cesa) Augustus bella ciuilia gessit. — v. 549. ad delubra excitat ignibus. — v. 561. Victor ex uirtute uolentes autem ex iustitia illius. — v. 564. a cuius nomine Parthenope Neapolis Parthenope uocata est. — Ignobilis ingloriae quietis uel non conuenientis uel ignobilis otii quod de pastoribus et pecoribus et uilibus (uilis) rebus lusit. — v. 565. poetae dicuntur (dñt) ludere quando uersificaut. Auxi alii audax. Auxique iuuenta Iunilius dicit: uult se iuuenem fuisse Bucolica scribens.

Addendum denique *Philargyrii* ad Bucolica commentarios, quales in codicibus Florentino atque Parisino leguntur, id quod conpluries in praefatione monui, permultum luminis hisce scholiis adlaturos esse. Quos postquam *G. Thilo* accurate descriptos liberalissime mihi ut ederem nuper concessit, cum cupientem me huic scholiorum Bernensium editioni adiungere et tempus et ualitudinis iniquitas destituerit, breui temporis spatio intermisso typis describendos curabo una cum scholiis illorum codicum ad Georgica pertinentibus et hucusque ineditis, quae *Theodori Mommseni* summae erga ignotum beniuolentiae debeo. Errores typicos me inuito passim relictos lecturorum clementia facile tollet: in Vergilii uita p. 738 § 34 (49) post *librarium* inseras etiam *et libertum*; praef. Georg. p. 841, 13 numerus 7960 delendus scribendumque *Parisinus* 7950 est: fefellerat enim duplex eiusdem codicis numeratio diuersa. Cetera plana sunt.

Scribebam Bernae mense Martio a. CIↃIↃCCCLXVII.

INDEX I.

NOMINA AVCTORVM.

INDEX II.

INDEX MYTHOLOGICVS.

INDEX III.

NOMINA VIRORVM LOCORVM ET GENTIVM.

PRAEFATIONIS ARGVMENTA.

B. G. Teubner's
Schulausgaben griechischer und lateinischer Classiker
mit deutschen erklärenden Anmerkungen.

☞ *Wo die Einführung eines Bändchens dieser Sammlung beabsichtigt wird, liefere ich dem betr. Herrn Lehrer gern ein Freiexemplar.*

Erschienen sind bis jetzt (Mai 1867):

Aeschylos' Agamemnon. Von Rob. Enger. . . . . 12 Ngr.
—— **Perser.** Von W. S. Teuffel. . . . . 10 »
Anthologie aus griechischen Lyrikern. Von Dr. E. Buchholz. I. Bändchen. Die Elegiker und Iambographen enthaltend . . . . 10 »
—— —— II. Bändchen: Die Melischen und Chorischen Dichter und die Bukoliker enthaltend. . . . . 15 »
Caesaris commentarii de bello Gallico. Von A. Doberenz. Mit Karte. 3. Aufl. 20 »
—— —— **de bello civili** von A. Doberenz. 2. Aufl. . . . . 15 »
Ciceronis de officiis libri tres. Von J. von Gruber. 2. Aufl.. . . . . . 12 »
—— **Laelius.** Von G. Lahmeyer. . . . . 6 »
—— **Cato major.** Von G. Lahmeyer. 2. Aufl. . . . . 5 »
—— **Tusculanarum libri V.** Von O. Heine. . . . . 18 »
—— **Rede für Cn. Plancius.** Von E. Köpke . . . . 9 »
—— **Rede für P. Sestius.** Von H. A. Koch.. . . . . 7½ »
—— **Rede für Sex. Roscius.** Von Fr. Richter. . . . . 7½ »
—— **Rede gegen C. Verres.** IV. Buch. Von Fr. Richter. . . . . . 10 »
—— **Rede für T. Annius Milo.** Von Fr. Richter. . . . . 7½ »
—— **Rede für L. Murena.** Von H. A. Koch. . . . . 6 »
—— **de oratore.** Von K. W. Piderit. 2. Auflage. . . . . . . 1 Thlr. 6 »
Auch in 3 einzelnen Heften à 12 Ngr.
—— **Orator.** Von K. W. Piderit. . . . . 15 »
—— **Brutus de claris oratoribus.** Von K. W. Piderit. . . . . 22½ »
—— **Ausgewählte Briefe.** Von Jos. Frey. . . . . 18 »
Cornelius Nepos. Von J. Siebelis. 5. Aufl. . . . . 12 »
Demosthenes' ausgewählte Reden. Von C. Rehdantz. I. Theil.
I. Heft: I—III: Olynthische Reden. IV: Erste Rede gegen Philippos. 2. Aufl. 9 »
II. Heft: V.: Rede über den Frieden. VI.: Zweite Rede gegen Philippos. VIII.: Rede über die Angelegenheiten im Cherrones. IX.: Dritte Rede gegen Philippos. Indices. 2. Aufl.. . . . . 12 »
Aus der I. Auflage.
III. Heft: IV. Philippische Rede. Gegen Philipp's Brief. Der Brief Philipp's. Kritische Anmerkungen. Indices. . . . . 7½ »
Herodotos. Von Dr. K. Abicht. I. Band. Buch I. II. nebst Einleitung und Uebersicht über den Dialect. . . . . 27 »
—— II. Band. Buch III u. IV. . . . . 21 »
—— III. Band. Buch V u. VI. . . . . 15 »
—— IV. Band. Buch VII. . . . . 15 »
—— V. Band. Buch VIII u. IX. . . . . 15 »
Homer's Odyssee. Von K. Fr. Ameis. I. Band. I. Heft. Gesang I—VI. 3. Aufl. 12 »
—— —— I. Band. II. Heft, Gesang VII—XII. 3. Aufl. . . . . . . 12 »
—— —— II. Band. I. Heft, Gesang XIII—XVIII. 3. Aufl. . . . . . . 12 »
—— —— II. Band. II. Heft, Gesang XIX—XXIV. 2. Aufl.. . . . . . 12 »
—— —— Anhang. 1. und 2. Heft à 6 Ngr., 3. Heft 9 Ngr.
Horaz, Oden und Epoden. Von C. W. Nauck. 5. Aufl. . . . . . . 18 »
—— **Satiren und Episteln.** Von G. T. A. Krüger. 5. Aufl. . . . . . 24 »
Isocrates' ausgewählte Reden. Von O. Schneider. I. Bdchn.: Demonicus, Euagoras, Areopagiticus. . . . . 9 »
—— —— II. Bändchen: Panegyricus und Philippus. . . . . 12 »
Livi, Titi, ab urbe condita liber I. Von Joseph Frey. . . . . 9 »
—— —— liber II. Von Joseph Frey. . . . . 9 »

Lucian, ausgewählte Dialoge. Von C. Jacobitz. I. Bdchn.: Traum. Timon. Prometheus. Charon. 7½ Ngr.
—— —— II. Bdchn.: Die Todtengespräche. Ausgew. Göttergespräche. Der Hahn . . . . 10 »
—— —— III. Bdchn.: Demonax. Der Fischer. Anacharsis. . . . . . 10 »
Lysias' ausgewählte Reden. Von H. Frohberger. I. Bdchn. . . . . . 18 »
Ovid's Metamorphosen. Von J. Siebelis. I. Heft, Buch I—IX. 5. Aufl. 15 »
—— —— II. Heft, Buch X—XV. 4. Auflage. . . . . 15 »
Phaedri fabulae. Von J. Siebelis. 3. Auflage. . . . . 7½ »
Platon's ausgewählte Schriften. I. Bändchen: Die Vertheidigungsrede des Sokrates. Kriton. Von Chr. Cron. 3. Auflage. . . . . 9 »
—— —— II. Bändchen: Gorgias. Von J. Deuschle. . . . . 18 »
—— —— III. Bändchen: Laches. Von Chr. Cron. . . . . 6 »
—— —— IV. Bändchen: Protagoras. Von J. Deuschle. . . . . . . 10 »
Plautus' ausgewählte Komödien. Von E. J. Brix. I. Trinummus. . . . 10 »
—— —— II. Captivi. 7½ »
—— —— III. Menaechmi. . . . . 7½ »
Plutarch's Biographieen. Von Otto Siefert. I. Bd.: Philopoemen u. Flamininus. 7½ »
—— —— II. Bändchen: Timoleon und Pyrrhos. . . . . 10 »
Quellenbuch, historisches, zur alten Geschichte. I. Abtheilung: Griechische Geschichte. I. Heft. Von W. Herbst und A. Baumeister. . . . . 15 »
—— I. Abtheilung. II. Heft. Von A. Baumeister. . . . . 18 »
M. Fabii Quintiliani institutionis oratoriae liber decimus. Von Dr. G. T. A. Krüger. . . . . 6 »
Sallustius. Von R. Dietsch. I. Theil: **De Catilinae conjuratione.** . . . 18 »
Sophokles. Von Gust. Wolff. I. Theil: Aias. 2. Aufl. . . . . . . 10 »
—— —— II. Theil: Elektra. . . . . 10 »
—— —— III. Theil: Antigone . . . . 10 »
Supplementum lectionis Graecae. Auswahl griechischer Prosa für obere Gymnasialclassen. Von C. A. J. Hoffmann . . . . 15 »
Tacitus' Historien. Von K. Heraeus. I. Bändchen. I. u. II. Buch. . . 15 »
Theokrit's Idyllen. Von A. T. H. Fritzsche. . . . . 24 »
Thukydides. Von G. Böhme. I. Bd. 2. Aufl. I. Heft. Buch I u. II, II. Heft. Buch III u. IV. . . . . à 12 »
—— II. Band. 2. Aufl. I. Heft. Buch V u. VI, II. Heft. Buch VII u. VIII à 12 »
Xenophon's Anabasis. Von F. Vollbrecht. I. Bdchn. Buch I—III. Mit Holzschnitten, 2 Figurentafeln und 1 Karte von H. Lange. 3. Auflage. . . 15 »
—— —— II. Bdchn. Buch IV—VII. 2. Aufl. . . . . 12 »
—— —— Von R. Kühner. Mit 1 Karte. (Wohlfeilste Schulausgabe.) . 15 »
—— **Cyropädie.** Von L. Breitenbach. . . . . 22½ »
Einzeln à 12 Ngr. I. Heft: Buch I—IV. — II. Heft: Buch V—VIII.
—— **Griechische Geschichte.** Von B. Büchsenschütz. I. Heft. Buch I—IV. 2. Auflage. . . . . 12 »
—— —— II. Heft. Buch V—VII und Index. . . . . 12 »
—— **Memorabilien.** Von R. Kühner. . . . . 12 »

Ausser den ferneren Bänden der oben angezeigten und noch nicht vollendeten Ausgaben werden demnächst erscheinen:

Cicero's Reden. Auswahl von Dr. Koch in Brandenburg, Dr. Linker in Lemberg, Dr. Richter in Rastenburg und Dr. Sorof in Potsdam.
Euripides. Auswahl von Dr. A. Nauck in St. Petersburg.
Homer's Ilias. Von Dr. K. F. Ameis in Mühlhausen.
Justin. Von Dr. Lothholz in Wernigerode.
Ovid's Fasten. Von Dr. Binsfeld in Bonn.
Plutarch. Fernere Auswahl von Dr. Doehner in Meissen.
Terentius. Auswahl von Dr. Klette in Bonn.
Vergilius. Von Dr. C. W. Nauck in Königsberg i. d. N.